Aduerte tñ hic q̄ dicit Apo. j. Cor. xj. Quicunq; māducauerit panē hūc aut biberit calicem indigne: reus erit corporis xc̄. Quia ꝓcerto sicut carnes ⁊ vinū sane sunt sanis. Infirmis tamē ⁊ febricitātib⁹ sunt nociue. sic panis iste bonis ⁊ dignis est vtilis ⁊ virtuosus. pctōrib⁹ tñ ⁊ indignis ē inutilis ⁊ venenosus. Narra si vis hic exempla ⁊ miracula de indigne sumentibus. Sicut em̄ amigdalum bonum

est homini.mors tamē vulpi. Ferula est medicina homini mors aūt est muremis. Lo andrū etiam homines reficiat: t tamen canes occidit. Sic iste panis bonis t dignis ꝓficiat. malis vo nocet t officiat. t eterne mortis iaculis eos ledit. Et potissime eos qui sunt vulpes id est malicios: quia iste panis debet esse sine fermento malicie. Numeri.vj. Offerat torta panis absq; fermento. Illis etiam qui sunt murene seu lampride id est carnales t delicios. Illis insup q̄ sunt canes id est auari insatiabiles et ambitios. Sicut ꝑm dicit Mar.vij. Non est bonū sumere panem filioꝝ t mittere canibus. Iste ēm panis qui debet dare vitam: talibus confert mortē. Iuxta illud Job.xx. Panis eius in vtero illius vertet in fel aspidū intrinsecus. Et ē ratio: quia tales indeuote t indigne sumunt istum panē Job.xxxij. Abhominabilis sit ei in vita sua panis t cibus ante desiderabilis Non sic ergo: sed digne sumamus istum panem Sicut panem summe durabilem t virtuosum. Sicut panē summe vtilem t fructuosum. Sicut panē summe notabilem t gloriosum. Istud est ergo primū genus panū quo xp̄s nutrit fideles suos in huius mundi deserto. Et hoc est primū ꝑncipale. Ostendit ergo q̄ deus nutrit fideles pane sacramētali. qui panis dicit angelor. Secūdo dico q̄ ipse nutrit bonos pane spūali qui est panis deuotor seu perfectoruz. Et isto modo p panes intelliguntr virtutes que sunt panes t nutrimenta anime xp̄iane. Et ꝑm istum modū in scriptura inueniunt duodecim panes. tres panes. quinq; panes. t septem panes. Duodecim panes sunt duodecim articuli fidei: qui in mensa ꝓpositionis. i. in mensa sacre scripture continue consistebant. De quibus Leuiti. xxiiij. Accipies similaz t coques ex ea duodecim panes. Tres panes sunt tres virtutes theologice. s. spes. fides. charitas. Vel fides beate trinitatis. Vel debitum regimen trium potentiaruz anime. s. Memorie. Intellectus t Voluntat. Et de istis dicitur Luce.xj. Quis ex vobis habet amicum t ibit ad euz. media nocte t dicet ei. Amicus meus de via venit ad me t non habeo qd̄ ponam ante euz: accomoda mihi tres panes. Quia ēm amicus. i. animus noster. quādoq; de via. i. de strepitu mundanor negocior venit t redit ad nos. Et ideo tunc necesse est q̄ ad amicū nostrū xp̄m recurram⁹: et q̄ ab ipso p deuotionē tres panes predictos mutuo accipiamus: t q̄ exinde amicū hospitē. i. amicū satiemus. Quinq; panes sunt conscientie t noticie quinq; librorū legis: vel disereta custodia q̄nq; sensuū. q̄bus. s. dominus satiat turbā suam. de q̄bus dicit Job.vj. Est puer vnus hic qui habet quinq; panes ordeaceos. Septem vo panes signant septē dona spūs sancti. Vel septem virtutes morales. Septē oīonis dñice petitiones. Septē sacra. Septē eterne glorie vote. Et de istis dicit dñs Math.xv. q̄ iesus accipiens septē panes dedit discipulis t̄c. Et si vis p istos septē panes potes accipe illos septem q̄ sunt supra in principio huⁱ⁹ tituli enumerati. Patet ꝫ q̄ deus nutrit bonos pane spūali q̄ est panis deuotor. Tercio ꝑncipaliter dico q̄ ipsos nutrit pane scialī: qui ē panis discretor. Scientia ēm sacre scripture dicit panis: quia. s. grana. i. sntia huius panis in agro paradisi creuerūt. ipm tandē ꝓphe t apli triuerūt atq; coxerunt: sed postea ipm doctores parauerūt t exposuerunt: t sic p̄dicatores ipm comedendū adhibuerūt Exo.xvj. Ecce pluaz vobis panes de celo t̄c. Quarto vo dico. q̄ dⁱ⁹ nutrit suos pane materiali: qui est viator: quia. s. deus dat oībus creaturis suis bonis. s. atq; malis panē suū quotidianū. i. sustentationē corpalem. Istuz ēm panē cōmittit deus diuitib⁹ vt erogent paupibus. De q̄bus dr Prouerb.xxij. Qui ꝓnus est ad misdiam benedicet. de panibus ēm suis debit paupibus. Quis de multis videamus q̄ libenti⁹ panem istum paupibus subtrahāt quā concedāt. De quibus Job.xxij. Aquā lasso nō dediste: t esurienti subtraxisti panem. Et ideo hodie possum⁹ dicere illud Mūe.xxj. Deest panis: t nō sunt aque. Quia ꝓcerto sicut dicit Treñ.iiij. Parvuli petierūt panē t nō erat q̄ frangeret eis. Mō sic. Sed frange esurienti panē tuū t egenos vagosq; induc in domū tuā t̄c. Esa.lviij. Quinto vo dico q̄ dⁱ⁹ nutrit bonos pane sempiternali. Et iste est ille panis quo deus nutrit beatos in patria. Figurat⁹. ij. Reg.ix. vbi de miphiboseth dr. Tu comedes panē in mensa mea semp. Et de isto pane etiā dr Luce.xiiij. Beat⁹ q̄ māducabit panē in regno dei. Et sic ꝫ patet quō sunt q̄nq; gña panū q̄bus deus nutrit: t satiat plebē suā t̄c. Vide. s. de Cibo t de Cōuiuio t Comedere. Et de Māducare de Esca t̄c. Et hec de pane desiderabili t fructuosa sufficiant. De pane vo vituperabili t vicioso vide vbi in hoc libro agit de castrimargia Gula. Crepula t similibus. Sed de pane exterminabili t voloroso. Vide vbi agit de penis inferni t de miseria damnator: t de cibare vbi sunt auctes Iere.ix. Cibabo ppm istū absinthio Et eiusdē.xxiij. Cibabo eos absinthio t potabo felle. Et illud p̄dictū Job.xx. Panis in vtero illius vertet in fel aspidum intrinsecus t̄c.

Parabola. Nota q̄ pabola idem est qd̄ ꝓuerbium. Et est pabola sermo sub figuris metaphoris t enigmatibus palliatus. Et inuenit in scriptura multiplex parabola. videlicet Parabola

Subtilitatis. Primo mō sapientes in pabolis loquūtur. Antiq̄ ēm ꝓphete t etiaz antiq̄ pbi.

Verbositatis. xp̄s etiā t sui discipli in pabolis solent loq̄: t dicta sua q̄busdā figuris t enigmatib⁹ solent inuoluere: vt dignis t sapientib⁹ veritas meli⁹ ofīderet. fatuis vo t insipientib⁹ celaret. Et iō salomō fecit libz pabolaz. Quia sicut dr Eccs.xij. Ipse cōposuit pabolas multas. De sapiente etiā dr Ecci.xxxix. q̄ occulta ꝓuerbioꝝ exq̄ret: t in absconditis pabolaz ꝓuersabit. De xp̄o etiā dr Mar.iij. q̄ sine pabolis nihil loquebat. Quia ꝓculdubio sermo q̄ in figuris t pabolis dr corde delectabili⁹ imprimit. t auri gratiosi⁹ exp̄mit: t mēorie etiā facili⁹ cōmēdat ps. Aperiā in pabolis os meū lo. ꝓpa. a ꝑn. ps. lxxvij. t ps. xlviij. Inclinabo in pabolā aurem meā. t̄c. Secdo dico q̄ ē pabola fatuitat. Et sic loquit Ecci.xx. vbi dr. Ex ore fatui reprobat pabola eo q̄ nō dicit eā in tpe suo. Tercio dico. q̄ est pabola verbositatis. Et sic pabola idem est qd̄ derisio obprobriū t vituperium. Et sic loquit Michee.ij. Sumet sup vos parabola. Et in Ps. Factus sum illis in parabolam t̄c. Vide de ꝓuerbio t̄c.

Paradisus. Quia de paradiso inquantū significat gloriam eternā iam in multis titulis satis dictum est. t cuz pauce sint de paradiso auctoritates vocales. Hinc est q̄ sub breuitate trāsibo. Nota ergo q̄ est Paradisus

Interior. Paradisus interior est ꝓscientia virtualis.

Exterior. t sic quelibet anima sancta dicit paradisus

Superior. quia. s. ibi est pax t tranquillitas sempiterna. Ibi ēm est deus p deuotionez. Ibi sunt angeli per gratiarū actionem. Ibi sancti per feruorē t orationem. Talis paradisus fuit beata virgo. De qua dicitur Gen.ij. Plantauerat dom⁹ deus paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quem formauerat.

Paradisus exterior est ecclesia militantis. Et de hoc dicit Gen.iij. Oz lignum vite erat in medio paradisi. quia. s. in nullo loco est vita gratie nisi in ecclesia militante. Et nota q̄ etiam ad literā mali. status ecclesiasticos reputant paradisum: t maxime status magnoꝝ beneficiez t dignitatū Et ideo isti cum magnis laboribus istam paradisum solēt querere t per ambitiosam diligentiam procurare. Narratur enim q̄ in partibus Indie seu ethyopie vltra egyptum est crux risus in quibusdam montibus arduis constitutus Que sic ꝓ eo dicitur: quia quicunq; locum illum ascendendo transierit. statim ridere compellitur: t ridendo sensim trahitur: t ad cacumina mōtis amplius non redit⁹ violēter ascēdere comprobat. Extimant aūt fatui q̄ ibi sit paradisus terrestris. t ꝑm rei veritatez illi montes sunt de natura cuiusdam generis adamātis seu magnetis q̄ attrahit carnes humanas: ita q̄ isti sic tracti paradisum non inueniūt sed infernū scz duriciam adamantū: vbi scz detenti cōpellunt realiter mori fame. Reuera charissimi rupes iste significant ecclesie dignitates: quas certe fatui reputāt paradisum. quod ex hoc patet: quia p crucem risus: hoc est dictu p placidū cruciatum illuc ascendere comprobantur. Constat enim q̄ per multos cruciatus. cum risu tamen et complacentia ascenditur ad honores. Ideo bene dicunt istorum predecessores illud euangelicum. Qui vult venire post me abneget semetipm t tollat crucem suā t sequatur

me. Sed quid? procerto isti miseri in iusto dignitatum mō te non inueniunt paradisum sed potius duricam infernalem ⁊ tribulamina infinita. ⁊ quod peius est famem ambitionis et auaricie que non cessat. Quod certe satis figurat Luce. xxiij. vbi scilicet latroni crucifixo soluz legē dixisse. Hodie mecum eris in paradiso. Ad notandum q̄ precipue latrones ⁊ mali: dum tamē cruci laboriose diligētie sint affixi. ad istum paradisum admittunt: ⁊ ibi etiā cū violentia attrahunt. Sicut de illo nequissimo assur dicitur Ezech. xxxj. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso voluptatis: immo sicut ibidem dicit. Oīne liguum paradisi non est assimilatum ei. Unde ibi qualis erat iste sic promotus in isto paradiso. Circa quod tamen nota q̄ iste paradisus non admittit homines nudos: sed solum diuitijs ⁊ muneribus coopertos. Nonne de Adam legitur q̄ cum audisset dominū deambulantē in paradiso ad auram post meridiem timuit ⁊ abscondit se eo q̄ nudus esset. Et nōne etiam ibidem legit scilicet Gene. iij. Oz etiam iste nudus fuit inde electus: ⁊ cherub cum gladio versatili ibidem positus ⁊ murus etiam igneus adhibitus ne sc̄z aliqualiter subintraret. Quia reuera de isto paradiso nudi ⁊ pauperes potissime repelluntur: ⁊ ne ibi intrent cum diligentia precaue tur. O dicerent isti. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? ejcite euz in tenebras exteriores Mathei. xxij. Et certe alio modo deberet esse. quia. s. nudi virtutib⁹ ⁊ scientijs non diuitijs deberent repelli: ⁊ ad hoc cherub ignis ⁊ gladius adhiberi. Quia reuera cherub qui interpretat plenitudo scientie id est prelatoz prudentia et scientia. gladius id est ipsorū rigor ⁊ iusticia. ignis id ē ipsorum feruor. zelus ⁊ diligentia. summe deberent cauere homines nudi virtutibus possint in istum paradisuz intrare: nec si intrauerint remanere. Bonos vo ⁊ virtutibus et scientijs indutos illuc deberent trahere et leuare exemplo sc̄z Enoch de quo dicit Ecci. xliij. Oz enoch placuit deo et translatus est in paradisum. Iste est ergo paradisus exterior videlicet ecclesia militaris. Paradisus superior est ecclesia triūphalis. Et iste est ille ad quē beati transferunt post miserias huius vite sicut dicitur de Enoch Ecci. xliij. Placuit deo ⁊ translatus est in paradisum. Et de paulo etiam legit q̄ raptus est in paradisum ⁊ vidit ibi secreta que non licet homini loqui. ij. Cor. xij. Latroni etiaz dictū fuit Luce. xxiij. Hodie mecū eris in paradiso Apoca. ij. dicitur Uincenti dabo edere de ligno vite quod est in paradiso dei mei. Paradisus inferior est gloria vel affluentia tpalis. quia scilicet ꝓsperitas mundana est paradisus malorum cum non sint alium obtenturi. Sicut em̄ ponit in libro de hystoria terre sancte senex. i. impator assisinorū quendā locuz deliciarū habet cum fontibus lactis ⁊ mellis. quē vocat paradisum: vbi pueros nutrire facit: ⁊ diuersis linguis doceri quos tandē exinde extrahit. ⁊ ad diuersas terras ꝓ occidē dis principibus mittit. q̄s eos iterū in paradisuz suū mittet. si illos quos vult occiderint ꝓmittit. Ad quod anbelā tes miseri legationē suscipiunt: ⁊ illos quos ille designauit ⁊ petiuit adeunt ⁊ occidunt: ⁊ ꝓ illo paradiso babēdo mortem alijs tribuunt ⁊ ab alijs incurrunt. Talis est paradisus mundane ꝓsperitatis. Quia vere senex dyabolus pro isto habendo homines decipit: ⁊ eos alios occidere ⁊ ab alijs occidi facit. Exemplo Loth de quo dicit Gen̄. xiij. Oz ipse videns regionē circa iordanē que vniuersa irrigabat sicut paradisus domini ibi habitauit. Sed sicut dicit Gen̄. xiij. Chodorlaomor ipm̄ satis cito post captiuauit. Et ideo superbo regi tyri in supna cherub lucifero dicitur Ezechielis .xxviij. Tu cherub extentus ⁊ protegens in deliciis paradisi dei fuisti ⁊c̄.

Paralisis. paraliticus. Quia paralitic⁹ est ille qui mēbroz pdidit vsum: ⁊ qui ꝑ contractione neruoz pdidit motū ⁊ sensum. ⁊ tamē adhuc videt viuere: ⁊ in rebus inuenire saporē ⁊ gustum. videt q̄ ꝓprie paliticus est peccatoz: qui. s. caret sensu deuotionis ⁊ cōpassionis: ⁊ motu bone opationis ⁊ tamē ꝑ spem pnie future videt viuere: ⁊ in futuris padisi bonis gustū aliquē retinere. Quia tñ in exēplis pluribus de paralitico fuit actum. transeo gratia breuitatis maxime: q̄ pauce sunt auctoritates.

Parare. Nota q̄ parare idem est qd̄ disponere aptare ⁊ ornare. Et pōt sumi in bono. et in malo. In bono enim signat. scilicet

Promptitudinē voluntatis interne. Significat dico
Aptitudinem sanctitatis externe. ꝓmptitudinē ip
Plenitudinem voluptatis eterne. ternevoluntatis

Et sic parare signat obedientiā: quia. s. obedientes sunt ꝓmpti ⁊ parati ad faciendū oīne bonū. Et de hoc dicit. j. Macha. xij. Precepit ionatbas suis vigilare ⁊ esse in armis paratos ad pugnā tota nocte. Itē signat aptitudinē sanctitatis externe. Et sic pamēta nihil aliud sunt q̄ virtutū spiritalia ornamenta ps̄. Paratus sum ⁊ nō suz turbat⁹ vt custodiam tua. Et Apo. xxj. ⁊ xix. Uxor agni parauit se. Itē sigt plenitudinē voluptatis supne. Et sic signat illaz eterne glorie voluptatē quā deus se diligētibus ꝓparauit. De qua in ps̄. Parasti in conspectu meo mē. aduer. eos q̄ tribu. me.

Quia. s. deus ibi pat nobis Locū dico ad habitandum
Locum ad habitandum. Job. xxiij. Unde parare vo
Mensam ad cōuiuandū. bis locū. Mensam dico ad
Sedem ad quietandū. cōuiuandū Math. xxij. Lu.
Lucem ad illustrandum. .xiij. Oīnia parata sunt: ve
Regnū ad imperandū. nite ad nuptias. Sedē dico

ad quiescendū ps̄. Dominus in celo parauit sedem suam. Et alibi. Parata est sedes tua extunc. Lucem insup ad mistrandū ps̄. Parau lucenam xp̄o c̄. Regnū etiam ad imperandū Mathei. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnū. Dicamus ergo aliquid de paramento virtuali ⁊ morali. de illo scilicet quo homo spūaliter disponit ⁊ parat advoluntatē domini exequēdam. q̄ nihil aliud est q̄s voluntat⁊ ꝓmpta dispositio. ⁊ virtutū ornatus ⁊ adaptatio. Sicut em̄ milites q̄ sunt in exercitu diligenter se parāt ad ꝓliandū. Regine dū sunt in cōuiuijs diligenter se parāt ad suam pulcritudinē ostendendū vel saltem turpitudinem abscondendū. Seruitores regū ⁊ pncipū dum sunt in curijs. diligenter se parant ad seruiendū. Cursores vo ⁊ pedites dum sunt in vijs: diligenter se parant ad ambulandum. Sic vere charissimi nos dum sumus in mūdo ⁊ in ecclesia debem⁹ nos parare sicut milites in exercitu ꝓstrennuitatem ⁊ audaciā. Quia sicut dicit Job. vij. Milicia est vita hois sup terrā. Itē debem⁹ nos parare sicut regine ꝓ honestatē ⁊ mūdiciā. Itez sicut seruitores ꝓ būilitatē ⁊ obediētiā. Itē sicut cursores ꝓ sedulitatē ⁊ diligentiā. Et de hoc. j. Mach. iij. Apuit rex erariū suū. dedit stipēdia militib⁹ suis: ⁊ mādauit eis vt essent parati ad oīnia. Et h̄ est qd̄ precipit Erodi. xix. Lauent inq̄t vestimēta sua ⁊ sint parati. In q̄bus verbis aduerte q̄ homo qui vult se bene parare. debet aliq̄d deponere. aliquid apponere. aliq̄d disponere. Sic ꝓculdubio spūaliter si bene volumus esse parati nos debemus deponere culparū vilitatem. Lauēt inq̄t. Apponere virtutū venustatē. Uestimēta inq̄t. Disponere cordiū voluntatē. Sint parati inq̄t. Debet em̄ deponi culparū turpitudo. Debet etiam apponi virtutū pulcritudo. Debet insup disponi cordium promptitudo. Dico ergo primo q̄ si volumus esse bene parati nos debemus deponere culparum turpitudinem. Lauent inquit. Quia sicuz homo nunq̄ potest esse bene paratus: nisi primo quotidianis vestibus sit exutus: ⁊ a cunctis sediratib⁹ lotus. Quotidianus ergo ⁊ inusitatos malos mores deponere debemus: et a cunctis culparum maculis nos lauare. Lauent inquit Esaie. j. Lauamini. mundi estote. auferte maluz cogitationum vestrarum c̄. Sicut enim videmus q̄ homines in festiuitatibus procedere volentes nouis vestibus se parare solent: antiquas vestes deponere: ⁊ eas gartionib⁹ suis dare. Coluber etiam veteris pellis deponit indumentum. ad hoc q̄ noue pellis recipiat paramentū. Sic ⁊ nos debemus deponere quicquid in moribus nostris antiquū videmus: et inhoneſto et garcioni nostro dyabolo omnia dimittere: vt in conspectu dei possimus nouis virtutum vestibus nos parare. Quod satis potest figurari Apocal. .xxj. vbi dicitur. Primum em̄ celum et prima terra abijt et mare iam non est. Et sequitur. Uidi ciuitatem sanctā hierusalem nouā descendentē de celo: a deo paratā sicut sponsam ornatam viro suo. q. d. necesse est q̄ primū celum. i. prima altitudo veteris superbie: ⁊ elationis. prima terra is est

ꝓma terreitas veteris auaricie ⁊ cupiditatis. primuz etiam mare.i.ꝑma fluxibilitas carnalis immundicie ⁊ totius voluptatis a nobis transeat ⁊ abeat.ad hoc ꝙ ciuitas anie nostre sponso suo xp̃o parata ⁊ ornata appareat ⁊ exhilarat. Debemus ergo deponere culparũ turpitudinem. Secũdo dico ꝙ si volum⁹ esse bene parati: nos debemus apponere virtutum pulcritudinẽ. Et hoc ostendit cum dr̃. Vestimenta. Vestes em̃ nostre sunt virtutes que nobis date sunt in calorus fomentũ. In carnis tegumentũ. Et in bone status paramentũ ⁊ ornamentum. Sine vestibus em̃ non potest homo esse bene paratus: nec similiter sine virtutib⁹ potest homo esse bene spũaliter adornatus. Sicut em̃ flores dati sunt a natura in paramentũ arboribus: sic virtutes paramenta sunt animabus. Nam sicut altaria pannis ⁊ vasis ⁊ reliquijs parant. Juxta illud Mee.v.als.ij. Esdre.v. Parauerãt altare vt offerẽt holocaustũ. Sacerdotes etiam ⁊ epi diuersis indumentis se parãt vt digne deo sacrificent sicut debent. Sic ⁊ nos spũaliter debemus deo dispositi esse ⁊ ornati. Vestimenta inqt̃ sua. Quod bene figuratũ est Apoca.xix. vbi dr̃. Qz uxor agni parauit se.⁊ datum est ei ꝙ operiet se bysso splendenti ⁊ candido. Byssinum em̃ iustificationes sanctoz sunt id est virtutes. Jdo de istis vestib⁹ potest dici illud Ezech.xvj. Sumpsisti vestimenta tua multicoloria ⁊c. Sic ergo patz ꝙ nos debemus apponere pulcritudinẽ. Vestimẽta inqt̃. Tercio dico ꝙ ad hoc ꝙ simus bene parati debemus disponere cordium ꝓmptitudinem. quod ostendit cum dicit. Sint parati id est anio ꝓmpti ⁊ ad obediendum dispositi. Nullus em̃ pot̃ esse paratus ad aliqd̃ bonuz nisi cor habeat dispositũ atqz promptum. Jdeo ꝑcipit.j.Reg.vij. Preparate corda vra domio ⁊ seruite illi soli. Et possum⁹ hic notare ꝙ sicut Juxta illud.j.Machabeoz.iij. Rex mandauit exercitib⁹ suis ꝙ ipsi essent parati ad omnia. Sic nos debemus esse parati ad mandatum nostri regis xpi non ad vnum bonum solũ sed ad omnia et ad multa. Et ideo breuiter notandum est ꝙ nos debemus esse prompti ⁊ parati.scilicet

Ad
Celum ascendendum.
Iter peragendum.
Clare reducendum.
Hostem expellendum.
Penas sustinendum.
Grates referendum.
Tute confitendum.
Bellum cõmittendũ.
Pacem faciendum.
Simul permanendũ.
Fratres adiuuandũ.
Mortem tolerandũ.
Caute vigilandum.
Xp̃m expectandum.
Celum subintrandum.

Simus ꝙ parati ad sursum ascendendũ p contẽplationem
Exo.xxxiij. Esto parat⁹ mane vt ascendas statim in montez.
Et Hume.xiij. Parati sumus ascendere ad locũ quẽ dn̄s deus daturus est nobis. Itez ad iter pagenduz p morum continuationẽ Judith.ix. Dn̄s em̃ vie tue parate sunt. Et Tho.v. Paratis oibus q̃ necessaria erant in via: fecit thobias vale patri suo. Item ad dare relucendũ p honestaz puersationẽ. Job.xij. Lampas ꝓmpta apud cogitationes diuitũ parata ad tp̃s statutũ. Itez ad hostem expellendũ p seruidã oz̃onem vel etiã p ꝑdicationem. De quo Job.xij. Maledicãt ei qui maledicũt diei: q̃ parati sunt suscitare leuiathã. Item ad penas sustinendũ p patie roborationẽ p̃s. Am̃ ego in flagella paratus sum ⁊ dolor meus in cõspectu meo semp. Et alibi. Parat⁹ sum ⁊ nõ sum ꝓturbat⁹. Itẽ ad grates referendũ p laudẽ ⁊ confessionẽ P̃s. Paratũ cor me.de.pa.cor.me.can. ⁊ psal.di. Item ad tute ꝓfitendũ p spem ⁊ affectionẽ p̃s. Paratum cor eius sperare in dn̄o: ꝓfirmatũ est cor ei⁹ ⁊c. Itẽ ad bellum cõmittendũ p vicioz impugnationem.j.Machab.iij. Congregat⁹ est ꝙetus vt essent parati in ꝓlium. Itez ad pacem faciendũ p ꝓcordiam ⁊ cõuentionẽ.j.Machab.xij. Parati sumus facere vobiscũ pacem. Item ad simul ꝑmanendum p ꝑseuerantiã ⁊ durationem Luce.xxj. Paratus sum tecum in carcerem ⁊ in mortem ire. Item ad fratres adiuuandum p clementiã ⁊ compassionẽ Hester.iij. Quis nouit vtrum idcirco ad regnũ venerisvt in hoc tẽpore pareris. Item ad mortẽ tolerandũ scz ꝑpter fidem xpi ⁊ dilectionem. Unde.ij.Machabeo.vij. Parati sumus magis mori q̃ patrias dei leges preuaricari. Item ad caute vigilandum per diligentiam ⁊ discretionẽ.j.Machab.xij. Precepit Jonathas suis vigilare ⁊ esse in armis ꝓpatos ad pugnam tota nocte. Item ad xp̃m expectandum per ꝓmpte voluntatis ꝓparationem Matbei.xxiij. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Et sic sequit quintũdecimũ scz ꝙ nos erimus parati ad celuz subintrandũ per felicem gloie adeptionẽ ⁊ fruitionẽ. Unde Matbei.xxv. Que parate erant intrauerũt cum eo ad nuptias. Sic ergo patet quomodo boni debent esse parati ad dei beneplacita faciẽda. Juxta illud Tytuz.iij. Admone inquit illos ꝓncipibus ⁊ potestatibus subditos esse: ⁊ obedire.⁊ ad oñe opus bonum paratos esse. Et sic ostenditur ꝙ si bene volum⁹ in conspectu dei apparere parati Disponenda est mentis aptitudo. Apponenda est morum pulcritudo. Deponenda est culpe turpitudo. Et sic si homo se taliter parauerit: ipse ꝺ se faciet domio viam. Juxta illud Luce.iij. Parate viam domini: rectas facite semitas eius. Et erimus sicut ille esdras ꝺ quo.j.Esdre.vij. dicitur ꝙ esdras parauit cor suũ vt inuestigaret legem dn̄i ⁊ docere ⁊ faceret. Et sic dico ꝙ parare accipit in bono. Sz adhuc dico. ꝙ parare accipit in malo: quia scilicet dyabolus ⁊ membra sua semp̃ sunt parati ad malum alijs faciendum. Sicut em̃ videmus ꝙ scorpio semp̃ habet aculeum tensum ⁊ occultum. ⁊ erectum ⁊ paratum ad venenum infundendum. Sic dyabolus cum corpore suo aculeum malicie semper habet paratum. et ad nocendum hominibus adaptatum Psal. Susceperũt me sicut leo paratus ad p̃dam ⁊c. Et nota ꝙ mali semper sunt parati

Ad diuitias acquirendũ.
Ad insidias faciendum.
Ad discordias generandũ.

Dico ad acquirendũ diuiti
as sicut patet ꝺ auaris: qui
semper sunt parati accipere ⁊ acquirere: nihil aũt concedere vel largiri. Jsti em̃ sunt sicut bombix qui ꝺ filis suis preparat sibi domum. Sic isti ꝺ diuitijs sibi faciunt habitaculum. De quib⁹ dicit Prouerbioz.x. Manus autẽ fortiuz diuitias parat. Sed istis accidit sicut illi cui dicit dom⁹ Luce.xij. Stulte ac nocte repetent animã tuaz a te: que autem parasti cuius erunt? Item isti parati sunt ad faciendum insidias similes catto qui semper est paratus insidiari muribus ⁊ ipsas capere et predari. Sic malicioli semper sunt parati ad alijs insidiandum. ⁊ si potuerint ad nocendũ ꝓmo Machabeo. vij. vbi dicit. Qz hostes parati erant capere iudam. Item parati sunt ad generandum discordias vel ad inferendũ molestias Judith.vij. Medi oñes parauerunt se pariter ad pugnam contra israel. Jsti ergo parati sunt ad oñe malũ culpe. Et ideo deus parat eis oñe malum pene: quia scz ipse parat eis

Tenuitatem temporalis successionis.
Obscuritatem cordialis discretionis.
Asperitatem eternalis damnationis.

Qz deus ergo parat talib⁹ tẽporaliuz tenuitem patet Jone.iij. vbi dicitur. Qz deus parauit vermem qui assumpsit ederam sub cuius vmbra Jonas iocundabatur. quia scilicet deus vermem id est mortem preparat eis et vmbrã bonorum temporalium eis aufert. ꝙ etiam paret eis cordialẽ obscuritatem. patet Job.xv. vbi ꝺ imperio dicitur. Mouit ꝙ parata sit in manu illius tenebrarum dies. ꝙ insuper paret eis infernalem seu eternalem aduersitatẽ patet Prouerbiorum.xix. vbi dicitur ꝙ parata sunt derisoribus iudicia: ⁊ mallei percutientes stultorum corporibus. Patet ergo ꝙ parare sumitur in bono ⁊ in malo. Vide infra ꝺ Preparare.

Parcere. Nota ꝙ parcere idem est qd̃ indulgere. misereri seu clemẽtiã exhibere. Et pot̃ breuit̃ notari ꝙ i scptura inuenit̃ Unũ parcere qd̃ est

Appetendum.
Exequendum.
Execrandum.
Formidandum.

Primũ est quo parcit deus p culparũ indulsionem. Secũduz quo parcit homo p iniuriaz dimissionem. Terciũ q̃ parcunt mali per ꝑsonarum acceptionem. Dicamus ergo ꝙ est vnum parcere mirabile ⁊ gloriosum. Et istud significat miscdiam diuinam: p quam miserẽt omnibus que quodãmodo sua sunt. Et ideo orat ecclesia. Deus cui ꝓprium est misereri semp̃ ⁊ parcere. Proprium em̃ est dei parcere: veritatẽ humilibus non superbis Sicut em̃ videmus ꝙ fulgur multotiens ledit loca alta et fortia vbi locis humilibus nihil nocet. Unde etiam ꝺ fulgure ꝓbatum est ꝙ aliquãdo p arcbam transiens. metallum

seu pecuniam liquefacit. lignum vo ⁊ saeculum nunq̃ ledit. Aedificias etiam turres ⁊ arbores destruit: vbi domos depressas ⁊ arbores nunq̃ tangit. Quod etiam de forti vento videt q̃ contra fortia ⁊ magna magis impellit q̃ cõtra parua ⁊ debilia. Cuius ratio est. Quia ventus ⁊ fulgur magis nitunt contra id qđ est fortius resistentie. Quia oĩe quod est naturaliter fortius agit in resistes magis q̃ in nõ resistens. Sicut etiam patet de igne qui tũc temporis fortius agit ⁊ ardet. quãdo a qua sibi resistente ⁊ contraria irritatur. Sic ꝓcerto deus q̃ dicit ignis fulgur ⁊ ventus propter rigorem sue iustitie. debilibus ⁊ humilibus per peccata non resistentib⁹ voluntati sue. nec voluntati sue obuiantibus: consueuit parcere. ipsosq̃ nocere non videt non ledere: nec virtutem sue seueritatis ⁊ iustitie contra eos declarare. quod bene figurat .ij. Regũ. xxj. vbi dicit. q̃ dauid pepcit mphiboseth qui erat claudus pedib⁹ ꝓpter iusiurãdum quod fecerat Jonathe patri eius. Alios vo de genere saul qui erant fortes ⁊ non claudi suspẽdit in ligno. sicut dicit .ij. Regũ. xxj. Quia .s. deus qui dauid dicit manu fortis: claudis ⁊ debilib⁹ ⁊ egenis solet pcere: ⁊ eos misericorditer ab inferni incendio ⁊ suspendio preseruare. Sed alios fortes ⁊ presidentes duros obstinatos ⁊ resistentes solet fortiter impetere: ⁊ contra eos potentiã iustitie sue ostẽdere: ⁊ tam tpaliter q̃ eternaliter solet ipos funditus eneruare. Deus eĩ superbis resistit. humilib⁹ dat gratiam: sicut dicit .j. Pet. v. ps̃. Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum saluas faciet. Et ideo Job videns q̃ deus est ad parcendum naturaliter inclinat⁹ supplicabat Job. vij. dicẽs. Parce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Ubi aduerte q̃ iste petit sibi pari ꝓpter tria. scilicet Ꝓpter

Nobilitatem presidentis. Ista .n. tria ducũt dominũ
Necessitatem requirentis. ad parcendũ .s. Nobilitas
Fragilitatem delinquẽtis. sue ꝓlature. Parce inq̃t domine. Necessitas nostre iacture. Mihi inquit. Fragilitas nostre nature. Mihil eĩ sunt ⁊c. Dico q̃ deus parcit ꝓpter suam nobilitatem: q̃ ostendit cum dicit. Domine: qđ ẽ nomen potestatis ⁊ nobilitatis? Teste eĩ Sene. lib. de qua tuor virtutibus. Ad nobile cor ⁊ magnificũ ptinet libenter parcere. Sufficit eĩ (vt dicit) potestatẽ vindicandi habuisse: quia (vt dicit) nobile genus vindicte est ignoscere. Et quia ergo deus summe nobilis est ⁊ magnanim⁹. hoc habet ex animi generositate q̃ libenter indulgeat atq̃ parcat Similis leoni q̃ ex animi nobilitate ꝓstratos ledere nõ dignat: sed eis pcere comprobat. Domine inq̃t. Quia .s. dominus libenter pcit rebus suis nec ipsas libenter destruit sine causa. Jdeo de eo dicit Sapiẽ. xj. Parcis eĩ omnibus quoniã tua sunt domine q̃ amas animas. Parcit ergo deus vt dictum est ꝓpter suam nobilitatem. Deinde dico q̃ ipse parcit ꝓpter nostraz necessitatem: quod ostendit cũ dicit. Mihi. q. d. mihi in necessitate posito parce. Exemplo regum israel ⁊ iuda qui regi moab pepcerũt: quando ipm ꝓpter nimiam necessitatem filium suum ꝓmogenitum immolare ⁊ occidere viderunt. sicut pomit .iij. Reg. ij. Jdeo bene supplicat Joelis .ij. Parce domine parce populo tuo ⁊ ne des hereditatẽ tuam in obprobriũ vt dominent⁹ eis nationes. Et in ps̃. Parcet pauperi ⁊ inopi ⁊c. Mihi inquit. ps̃. Esto mihi in deum ꝓtectorem Sapiẽ. xij. Vijs tanq̃ hominibus pepcisti. Denicq̃ dico q̃ ipse parcit ꝓpter nostram fragilitatem. Mihil eĩ sunt dies mei Magis eĩ est parcendũ debili ⁊ infirmo si vincat q̃ forti. Sic quia deus scit nos esse debilis ⁊ fragilis conditionis: ita q̃ tentationibus nostris resistere non valemus. Jdeo libenter ⁊ miseri corditer nobis parcit. Exemplo leonis q̃ paruulis ⁊ mulieribus dicit pcere: eo q̃ impotentis ⁊ fragilis nature quodam naturali instinctu pcipit ipsos esse. Nam quia de⁹ hominem fragilem ⁊ ad resistendũ debilem esse nouit. libẽter si penituerimus nobis parcet. ⁊ semp nobis (citra ꝓdignũ puniens nisi in nobis deficiat) veniam libenter tribuit ⁊ cõcedit. Quia iuxta verbum Senece. Pudet fortem bellum gerere cum homine vinci parato. Et istud allegat cum dicit. Mihil eĩ sunt dies mei ps̃. Ad nihilum redactus sum ⁊ nescaui. Unde dns dicit peccatori illud .j. Regũ. xxiiij. Cogitaui. vt occidem te: ⁊ pcat tibi oculus meus. Et ideo de eo tam benigniter parcendi ⁊ tãmisericorditer indulgẽti loquit beatus Bernardus. In odorem mansuetudinis tue curremus bone Jesu audientes q̃ non spernas pauperem: nõ abhorreas peccatorẽ. non horruisti confitentẽ latronẽ: nõ peccatricem lachrymantẽ. non chananeam supplicantem: non deprehensam in adulterio. non sedentem in theloneo. non supplicantem publicanũ. non negantẽ discipulum: nõ psecutorem discipulorz. non crucifixores membrorum. Hec Bernardus. sup Cant. Sic igit patet quomodo deus misericordia diuersimode parcat diuersis. Sed ꝓcerto charissimi q̃uis deus sit ꝓprium misereri semp ⁊ parcere. illud tamẽ intelligit respectu penitentiũ: quia .s. deus nõ parcit illis q̃ in peccato volunt pseuerare: ⁊ qui nolunt humiliter penitere. Aquila. non parcit ꝓprijs pullis quando videt eos degeneres ⁊ ab aspectu solis oculos auertẽtes. immo de nido suo expellere ⁊ eijcere eos solet. Sic vere: nec deus pcõibus degeneribus: ⁊ a luce veritatis ⁊ gratie oculos auertẽtibus parcet immo de nido paradisi eos eijciet ⁊ expellet. sicut de angelis malis apparuit. Jdeo dicit .ij. Pet. ij. Deus peccantibus angelis non peperat ⁊c. Jdeo etiam de quolibet peccatore dicit Esaie. xxvij. Qui formauit eum non parcet ei. Et circa hec nota q̃ deus non parcit finaliter

Obstinate delinquentibus. De obstinate delinquẽtibus dicit Job. ix. Deberem ostia opera mea scies
Judicium expectantibus.
Carnalia diligentibus.
Veritatem simulantibus. q̃ nõ parceres delinquenti. De mortem seu iudicii expectantib⁹ dicit Prouerb. vj. Zelus ⁊ furor viri non parcet in die vindicte ⁊c. De carnaliter cõuersantib⁹ dicit Ezechiel. xvj. vbi mulieri meretrici loquẽs dominus dicit. Non parcet sup te oculus me⁹. De ypocritis vo ⁊ veritatem simulantib⁹ dicit Job. xlj. Non parcam ei ⁊ verbis potentib⁹ ⁊ ad deprecandũ compositis Non sic ergo charissimi: non simus tales: quia ꝓcerto de⁹ non parcit talibus sed penitentibus ⁊ humilibus. Et si vis scire quibus modis pcit. Nota q̃ eis parcit

Culpam indulgendo. Culpam dico indulgendo.
Penam remittendo. ps̃. Ab occultis meis munda
Mihi debito puniẽdo. me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Penam dico remittendo. .s. eternam. Unde Job. xiiij. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce pcis meis. Jtẽ circa ꝓdignũ puniẽdo Ezech. xx. Pepcit oculus meus sup eos vt nõ interficerẽ eos. supple q̃uis essent digni. Jtẽ de miseriis eruẽdo. Unde illud ps̃. Parcet pauperi ⁊ inopi ⁊c. Et sic pter quõ generaliter est vnũ pcere mirabile ⁊ gloriosum. Sed secũdo ꝓncipaliter dico. q̃ est vnũ parcere. laudabile ⁊ virtuosum. Et istud est parcere misceãle humane: qua .s. hõ parcit homini delinquenti. qđ potissime virtuosum est in potẽte vindicare: q̃. s. hõ vindicãs victis debet faciliter pcere ⁊ iniuriantib⁹ indulgere. Juxta illud Sene. in ꝓuerbijs. Alteri sepe ignoscito: tibi nunq̃. Quia sicut dicit idẽ de moribus magnaz̃ viriũ est contẽnere ledentẽ. Et iõ dicit petrus Raueñ. in ꝓmone. lxxviij. Quantũ ⁊ quotiens tibi vis dimitti: tantũ ⁊ totiens tu dimitte. Dimittẽdo .n. alteri tibi parcis. Sicut eĩ mẽbra corpis si inuicẽ se leserint solent sibinuicẽ parcere. nec vnq̃ alterũ ab altero vindictã sumere. Sic et nos cũ simus alter alteri⁹ mẽbra ẽm apim. Parcere debemus delinquentib⁹ ⁊ iniurias dimittere nocẽtibus. Juxta illud Eccl. xxviij. Dimitte ꝓximo tuo nocẽti te ⁊c. Jdeo dicit Cassiodorus ammonitione .ij. Siquis inquit pauperes pauerit: captiuos redemerit. odium dimisit: ⁊ꝓ suis inimicis oraverit. ante tribunal xpi dicere poterit conscientia libera. Domine da: quia dedi. dimitte: quia dimisi. Et istud est contra multos: ⁊ maxime pncipes ⁊ tyrannos. vsurarios ⁊ balliuos. qui scz nulli pauperi parcunt. nulli delinquenti subueniunt. nulli misero compatiunt. nullum depressum auxiliantur. Istud potissime patet in iuris iudicibus ⁊ prelatis. qui sine quacunq̃ misericordia contra miseros debachantur. cum tamen dicit Seneca. Dr culpa est totam culpam prosequi. Unde videt q̃ isti sunt crudeliores pardis. draconibus. leonibus et leenis. manticoris et hyenis. Ista enim animalia saltem filijs suis parcunt. Isti autem subditis qui sunt filij spiritales non parcunt: sed per rapinas et alias multiplicater eos ledunt Zacharie vndecimo cap̃. Pasce pecora occisionis. que qui possederant occide-

bant⁊ non volebant. Sequit̄. Pastores eor̄ non parcebāt eis. Unde nō videntur dicere illud Sap̄.ij. Oppriamus pauperem iustum: ⁊ non parcam⁹ vidue Esaie.ix. Erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcet. Declinabit ad dexteram ⁊ esuriet: ⁊ ad sinistram ⁊ non satiabitur. vnusquisq; carnem brachij sui comedet. Expone ergo bene quomodo tales raptores sunt contra pauperes ⁊ fame licos. Non sic aūt de malis diuitib⁹: quia ꝓcerto talib⁹ bene parcūt: nec puniūt vt deberent. Teste eñ Pli. Dux est auis pinguissima intantū q̄ pinguedo bebetat gladiuz vel cutelium. Quia ꝓcerto cutellus seu gladius iusticie malorum iudicū solet bebetari. quādo inuenta pinguedine diuitum solent donis⁊ muneribus confricari. Quia .s. tales q̄s malos non consueuerūt ledere: sed corrupti muneri⁹ solent eis contra iusticiaz indulgere. Figurati in saule: qui agag pinguissimo ⁊ melioribus gregib⁹ cōtra dei mandatū pepercit. quicq̄d vo fuit vile ⁊ reprobū extirpauit sicut pōt̄. j. Reg. xv. Quia .s. mali iudices diuitibus ⁊ pinguibus parcunt. Pauperes aūt ⁊ miseros dure ledunt cōtra illud Hiere. l. Non parcatis iaculis quia domio peccauit. Et ibidem. Nolite parcere iuuenib⁹ eius. Non sic ergo: ꝑ parcamus pauperib⁹ ⁊ nos iniuriantib⁹: salua tamē iusticia: q̄a istud est vnū parcere laudabile ⁊ virtuosum. Sed tercio principaliter dico. q̄ est vnū parcere psonarū acceptionis. Et de isto vide supra in titulo suo. Istud etiam est parcere carnalis dilectionis: ⁊ etiam negligentie ⁊ remissionis. quo sc̄z homo parcit ⁊ indulget sibipsi pniam fugiendo: nec se nec subditos corrigendo. De quo Prouerb̄. xiij. Qui parcit virge odit filium. Quarto dico. q̄ est vnū etiam parcere diuine indignationis. quo .s. deus parcit ad ꝑsens mūdi peccatorib⁹ ⁊ diuitib⁹: vt ipos puniat ineternū. Similis carnifici qui boui quem impinguat videt parcere: ⁊ tamē hoc facit vt eum possit melius trucidare. ⁊ quāto sibi plus a laboribus parcit̄: tanto magis insolescit. superbit recalcitrat ⁊ erigit̄. Et sic loquit̄ dominus Hiere. xlvj. Castigabote: nec quasi innocenti parcam ne tibi innoxius videaris. Isti sunt illi ꝙbus ad horam deus parcit. de q̄bus Job. x. Si ad horam pepercisses mihi: cur ab iniq̄tate mea mūdū me esse non pateris? Et sic ergo ꝑt quō est q̄drupler parcere .s. quoddam appetibile. quoddā cōmendabile. quoddam detestabile. quoddam formidabile ⁊c. Vide de misericordia ⁊ misereri.

Parere. parturire. partus.

Nota q̄ cum parturire nihil aliud sit q̄z fetum vel fructuz emittere ⁊ producere. Possunus notare q̄ in scriptura inuenitur multipler partus. Est enim Partus

Honoris ⁊ nobilitatis.
Valoris ⁊ vilitatis.
Doloris ⁊ mortalitatis.
Pudoris ⁊ virginitatis.
Horroris ⁊ iniq̄tatis.
Laboris ⁊ penalitatis.
Meroris ⁊ confusionis.
Clamoris ⁊ pdicationis.

Partus honoris signat mūdi ꝓmotionem: quia .s. ꝓlatus ⁊ ecclesia tūc pariūt. q̄n de vetero claustri sui aliquē exterius ad aliquē gradum ⁊ statū ꝓmouent ⁊ emittūt. De q̄ Esa. lxvj. Parturiuit syon filios suos. Et iste partus q̄n̄z est bonus q̄n. .s. boni ꝓlati exaltant pariunt ⁊ ꝓmouent bonos subditos. Animalia eñ non pariūt nisi silia sibi. Equa eñ non parit porcum: nec porca parit asinum. Sic in ecclesia quilibet ꝓmouet ⁊ parturit sibi simile ꝑ posse suo. Et inde est q̄ boni ꝓmouēt bonos: ⁊ mali similiter malos. Et sicut animalia gulosa ⁊ rapacia filios pariunt impfectos: sicut canis lupus ⁊ vulpes cecos. visus informes ⁊ leo mortuos. Sic mali ⁊ ambitiosi: gulosi. auari ⁊ symoniaci atq̄ ꝑlati subditos pariūt ⁊ ꝓmouent pessimos ⁊ iniquos: quia .s. bodie ꝓmouent quosdam cecos p ignorantiā: quosdaz informes p oim virtutū carentiā. quosdā etiam mortuos p torporem ⁊ negligentiā. Isti sunt isti q̄ pariunt abortiuū .i. homines impfectos. De q̄bus dī Hiere. xiij. Cerua in agro pepit: ⁊ onagri steterūt in rupib⁹. Quasi diceret. Duz cerua .i. impfectus ꝓlatus parit p beneficior̄ collationem. onagri asini siluestres id est male psone obtinent rupes dignitatū p indebitam ꝓmotionē. Vide supra de ambitione ⁊ in pluribus aliis locis. Partus valoris signat bonor̄ operū ꝓductionem. Sicut eñ arbores pariūt fructus: sic homo parturit suū opus. Mam sicut fetus in matrice concipit̄ ⁊ tandem emittit̄ ⁊ parturit̄. Sic bonū opus primo est in matrice cordis p cogitationē: ⁊ deinde parturit̄ p bonam executionē ⁊ operationē Ezech. xxiij. Habui eas tanq̄ vxores: ⁊ pepererūt filios ⁊ filias. Sicut cñ lepus ita ē fecundū animal q̄ q̄n parturit vnum fetum: semp remanet pregnans de alio. Nō etiam de arboribus citronor̄ dicit̄. q̄ q̄n vnus fructus matur⁹ colligit̄ semp alius floret ⁊ alius generat̄. Sic ⁊ nos fructus bonor̄ operū debemus parere: ⁊ cū de alio bono ope debemus ꝓpugnantes p bonū desirium remanere Can̄. vij. Videamus si vinea nostra floruit si flores fructus parturiūt. Nō est ꝓra multos q̄ non continuant nec multiplicant partus bonor̄ operū: imo si quā doq̄ eos ꝓtingat bona opera parere: statim volunt deficere ⁊ cessare. Similes pantbere q̄ nō dicit̄ parere nisi semel Similes etiam leene: que primo anno parit sex catulos: ꝑ tandem ofm̄i anno diminuit̄ numer⁹ ptus sui: ita q̄ sexto anno penitus sterilescit. j. Reg. ij. Sterilis pepit plurimos ⁊ que multos babebat filios infirmata est. Non sic ꝑ: sed habeamus partū valoris p bonam operationē. Partus doloris signat nram naturalem ꝓcreationē: q̄ ꝓcul dubio nos in fetore cōcipimur: ⁊ in dolore parturimur: ⁊ in labore miserabiliter enutrimur. Un̄ in Eue maledictione ꝓtinetur. q̄ in dolore debebat filios parere: ⁊ erūnas multiplices sustinere. Quia sicut dī Job. xxv. Mulier cū parit tristiciā habet. Part⁹ pudoris signat dei filij incarnationē: q̄. .s. sicut hyena dicit̄ parere sine masculo. Sic istum pepit virgo sine viro Esa. vij. Ecce virgo ꝓcipiet ⁊ pariet filiū. Partus horroris signat malor̄ actuum executionē. Quodlibet eñ malum opus est vnus malus fetus. Mam sicut serpentes ⁊ alia animalia venenosa: fetus pariūt venenosos: sic vitiosi homines actus faciunt viciosos Ps̄. Ecce parturit iniusticiā: ⁊ cōcepit dolorem: ⁊ peperit iniquitatē. Nō etiā de malis verū est. que .s. in vtero cordis cōtineri nō valent sed exterius emittunt̄. sicut patet de secretor̄ relatoribus detractorib⁹. adulatorib⁹ ⁊c. qui .s. mala verba parturire non cessant Ecci. xix. A facie verbi parturit fatu⁹. Et Esaie. xxxiij. Concipietis ardorē parietis stipulam. Partus laboris signat eternaz damnationē. Mūdus eñ ē mater omniū reproborum. Ipsos ergo de ventre sue ꝓsperitatis parturit: q̄n ꝑ mortez in infernū ejcit ⁊ emittit. Un̄ ps̄. Ibi dolores vt parturientis: in spū vehemēti ꝓteres naues thar sis. Partus meroris signat cordis cōpunctionē vel oris confessionem: quia .s. ꝑ confessionē vicia parturiunt̄: ⁊ mali fet⁹ quos i corde nostro dyabolus genuerat exteri⁹ emittuntur Roma. viij. Omnis creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq̄ adhuc. Elephas eñ libenter iuxta flumina parturit. Sic ⁊ homo debet per confessionem parere iuxta lachrymarum fluenta. Et nota q̄ iste partus debet fieri. scilicet

Cum ꝓtritionis dolore.
Cum cōpunctionis meroze.
Cum ꝓturbationis timore.

Dico cum dolore ꝓtritionis Ezech. xxx. Quasi parturiēs volebit. Dico etiā cū meroze cōpūctōis Hiē. xlviij. Cor fortiū moab q̄si cor mulieris ꝓturiētis. Dico insup cū ꝓturbatōis timore Deut̄. ij. Audito noie tuo paueāt: ⁊ more parturientiū ꝓtremiscāt. Et si vis ponē quō abbates iuuat aq̄lam parere: diptann⁹ ceruā ⁊c. supra inuenies titulo de. Part⁹ clamoris signat doctrinā ⁊ pdicatiōez. Predicatores eñ clamorib⁹ ⁊ doctrinis boies i fide pturiūt ⁊ puertūt. sic dicit apl's Gal. iij. Filioli mei q̄s iterū ꝓturio donec iformet̄ i vobis xp̄s. Un̄ de istis pōt dici illud Job. xxxix. Incuruant̄ ad fetū: ⁊ pariunt: ⁊ rugit⁹ emittūt. Istis q̄ octo modis accipit̄ ptus. Et ista possent multipliciter dilatari: ꝑ transeo ⁊c.

Parentes.

Nota q̄ sunt parentes. Supnales Spūales ⁊ Corporales. Supnales sunt deus. angeli ⁊ sancti. De q̄bus dicit̄ Eccle. xlviij. Laudemus viros gloriosos parentes nostros. Spūales sunt viri iusti pdicatores ⁊ plati. De q̄bus Col'. iij. Filij obedite parētibus vestris. Corporales sunt pater ⁊ mater ⁊ nobis p sanguinitatis lineam colligati. De q̄bus. ij. Cor. xij. Nō debent filij thesaurizare parētibus: sed parentes filijs. De primis duobus nihil ad ꝓsens. De tercio vo supra de filijs aliquid dictum est. Sed vt breuiter aliquid dicaz. Notandum est q̄ corporales parentes sunt

Honorandi cum reuerentia.
Educandi cum diligentia.
Supportandi cū patientia.

Primo ꝯ dico q̄ parentes sunt cum reuerentia bonorandi: quia sicut dr Eccl.iij. Qui timet deum bonorat parentes. Teste enī Arist. viij. etdicor. Retributio debet esse possibilis: si non pōt esse condigna. vt pz de deo t parentibus. q̄bus nō tenemur ad eq̄alem ꝯ ad possibile. q. d. Parentibus t deo nō possumus equiualēter recompensare: t ideo saltem illud q̄ est nobis possibile. s. honorem t reuerentiā gratiarū actionē t amicitiā tenemur humiliter exhibere. Honoremus ꝯ eos eis obsequēdo: t eis obediendo: quia adhoc inducunt nos

Preceptum scripture.
Instinctus nature.
Exemplū bonorum.
Tormentum malor.

Dico p̄ceptum scripture: q̄a scz istud p̄cipit nobis Exo. xx. Honora patrē tuū t matrem tuam. Et Col. iij. Filij obedite parentibus vestris. Dico etiā instinctus nature: quia instinctu nature omnia mouent bonorare illum a quo beneficia susceperūt. sicut de elephante qui liberatus a fouea obedit liberatori t demesticus efficit: t pz in multis brutor animalium exemplis: sicut supra in pluribus titulis est ostensum. Et quia ꝯ a parentib⁹ post deū maiora beneficia suscepimus. ipos merito post deum pre ceteris honorari t reuereri debemus. Ab ipsis enī habem⁹ esse. documentū t nutrimentū. Et ideo sicut cōiter omnes rami arbor inclinant et pendent versus radicem: t maxime q̄n sunt fructibus onerati sicut versus suū originale principium a quo habēt esse nutrimentū t sustentamentū. Sic t nos ad radices nras. s. ad parentes nostros a q̄bus. s. sumus t viuim⁹ t nutrimur debemus per reuerētiam inclinari: t p bonorē t obediētiaz famulari. Teste enī Apoc. Ro. xj. Tu non radicem portas sed radix te. Et ideo iuxta verbū scripture Esaie. lj. Attēdite ad petram vñ excisi estis. attendite ad abrahā patrem vestrum t ad saram que pepit vos. Dico adhuc q̄ ad bonorandum parentes debet inducere exemplū bonorū: t maxime exemplum Thobie patris bonorantis. Exemplū hester mardocheum auunculū venerantis. Exemplū etiaz Decij ob bonorem paternū dyadema imperij refutantis. Teste. n. Valerio: dum decius imperator decij filiū suum voluit imperiali dyademate insignire: renuit filius dicens. Timeo ne si fiam imperator dediscā esse filius. Ad hoc etiam facit tormentū malor: quia. s. illi q̄ nō bonorant parentes: in hoc mūdo t in alio puniunt. sicut de multis irreuerētibus posset narrari nisi esset longū: quia sicut dicit idem valerius. Justissime parentū t deor violētia pari vindicta expianda est. In lege etiā Deut. xxj. Filius pteruus q̄ patri t matri obedire noluerit iubet lapidari. Et sic patz quō parentes cum reuerentia sunt bonorādi.

Scdo dico. q̄ parentes cum diligentia sunt educandi. s. si indiguerint. Sicut de gruib⁹ dr. q̄ parentes suos confectos senio solent nutrire: t eisdem victualia ministrare. De falconibus etiaz pbatum fuit q̄ circa quēdam falconem antiquissimū multitudo aliorū iunior fuit repta. que illi antiquo cibaria intulerāt: t que omni die ipm cibis recentibus nutriebāt. Quid de natura arbor dicem⁹ vbi videmus q̄ rami qui cōtinue humorē hauriūt a radice in forti hyeme videntes radicem indigere. humorez suum iterū ad radicem mittūt: t ne radix indigeat humore pprio t filia tunc dimittūt. In quibus quidez a natura docemur q̄ nos qui a radice. i. a parentibus humorem bonor temporalium recepimus: t ipsos tali humore multotiens depauperauimus. debemus vice reciproca quādo instat hyems alicuius aduersitatis t indigentie humorē nr̄m ipis impendere: t pro ipsis nutriendis humorez t solus bonor temporalium nos priuare. Et hoc est qd̄ p̄cipit. j. Thimo. v. Discat inquit vidua domum suam regere: t mutuā vicem reddere parentibus. Qd̄ dns bene innuit: qui ceteris omissis in cruce pendēs de matre solūmodo curā gessit. sup quo dicit Crisp. sup Joh. xix. Qz ibs vsq; in vltimā respiratōnē docuit nos parentes pcurare. vt inquā quāto quis est pinquior tanto sit de eo cura maior. Et ideo petr⁹ Raven. in quodā sermone. Quelle inqt a sole radiū t non lucet a fonte riuulum t arescit: a radice ramū t siccat a corpe membrū t putrescit. Sic est inqt de filio q̄ a parentū deuotione fuerit separatus. Patet ꝯ q̄ parentes cum diligentia sunt educādi.

Tercio dico. q̄ parentes cū patiētia sunt tolerandi: quia. s. t parentū mores defectiuos: t parentū actus t sermones correctiuos debem⁹ sustinere t supportare t in patiētia tolerare. Unde Sene. Surdum te parentibus p̄sta: bono aiō mala precanti. Et si vis esse felix: ora deos ne tibi quid borum eueniat que implorāt. Sic igit patz quō se debent bne filij ad parentes: t q̄tū ad patiam t q̄tū ad subuentionē: et quātum etiam ad reuerentiā. Elide supra in titulo de filio. vicz qualiter se debent habere parentes ad filios: t q̄tuz ad nutritionē: t q̄tum ad instructionē: t q̄tum ad correctionem. Unum aūt aduerte hic q̄ summe debent cauere parentes vt se tales exhibeant. q̄ filij in eor operib⁹ mortis exēpla non videant: quia. s. filij solent libenter imitari parentes Et ideo vt cōiter sicut boni habent bonos filios. Juxta illud Roz. xj. Si radix sancta t rami. Sic mali pentes filios vt cōiter habēt malos. Sicut enī mulus ab asino et eq̄ generatus pter excessiuā pentū suor frigiditatē potentiā generādi non habet. Plumbū etiaz pter hoc q̄ ab immūdo t grosso argēto viuo t sulphure componit. sm Arist. metallum fedum t maculatiuū esse dinoscit. Quia breuiter qualis materia talis materiatus: t defectus pncipiorū in cōclusione relucet. Sic vere illi q̄ a frigidis t indeuotis: ab immūdis t inbonestis pentibus generant t cōponunt fedi t immūdi inueniunt. t virtute generandi bona opera esse penitus vacui dinoscunt: q. s. mores parentū imitantes cuz ipsis ad interitū deuoluunt. Lupus enī generat lupos. Usurar⁹ filios vult hre vsurarios. Raptor raptores. t pdator generat predatores. Et sic verificabit illud quod scribit Sap. iij. q̄ ex iniqs omnis filij q̄ nascunt: testes sunt neq̄cie aduersus pentes. Isti sunt pentes q̄ deuorāt filios suos: iuxta illud Luce. xxj. Trademi aūt a pentibus ꝛc. Et ideo talib⁹ malis pentib⁹ nō est obediendū: ꝯ ab eis t eor imitationibus discedendū. Ruth enī cōmendat q̄ pentes dimisit Ruth. ij. Quia sicut dicit Hiero. Si vtrū q̄. t deū t pentes seruare nequeat: odium in suos: pietas est in deū habēda. Aug. in sermone. Scias q̄ amādus est generator: sed pponēdus est creator: q. s. mali pentes inquātū in via salutis nobis obsistūt: nō sunt nec bonorādi nec educandi nec imitādi nec tolerādi. Et hoc de pentibus sufficiat ꝛc. Ut de supra de Filio. Et infra de patre.

Pariter. Nota q̄ pariter idem est qd̄ simul. inuicem equaliter: t mutuo. Et signat pariter rerū cōiunctionē. aggregationē t adequationē. Et ideo breuiter pariter pōt significare bonā vel malā societatem: Boni enī semp sunt pariter t simul p vinculum charitat⁹: Sed si vis exempla. Vide infra de simul. Unū Judicū. xx. dicit q̄ omnes filij israel pariter cōgregati sunt. Et ideo nota q̄ nos per charitatis pietatem debemus Pariter

Plorare.
Orare.
Videre.
Gaudere.
Audire.
Cōuenire.

Pariter dico plorare p cōem dolorem et t cōtritionem. Unde. j. Regū. xx. dr. q̄ David t jonathas piter fleuerūt: david autez amplius. Item piter orare p cōem seruorem t deuotiōem. Unū Thobie. viij. dicit: de thobia t sara. q̄ surgentes pariter orabāt. Itē piter videre p cōem fidē t discretōez Esa. xl. Videbit eis caro piter salutare dei. Et. xlj. Ut videāt t sciāt: recogitēt t intelligāt piter. Et Act. ij. Oēs. n. q̄ credebāt erāt piter. Itē piter gaudere p cōem spem t pslatōez Judicū. xix. Hodie h maneas piter q̄ letemur. Item piter audire p cōem obediētiā t subiectiōz. vñ Eccl. xij. Finē loq̄ndi oēs piter audiam⁹. Itē piter conuenire p cōem charitatē t societatē t dilectōez. vñ Osee. j. Cōgregabūt filij iuda t filij israel piter: t ponēt sibimet caput vnū Act. ij. Oēs erāt discipuli piter in eodē loco. Justi. n. in eodem loco sunt piter. s. Per

Fidei vnitatem.
Cordium charitatē.
Morū pformitatem.

Et breuiter ita est q̄ res mundane videnē p̄varias pensiones hominibus varie distribute. Ista poterant multiplicater dilatari. sed auctoritates desunt. Solū ergo dicq̄ nos inuenim⁹ Porcionē. s. Dei Justi z Proximi. Primo igit dicamus de portione dei summi creatoris. Deus enim p̄ portione sua accepit ecclesiam fidelium. multe ei sunt secte infideliuṁ. in quibus domin⁹ nihil percepit cōtentus certe modica porcione. Unde ista est illa porcio de qua dicitur. ij. Macha. xiij. Or deus portionem suam signis euidentib⁹ protegit. Et iō ipse valde videtur conqueri de tyrannis z malis prelatis qui porcionem suam. id est ecclesiam depredantur. Hiere. xij. vbi dicit. Pastores multi demoliti sunt vineam. conculcauerunt partem meam. et dederunt porcionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. Ista est igitur porcio dei summi creatoris. Secundo dico q̄ inuenit porcio iusti viatoris. Et ista p certo est multiplex fm̄ loca. res z tempora. in quibus z de quibus recipit porcionem. Et sic dico q̄ iusti multiplicem habent porcionem. scz Inferiorem quo ad virtutes z scientias z dona. Exteriorem quo ad mundi bona. Superiorē quo ad celorum premia. De omnibus enim istis iustus recipit partem suam. quia. s. deus tanq̄ legitimus dispensator diuidit prout vult singulis ista dona. Quilibet enim habet de scientijs mundi rebus z opulentijs z eminentijs virtutibusq̄ moribus z sufficientijs. z finaliter de celestibus bonis z de glorie donis atq̄ premijs certam z p̄priaz porcionem fm̄ q̄ ordinauit voluntas z dispensatio largitoris. Diuisiones enim gratiarum sunt. vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult. j. Corinthioz. xij. Unde de porcione gratie z scientie vr iust⁹ dicere illud ps. Porcio mea domine dixi custodire legem tuam. De porcionis autem eterne glorie. dicit idem similiter illud ps. Porcio mea domine sit in terra viuentium. De porcione vo bonorum ecclesie quas scz prelatus habet subditis distribuere. Possumus dicere q̄ sine acceptione psonar ista dr esse equalis omnibus ceteris tamen paribus z cōsideratis meritis personarum. Unde. ij. Macha. viij. dicit. q̄ diuiserunt equam portionem debilibus. pupillis z viduis. Equam dico non equalitatem rei sed equalitatem iustitie. que tm̄ fuit contra multos. qui. s. non attentis meritis personarū. melioza beneficia z pinguiorem portionem de bonis sibi commissis consanguineis z adulatoribus solent dare. Unde Leuiti. vij. dicit. q̄ ille de filijs Aaron qui sanguinem vel

adipem obtulerit babebit armū dextrū in portione sua. Ille ei q̄ plato vel principi offert sanguinē est cōsanguine⁹: q̄ sanguinem .i. cōsanguinitatē allegat. Ille vo q̄ adipez q̄ suauiter vngit offert est adulator. Quia reuera sepe fit q̄ tam hic q̄ ille armū dextrū .i. pinguius beneficiū reportāt. alij vo ly sufficientiores sint sinistra ⁊ non dextera semp habent. Sic ergo patet q̄ inuenīt portio iusti viatoris. Tercio dico q̄ inuenīt portio vani peccatoris. Et ista ꝓcerto cōsistit in vicijs diuitijs ⁊ in supplicijs. De vicijs dr in ps. Cū adulteris portionē tuā ponebas. De diuitijs dicit Luc. xv. in psona illi⁹ filij ꝓdigi q̄ dixit patri. Pater da mihi portionē substantie q̄ me contingit. quā tñ supflue viuendo consumpsit. ita q̄ ad aliā portionē .s. ad supplicia paupertatis deuenit. De supplicijs dr in ps. Hec est ps illor q̄ detrabunt mihi apud dñm. Patet ergo quō inuenīt portio vani peccatoris. Iusti viatoris. Summi creatoris ⁊c. sufficit. Vide supra vbi Pars.

Portus. Nota q̄ portus est ille locus in quē de maris periculis exit ad terrā. Port⁹ esse nō dicit ab introitu qui fit in mare. ly ab exitu qui fit a mari. Et ideo portus dicit a portando. ꝓ eo q̄ ibi portat homo de periculis latronum. ad portam ⁊ portum securitatis. De periculis fluctuum ad portā ⁊ portū vtilitatis. Igitur dicam q̄ est dare multiplices portus. Est enim Port⁹

Luctuosus q̄ est singulor.
Spaciosus q̄ est perfector.
Fructuosus q̄ est beator.
Lubricosus q̄ est mundanor.
Anxiosus q̄ est peccatorum
Periculosus q̄ ē dānator.

Primus est mos quo applicant singuli viuentes.
Secūd⁹ est gra quo applicant bonum appetentes.
Tercius est glia quo applicant bene triumphantes. Quartus est mundi ꝓsperitas q̄ applicant opes diligentes. Quint⁹ est pcīm quo applicant virtutē pdentes. Sextus vo est inferni⁹: quo applicant penas ꝓmerentes. De istis portubus possunt dici multa ꝑ deficiunt auctoritates. hoc solum dicamus q̄ de portu singulor .s. de morte potest dici illud Senece. In freto vixim⁹: moriamur in portu. De portu vo gratie: religionis vel ecclesie q̄ est pfector potest dici illud qđ dr Act. xxvij. Venim⁹ in locū qui dicit boniport⁹. De portu aūt glorie q̄ est beator dici potest illud .j. Macb. xiij. q̄ machabe⁹ cum omni gloria accepit Joppen in portū. De portu mundi q̄ est opulentor pōt dici illud Actuum. xxvij. Cuz portus aptus non esset ad hiemandū. plurimi statuerūt cōsilium nauigare inde. De portu peccati q̄ est iniquor. Et etiā de portu inferni q̄ est damnator potest dici illud .j. Macha. xij. Portū q̄dez nocte succendit Et ibidem. Portum cum manib⁹ succendit ⁊c. sufficiat. q̄ auctoritates non sunt.

Possidere. possessio. Nota q̄ possidere nihil aliud est q̄ tenere ⁊ habere. Possessio vo idem est quod habitio vel rei per dominiū iusta retentio. Est āt possessio

Utilitatis.
Humilitatis
Auctoritatis.

Est dico nomen vtilitatis. q̄ possessio vt cōiter signat diuitias ⁊ substantiam tpalem ab aliquo habitam ⁊ possessam. Ūn Gen. xiij. Erat aūt abraam diues valde in possessione auri ⁊ argenti. Est etiā nomen humilitatis. q̄. s. res q̄ possidet possessoris dominio subiugat. Unde ab altero possideri signū est seruitutis. Ūn Esa. xiij. Adiunget aduena ad eos ⁊ possidebit eos domus israel. Item nomen est auctoritatis. q̄ ille qui possidet ꝓsumit esse dominus rei possesse. ⁊ ideo possidere de sui natura by aliquā auctoritatem ⁊ dominiū designare. puer. viij. Dominus possedit me ab initio. Et vt breuiter transeam⁹ Notandū est q̄ in scriptura sextuplex repit possessio quarum Tres sunt bone. scilicet

Virtualis.
Spiritalis
Supernalis

Et tres sē male. scilz.

Criminalis
Temporal
Infernalis

Possessio virtualis est possessio hominū pfector. Spiritalis est possessio boim dericor. Supnalis est possessio ciuiū beator. Criminalis est possessio boim pcōr. Temporalis est possessio boim mundanorū. Infernalis est possessio viliū dānator.

Dico ergo primo q̄ est possessio virtualis Et ista est illa substantia. illa hereditas. illa possessio. gratiarū. scientiarū ⁊ virtutū quā boni possident in ꝫ mundo. Specialiter aūt possidēda est ⁊ bnda .s. Sapientie limpitudo.
Continentie sanctitudo
Patientie fortitudo
Amicicie rectitudo

Dico ergo q̄ boni habent possessionem sapientie. puer bior. xviij. Cor prudentis possidebit sapiam. Et puer. iij. Possidesapiam. Item habent possessionem ꝓmentie. et de ista dr. j. Thessa. iij. Sciat vnusq̄sq; vas suū possidere in sanctificatione ⁊ bonore. Item debent habere possessionem patientie. Luc. xxj. In patientia vestra possidebit⁹ animas vestras. Item possessionem amicicie. Ūn Eccl. xxij Fidem posside cum amico tuo Ista ei est quadruplex possessio boim pfector. Nota q̄ est possessio ciuilis ⁊ naturalis. Ciuilis. s. q̄ solummō animo retinet. Naturalis que manu ⁊ corpe cōtinet. Sed ꝓcerto de possessione virtutū multi sunt q̄ non habent nisi ciuilem. q̄ nō habent nisi solū animū. q. s. bene vellent esse sapientes: casti ⁊c. verūtamē deficit eis possessio naturalis. q. scz nunq̄ volunt manum applicare ad opus. j. Esdre. iij. Possessionem transfluminē non habebis. Patet ergo q̄ est quedam possessio virtualis. Secundo dico q̄ est quedam possessio spiritalis. Et ista nihil aliud est q̄ possessio seu hereditas ecclesie militātis. Ista enim est possessio que est viris ecclesiasticis assignata. Josue. xiij. Tribui leui non dedit possionem. q̄m dominus deus israel ipse est possessio eius. Istud potissime potest dici de viris religiosis ⁊ pfectis qui nihil habent ꝓprium in hoc mundo. ita q̄ solum deū debent habere. Dominus em̄ possessio eorum est ⁊ ab ipso etiam possideri debent. q. s. iusti sunt possessio dei. ⁊ dns possidet eos tanq̄ suos. ipsosq; tanq̄ possessionem ꝓpriam ab omni peccato defendit. ps. Ūm tu possedisti renes meos. suscepisti me de vtero matris mee. Et istud etiam petebat Moyses dicēs domino. Exod. xxxiij. Obsecro vt gradiatur nobiscū nosq; possideas. Ista igit est possessio spiritalis. s. ecclesia que ab ecclesiasticis possidet. Ibi em̄ sunt ecclesiastici q̄ debēt esse possessio dei. ⁊ ibi est ipse deus quem debent ecclesiastici possidere. Sed heu ꝓdolor q̄ terribiliter loquet dominus ꝓ Esaiam de possessione ecclesie militantis. Nam ipse dicit Esa. xiij. Dabo eam in possessionem bericij ⁊ in paludes aquarum. Quia ꝓculdubio charissimi istam possessionem possident hodie bericij. i. viri impij spinis diuitiarū induti ⁊ ventre gulositatis muniti. Bericius em̄ fm Pli. quinq; habet ventres ⁊ quinq; dentes significans malos ecclesiasticos quorum venter est quintuplex per auiditatem ad cibos recipiendum. Philip. iij. Quor deus venter est. Et Prouerbiorū. xiij. Venter impiorum insaturabilis. Dentes vero eorum sunt quintuplices per voracitatē ad cibos deuorandum ⁊ manducandum. In talium ergo bericiorum possessionem datur hodie ecclesia. Quia procerto multi sunt in ista possessione qui non curant nisi de deliciis carnalibus ⁊ nihil penitus de spiritualibus. Tales potissime sunt illi qui iniuste sunt in ecclesia introducti. ⁊ qui possident agrum Christi de mercede iniquitatis. sicut sunt symoniaci: quibus dicitur Actuum. viij. Pecunia tua tecum sit in perditionem. qui donus dei existimasti pecunia possideri. Non sic. sed possideant istam possessionem viri iusti ⁊ boni. quia procerto ista possessio spiritualis. Tercio dico q̄ est quedam possessio supernalis. Et ista est possessio eterne glorie. que est possessio angelorum ⁊ beatorū. De qua dicit Matbei. xxv. Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum. Ista autez possessio est duplex. quia. s. gloria eterna non solum possidetur ab anima immo etiam a corpore ꝑtum ad quatuor dotes suas. Esa. lxj. In terra sua duplicia possidebunt. Et Ezec. xxxv. Due terre mee erunt. ⁊ hereditate possidebo eas. Et ideo Baruch. iij. dicitur de ista possessione. O israel q̄m magna est domus dei ⁊ ingens locus possessionis eius ⁊ Deut. iij. Jordanem vos transibitis. ⁊ possidebitis terram egregiam. Iste ergo sunt tres bone possessiones. Quarto dico q̄ est quedam possessio criminalis. Et ista est possessio viciorum que ꝓculdubio valde est damnosa possessoribus suis. Ista enim est similis cuidam monili quod Vulcanus fabricasse dicitur. quod quicunq; videbat desiderabat. ⁊ tamen quicunq; illud possidebat male ei accidebat. Et inde aliquod magnum infortunium incurrebat. Sicut ponunt fabule Poetarum. Proculdubio charissi-

mi pcm̃ est monile hmõi. qz. s. istud est monile quo dyabolus subarrat animas qs desponsat. Istud em̃ ab oib⁹ concupiscit. qz. s. nõ est dare pcm̃ in quo nõ sit aliqd delectabile z peccatoꝝ cõcupiscibile. Prouer. j. Stulti ea q̃ sibi sẽ noxia cupient. Verũtñ possessio ist⁹ valde est piculosa. qz scz possessores eius eode solent incurrere infernale piculum z iacturam. ad modũ latronis q̃ tunc suspendit qñ in possessione furtiꝫ iudicem inuenit. Et iõ stultum est talez possessionẽ habere. puer. xiij. Possidebunt puuli stulticiã Et tutũ est possessionem hmõi refutare. Eccli. v. Noli attẽdere ad possessiones iniquas. Ista est ergo possessio criminalis Quinto dico q̃ est possessio tpalis. Et ista est possessio bonoꝝ tpaliũ. De qua dr Abacuc. j. Suscitabo chaldeos gentem amarã vt possideat tabernacula non sua. bona em̃ mundi dicunt nõ nostra. qz. s. nõ est ꝓpie nostrum qđ necessario alijs dimittim⁹ z qđ quasi pcario possidem⁹ De ista aũt possessione dr Gen. xiij. de lothz abraaz. q̃ erat possessio eoꝝ nimia z nõ quibant habitare cõiter. Quia p certo bodie possessiones z diuitie sunt causa discordie atq; rixe. ij. Reg. xix. Tu z Siba diuidite possessiones. Sexto aũt dico q̃ est possessio infernalis. Et ista est possessio z hereditas damnatoꝝ. Et de ista dr in ps. q̃ deus tradidit grãdini iumenta eoꝝ. z possionem eoꝝ igni. Petões em̃ dicũtur iumenta. qz. s. carent rõne z sensu. Isti ꝯ grandini eternoꝝ tormentoꝝ tradent z in possessionem igneam locabũtur. Iste ergo sunt tres male possessiones. Et sic ptz quomodo tres bone possessiones z tres male possunt in scptura reperiri ꝛc. Vide supra de domo. de hereditate. de habitatione. z infra de terra.

Post. postea. posterius.

Mo. q post et posterius que signant vltimas rerũ partes pñt in scptura multa significare z in bono z in malo. Et ideo vt breuiter transeam⁹. Notandũ q̃ posteritas potest significare statũ

Humilitatis interioris.
Prosperitatis exterioris
Mortalitatis extremioꝝ.
Aduersitatis asperioris
Felicitatis vltimioris.
Diuinitatis supioris
Iniquitatis deterioris.

Dico breuiter q̃ posteritas significat statum humilitatis qz. s. viri humiles nunq̃ alijs se pferunt p psumptionẽ. sed potius post eos se ponunt p humilem subiectionem. j. Regũ. vij. Quieuit israel post dominũ. Pars em̃ posterior semp sequit priorem. sicut generaliter ptz in oibus aialib⁹ preter cancrũ. in q̃ posterior sepissime pcedit priorem. Sic vere in congregatiõe corporis ecclie vel religionis semp illi q̃ sunt in gradu z statu posteriores debent esse humiliores z prioꝝ maiorum supioꝝ. s. z platoꝝ sequaciores z obedientiores. Et talem sequelam petebat sponsa Cañ. j. Trahe me post te curremus in odore vnguentoꝝ tuoꝝ. Quis bodie ꝓh dolor ecclesia videatur similis corpori cancri. qz. s. partes posteriores volũt bodie ire priores. qđ tunc fit qñ illi q̃ penitus nihil valent volunt melioribus pferri. z qñ illi q̃ in gradu z statu alijs debent subesse nolunt superioꝝ famulari sed ipsis more retrogrado dominari. vt sic eis dicat deus vel prelatus illud ij. Reg. xiij. Me aũt piecisti post tergum tuũ. Et. ij. Per. ij. Facta sunt dis posteriora deteriora prioꝝ. Mõ sic ergo. sed posteriora sequant prioꝝ. vt sic prelatus de bonis possessoꝝ z subditis possit dicere illud Hiere. iij. Patrem vocabis me z post me ingredi non cessabis. Ista est ergo posteritas humilitatis. Unde etiã de tpo humilimo dicit Job. j. Qui post me venit ante me factus est. Humilis em̃ vadit. s. Post deum sibi berendo fideliter. Prelatum sibi parendo celeriter. Proximũ sibi se iungendo pcordit. Miserum sibi succurrendo benigniter. Justum ipm imitando moraliter. Impium ipsum castigando seueriter. Mundum cuncta cogitando subtiliter. Negocium ipa ordinando sagaciter. Seipsum culpas dimittendo flebiliter. Paradisum ipm appetendo mentaliter. Infernũ ipm pcauendo vtiliter. Dicam ꝯ q̃ vir humilis seu iust⁹ vadit post deum sibi fideliter berendo. z per consequens mundum z vicia relinquendo. Mat. xvj. Si qs vult venire p me abneget semetipm z tollat crucem suam z sequat me. Quis multi dicunt illud Esa. lix. Auersi sumus ne iremus post tergum dei. Item post platum ipi humiliter parendo seu obediendo. vt sic cuilibet tali dicat plat⁹ illud pdictum Hiere. iij. Patrem vocabis me z post me ingredi non cessabis Et vt talis dicat plato illud Gen. xliij. Tu post me pbara one dñs me⁹. Item post primũ cõcorditer se tibi iungendo seu ciuiliter secũ coueriando. Cañ. j. Egredere et abi post greges sodaliũ tuoꝝ. Item post mulieru sibi benigniter succurrendo. Un Paul⁹ dicebat Act. xxiij. Post annos autẽ plures elemosynas factur⁹ in gentem meã veni. Item post iustũ ipm moraliter seu virtualit imitando. Un Eccli. xxx. Mortuus est iust⁹ z est quasi nõ mortu⁹. sil'em em̃ post se reliquit filium. Et puer. xx. Beatos post se filios derelinquet. Item post impiũ ipm seueriter castigando. vt. s. ꝺ impio dicat illud Job. xxxvij. Post eum rugiet sonit⁹. tonabit voce magnitudinis sue. Item post mundũ seu post naturã vadit iustus ipam subtiliter cogitando z inuestigãdo Dan. ij. Tu rex cepisti cogitare quid futurũ esset post hec. Item post negocia ipa ordinanda sagaciter. puerbi. xxix. Sapiens differt imposterũ. Item vadit post ipm culpas flebiliter meditando. z de eis penitendo. Job. xvij. Cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meũ. nocte verterunt in diem z rursum post tenebras spero lucẽ. Item post paradisum vadit ipm appetendo mentaliter. Num. xxxj. Purificati postea castra intrabitis. Item vadit post infernum ipm vtiliter precauendo. Un Eccles. ix. Post hec ad inferos deducent. Ista igit est posteritas humilitatis seu vtilitatis. Secundo dico q̃ inuenit posteritas ꝓsperitatis. Bona em̃ temporalia dicunt posteriora. eterna vo et spũalia sunt prioꝝ. Ista potissime posteriora dici possunt qz vilioꝝ sunt z post nos remanent z in morte totalit nos dimittunt. z finaliter ad terrã posteriorẽ. s. ad infernuz nisi cauerim⁹ nos immittũt. Et iõ pcipit Gen. xix. Noli respicere post tergum tuũ. Et dr ibi q̃ vxor loth respiciens post se. versa est in statuã salis. Quia illi q̃ ad ista posteriora respiciunt p nimiũ intentũ z affectum. statue. i. petões z miserabiles efficiunt. z humane rõnis efficacia spoliant. j. ibi motbei. v. Quedam conuerse sunt retrorsuz post satbanã.

Tercio dico q̃ est posteritas mortalitatis. qz. s. senectus mors z iudiciũ sunt tpe posteriora. z tñ sunt ad nocendum crudeliora. pñ. Percussit inimicos suos in posteriora. Lãpreda em̃ percussa in capite vel in anteriori parte parum leditur. In cauda vo vel in parte posteriori percussa facilit enecat. Sic vere homo si a dyabolo pcutit q̃ pcm̃ in parte anteriori iuuentutis vel vite pñtis non ita est periculosum. qz. s. homo potest penitere. Sed quando dya bo⁹ pcutit eum aliquo peccato mortali in parte posteriori. s. i senectute vel in morte. tunc irreperabiliter vulnerat. iij. Regum. xvj. Demetam posteriora baasa. z posteriora dom⁹ eius ꝛc. Et sic dico q̃ est posteritas mortalitatis. Quarto dico q̃ est posteritas aduersitatis. Et ista est illa que finaliter erit in iudicio z in inferno. Ista enim postea venient peccatoꝝ⁹. que tamen eis presente seculo nõ apparet. iij. Reg. vij. Posteriora boum intrinsecus latitabant. Isti sunt sicut ribaldi q̃ in taberna ludunt: bibunt z solacianꝫ: nihil cogitantes de fine. qui tamen postea cum soluere nõ possunt vel incarcerant vel optime verberant. sic ꝛc. Unde puer. xx. Suauis est homini panis mẽdacij. postea implebit os eius calculo. Scorpiones enim in parte posteriori habent aculeum. sic z damnati in fine z posteriori tempore babebunt mortem ꝑpetuã z infernũ. Eccles. ix. Filij hominũ implent malicia z contemptu invita sua. z post ꝫ ad inferos deducent. Figurati in egyptijs de q̃bus dicitur Exo. xiij. Qz filij israel viderunt egyptios mortuos post se.

Quinto dico q̃ est posteritas felicitatis. Et ista est illa quã habent beati in patria. que scz post vitam pñtem concedit. De qua Eccli. j. Usq; ad tps sustinebit patiens z postea redditio iocunditatis. In isto em̃ postea fit meritoꝝ retributio. fit occultoꝝ reuelatio. fit pmioꝝ acquisitio fit gaudioꝝ comprehensio. Fit dico retributio meritorum Un Eccls. xj. Mitte panem tuũ sup transeuntes aquas. z post tpa multa inuenies illum. Item ibi est reuelatio secretoꝝ. vñ Job. xiij. Qđ ego facio tu nescis nũ scies autẽ postea. Item ibi fit acquisitio pmioꝝ. Heb. xij. Postea autẽ fructũ pacatissimũ reddet. Item ibi est cõprehensio omniũ gaudioꝝ. Job. xiij. Sequeris aũt postea. z. j. Reg. vij.

Quicuit israel post dñm. Ista est igit posteritas felicitat

Sexto dico q est posteritas deitatis. Cõstat enim q deus quodãmõ de ante fact⁹ est post. de primo posteri⁹. de summo infim⁹. t de maximo minim⁹. inq̃tum. s. de immortali mortalis. t de deo fit humanus. Ad nota q de⁹ dr ee post seu posterior. s.

In primo post fecit mirabile actũ. Carne latitando.
Secundo ꝓtendet mirabile vultuz Mundũ iudicando
Tercio monstrabit laudabile statũ Celis imperando

Dicam ꝯ q inuenit vnum post: quo deus apparet actu mirabili. Et istud nihil aliud est ꝙ ille actus quo fuit hõ fact⁹. t post. i. in fine temporis in eris cum hominib⁹ cõuersat⁹. Ad Baruch. iij. dr. q post hec in terris visus est t cũ hoib⁹ conuersat⁹ est. Ad hũanũ genus potuit dicere tunc de ipo illud Can. ij. En ipe stat post parietẽ nr̃m. aspiciens p fenestras. pspiciens p cancellos. En dilect⁹ me⁹ loquit mihi. Paries em noster est humanum corpus. fenestre oo t cancelli sunt humani sensus. Et reuers de ipso post apparuerunt in xpo multa alia post. i. multe alie cõsequentie. q: videz Postea Cibum voluit Mundum docuit. Morti patuit. Vita splenduit. Suis affuit. Celo claruit. In patria remunerabit. Postea dico aiã voluit carnaliter seu corporaliter. q:. s. vt dicit Mat. iij. Cũ ieiunasset. xl. dieb⁹ t xl. noctib⁹ postea esurijt. s. humane nature veritatẽ in se monstrando. Postea etiã mundũ docuit veraciter. Luc. ij. Post triduum inuenerunt ihm in templo in medio doctor audientez eos t interrogantez. Itẽ postea morti patuit crudeliter. Unde Dañ. ix. Postea occidet xps. t non erit eius populus q̃ ipm est negaturus. et Matth. xxvj. Satis q: post biduũ pascha fiet t filius hominis tradet vt crucifigat. Item postea vita splenduit ce leriter. s. post triduum resurgendo. Mat. xxvij. Post tres dies resurgam. Et Marci. xiiij. Soluite templũ hoc: post triduum reedificabo illud. Item postea suis affuit alacrit. sz ipsis post resurrectionem apparendo t eos consolãdo Job. xx. Post dies octo venit iesus ianuis clausis t dixit visa. suis. pax vobis. Et Act. j. Post resurrectionem suaz p dies. xl. apparens eis t loquens de regno dei. Item postea celo claruit nobiliter ascendendo. Actu. xxv. Post triduum ascendit hierosolymã. Et Job. vj. Post hec abijt ie sus transmare. Patet igit q est vnũ post. quo de⁹. s. in iudicio post mortẽ a seruis suis repetet rõnem. Ad Matth. xxv. Post multũ vo tpis venit dñs seruoz illoz t posuit rõnem cum eis. Item in patria remunerabit liberaliter distribuẽdo. Illud em est vnũ post quo xps sedebit seu splẽdebit statu laudabili. s. in paradiso. qñ in glia distribuet stipendia beatoz. Tunc em sicut dicit in ps. Apparebũt posteriora dorsi eius in pallore auri. qñ. s. disciplina q̃ in pñti nõ videt esse gaudij sed meroris postea tñ exercitatis per eam fructum pacatissimũ reddet Hebr. xij. Unde de gloria diuina quam ostendet in patria dici potest illud. iij. Regum. x. q summitas throni rotunda erat in parte posteriori. Rotunditas aũt q̃ fine caret t pncipio eternitatẽ signat Ista sunt ergo posteriora dei que certe multum sunt considerãda. Gen. xvj. Vidi posteriora videtis me. Posteriora em bonũ latitabant intrinsecus sub mari. ij. Paral. iiij. Posteriora etiam duoz cherubin latitabant sub archa sicut dicit. iij. Reg. vij. Ad denotãdũ q ista posteriora dei que ad ipius iudiciũ padisum t infernum spectant mõ sunt latentia t occulta. nec possunt a nobis videri. nisi aũ fuerint meditata. Exod. xxxiij. Posteriora mea videbis ẽ. Ista ergo possunt ostendere q est posteriozitas diuinitatis. Septimo dico q est posteriozitas iniquitatis. Mali enim dicuntur posteri t non primi. Et post etiam t non ante. Et nota q isti dicuntur habere. scilicet vnum post Quod est

Pigricie.
Malicie
Superbie
Luxurie
Nequicie
Stulticie.
Imprudẽtie.
Auaricie.
Tristicie

Dicã ergo q mal⁹ habet vnũ post qd ẽ pigricie desidiose. Equi em tardi spvolunt ire post alios nisi forsan calcarib⁹ urgeant Sic pigri ẽ. dicentes. s. illud. s. Reg. xxv. Precedite me. ecce ego post tergũ sequar vos. Item habent vnum post malicie insidiose. Ille enim qui insidiatur alicui consuevit venire post tergum. i. fallaciter t latenter. Josue. viij. Ignorans q post tergũ latarent insidie. Item mali habent vnum post sugbie con

temptuose. Illud em qd vilipendit aut contemnitur. post tergum ꝓicit aut dimittit. Sicut mali faciunt de deoz de mandatis suis Nee. ix. Proiecerunt legem tuam post terga sua. Item habent vnũ post luxurie ignominiose. p illd Eccl. xviij. Post cõcupiscentias tuas nõ eas. qd nõ aduertentes iniqui. erunt in concupiscentia feminaz. Dañ. xj. Itẽ habent vnũ post neglie periculose. sicut sunt illi q vadũt p dyabolũ suis tentationib⁹ obediendo. t ipm p heresim et ydolatriam honorando. Hiere. xj. Abierunt post deos alienos nos. Contra illud Hiere. xxv. Nolite ire post deos alienos Item habent vnũ post stulticie impetuose. Et istud est illud quo stulti semp volunt ire post appetit⁹ cordis sui. p ꝓij capitis voluntatibus. ꝓsequz malis t iniquitatib⁹ obediendo. De quo dr Hier. ix. Abierunt post prauitatẽ cordis sui: post baalim. Et Esa. lxv. dr de impio q ipse graditur in via nõ bona post cogitationes suas. Item isti habẽt vnum post imprudentie obliuiose. inq̃tum ipsi nesciũt de bis que post erunt. t de futuris negocijs cogitare seu etiaz ordinare. Ad Eccls. iiij. Melior est puer pauper t sapiẽs rege sene t stulto q̃ nescit ꝓuidere imposterum. q: t de carcere catheniscz aliquis interdum egrediat ad regnũ. t alius natus in regno inopia consummat. Itẽ ibi habẽt vnũ post auaricie ambitiose Et istud est inq̃tum ipsi currũt p mundũ t post ꝓncipes t ꝓlatos honores t diuitias ꝓcurando. j. Reg. viij. Declinauerunt post auariciam t acceperunt munera. Item ipsi finaliter habebunt vnum p⁹ pestilentie piculose. qñ. s. post istam vitam ipi corruent i infernum. Et sic de eorum posteritate intelligit illud Joel ij. Ante faciem eius ignis vorans. t post eum exurens flãma. Facies enim iniquoz est vita pns. vbi ꝓcerto ipsi habent ignem vorantem. s. crudelitatis. auaricie. rapine. Posterius vo ipsoz est vita futura. vbi ꝓcerto ipos sequit exurens flamma. hoc est dictu. ardor incendij infernalis Sic: ergo patet q est quedam posteritas iniquitatis. Et sic patet q post. posterius t posterũ tam in bono q̃ in malo mltis modis sumitur. Sufficit ergo. vide vbi nouissime vl futurum t similia. Et vide etiam vbi finis t vbi vltim⁹ t postremus ẽ.

Postquã. Nota q postq̃ semper denotat aliquod ꝓambulum. Aliquam ꝓmissaz Aliqd antecedens. Est enim coniunctio causalis vel rõnalis. ex qua semp aliquid aliud subinfert. Accipit em ꝓ q. cunq̃. ex quo. qñ. t silib⁹. Cum igit possit dici in bono t in malo. potest etiam dici de iusto t iniusto. Primo ergo possumus notare q iustus habet multa bona postq̃. id ẽ multa bona antecedentia. ex quibus certe sequunt multe bone conclusiones. sz vnum postq̃ Quo concludit opus

Clementie.
Indulgentie
Letitie
Justicie.
Potentie
Abstinentie
Penitentie
Excellentie

Primũ postq̃ erit interior cordis affectio. ex qua. s. sequunt opera pietatis. De qua dicit Leui. xxiij. Postq̃ messueritis segetẽ terre vestre spicas remanẽtes nõ colligetis ꝙ pauperibus dimittetis. Secm postq̃ erit vberior xpi passio q̃. s. post tempestatem tranq̃llũ facit. De q̃ Deu. viij. Postq̃ inquit afflixit te. ad extremuz misertus est tui.

Tercium postq̃ erit interior culpe absterssio. ex qua. scilicet sequitur leticia mentis. Unde de nazareo dicitur Nume. vj. Qz postq̃ rasent caput suum t sacrificium obtulerit bibere potest vinum. Vinum enim leticiam signat que scilicet per spem t consolationem bibitur. quando caput mentis a capillis. id est a peccatis raditur t mundatur. Ila autem est spiritalis purgatio t circumcisio de qua. s. dicit Luce. ij. Qz postq̃ consummati sunt dies octo venerũt circumcidere puerum. Et ibidem dicitur. Postq̃ impleti sunt dies purgationis Marie tulerant Jesum in hierusalem. Facta enim circumcisione. t Marie id est mentis a mare purgatione secuta. Jesus id est innocentia sistit t in ierlm. i. in quieta mentis possessione portat. Quartum postq̃ erit seueriz iuris editio. quã. s. sequit omnis iustitie complementũ. De qua Deut. xvij. Postq̃ rex sederit i solio regni sui. describet sibi deuteronomium legis hui⁹ vt discat timere dominum. nec eleuetur cor eius in superbiam sup fratres suos. nec declinet in partem dexterã vl sinistrã

Quintū vo postq̄ erit sincerior mentis perfectio. que. s. potest t ꝑualet cōtra demones t peccata. Ūñ Josue. xvij Postq̄ conualuerunt filij israel subiecerunt chananeos. et fecerunt sibi tributarios. Sextum postq̄ erit exteri or carnis coercio. qua. s. homo abstinet a superfluis. Et ista ē ablactatio samuelis. De qua. j. Reg. j. dr. Or anna adduxit eū secum in sylo postq̄ ablactauerat. i. a lacte carnalitatis ꝑ abstinentiā abstraxerat. Septimū postq̄ erit asperior rerū turbatio. s. tribulatio mundana. q̄. s. homo cōpellit ad deum redire t ꝑniam inchoare sicut de Manasse dr ij. Paral. xxxiij. q̄ postq̄ coangustat⁹ est orauit dñm t egit ꝑniam valde. vt sic q̄libet talis tribulatus t penitens dicat deo illud Hiere. xxxj. Postq̄ ꝑcussisti me egi ꝑniam t post q̄ edocti⁹ sum tibi: percussi femur meū t erubui. Octauū postq̄ erit ꝑclarior cordis cognitio seu etiam cōsideratio t attentio. quā. s. sequit bonor t excellentia summi regni. Unde Nabucho. dictum fuit Dan. iij. Regnū inquit tuū manebit tibi postq̄ cognoueris ptātem esse celestem. Et sic ē ptz quomō postq̄ multimode ptinet ad iustos. Sco vo dicam q̄ postq̄ q̄nq̄ ptinet ad iniustos. Constat em̄ q̄ mali t iniusti habent sua mala antecedentia. suaq̄ mala postq̄. ex q̄bus. s. male cōclusiones sequunt. Ex vno em̄ peccato sequit aliud. sicut videm⁹ q̄ in rota molendini aqua cadens in vna cōcauitate seu in vno receptaculo ab alio recipit. t exinde in tercio. post in quarto. et sic de receptaculo ad receptaculum fluens facit continue volui rotā. Sic vere q̄n in rota mentis humane fluctus dyabolice tentatiōis in vno angulo cogitatiōis recipit. de vno certo peccato ad aliud trahit. quo adusq̄ tota rota ista in vicioꝝ ꝓcipitiū dilatabat. Teste em̄ Greg. petm̄ qd ꝑ ꝑniam nō diluit mox suo pondere ad aliud trahit. Et Jaco. ij. dr. q̄ vno peccauerit mlta bona pdet. De isto postq̄. i. de isto malo antecedente possumus notare q̄ mali habent. scz. Unum postq̄ Supremi culminis. quo sequit mentalis cecitas. Gulosi turbinis. quo sequit carnalis vilitas. Praui reginis. quo sequit fidei paruitas. Crudelis fulminis. quo sequit rapine prauitas. Dico igo q̄ mali in hoc mundo habēt q̄n. q̄ vnum antecedens t vnū postq̄ iniuste dominatōis quā sequit mentalis ignorantia. Cōstat ei q̄ multi sunt q̄ postq̄ fuerunt ꝓmoti ad ecclesie vel seculi dignitates. statī spiritaliter fiunt ceci. nec cognoscunt illa que ptinent ad salutem. Ūñ Mume. xvj. dr. Or postq̄ ingressi sunt tabernaculum operuit illud nubes. Ingredi em̄ tabernaculū signat altam ꝓmotionem. Nubis vo operimentuz. signat obscuram ignorantiam t obliuionem. Item dico q̄ mali habēt vnum postq̄ gulose delectationis. quo sequit carnal' immundicia. Sicut em̄ dictum est ex vno peccato sequit aliud. et ex gula luxuria generat. sicut de assuero legit Hester v. Or regina Hester placuit oculis eius postq̄ vinum biberat abundanter. Item dico q̄ mali habent vnuz postq̄ inepte gubernationis. quā sequit error atq̄ pfidia. Sicut dicit Judic. viij. q̄ postq̄ mortuus est Gedeon auersi sunt filij israel a domino. Constat em̄ q̄ q̄n Gedeon. i. bon⁹ rector morit. popul⁹ ꝑ peccatum a deo ꝑ perfidiam facilit elongat. Item dico q̄ mali habent vnum postq̄ crudel' efferationis quam sequit ardor t auaricia. Ūñ de illis crudelibus legit Mat. xxvij. postq̄ ipi crucifixerunt xp̄m. diuiserunt inter se vestimenta sua. quasi dicat. q̄ sanguis t crudelitas q̄ ꝓcedit. mater sunt rapine t auaricie que succedit Et sic ē ptz quō vnū malum antecedens malū cōsequens introducit. Sufficit de postq̄. Uide de cūq̄.

Postis. Nota q̄ Postis lz q̄nq̄ accipiat ꝑ cardinibus seu ꝑ illis grossis lignis in quib⁹ portat t sustinet ostium. Sumit tm̄ cōiter ꝑ illis tabulis: seu pecijs ligneis tenuibus t latis que a grosso ligno cū serris ferreis ab inuicem diuidunt. t ad componendum portas t ostias. archas t volia. domos t alia multiplicit ꝑparātur. Jgit dico q̄ moraliter loquēdo nos inuenim⁹ postes

Templi seu ecclesie.		Ecclie sē ꝓlatoꝝ cet⁹.
Cordis t cōscientie.	Postes	Cōscie sē corpis sens⁹.
Sensus t sapientie.		Sapie sē librorꝝ ꝓcess⁹
Summe curie		Celi curie sē vtuosi gressus

Per ꝓlatos em̄ nos intram⁹ templum ecclie militātis. Per sensus nos intramus domū cōscientie meditantes. Per libros autem nos intram⁹ domū sapientie informātis. Per virtutes etiam nos intramus domum summe curie triumphantis. Primo ergo dico q̄ sunt postes q̄b⁹ ingredimur in ecclesiam. Et isti ꝓcerto sunt ꝓlati. qz. s. isti sē ostium ecclesie vel ingressus. Postes em̄ ostiozū simul iuncti t clausi tenent domū tutam vt latrones inde arceant. dilatati tamen t extensi tenent domū aptam. vt illi q̄ de domo sunt recipiant t ingrediant. Sic t ꝓlati tē. Ūñ Exo. xxj. papie q̄ ille qui volebat esse seruus ꝑpetuus applicabat ad ostium t ad postes. t pforabant subula aures ei⁹. t sic fiebat perpetuus eius seruus. Sic vere ad hoc q̄ aliquis fiat in ecclia ꝑpetu⁹ xp̄i seru⁹. necesse est q̄ ad postes id est ad ꝓlatos applicet t q̄ si digni⁹ repert⁹ fuerit aur'ei⁹ subula transfigat. sicq̄ xp̄o ad seruitutē ꝑpetuā obligetur t in religiosum bñficiatū ꝓlatū aut clericū ordinet. Et aduerte q̄ tales postes. i. tales ꝓlati t clerici debent esse a dyabolo plantati.

Plantati dico per modestiam.	
Linea quadrati.	Quadrati per constantiam.
Scripturis exarati	Scripturati per scientiam.
Sanguie picturati	Sanguinolenti p iusticiā: seu per passionis christi reminiscentiam deuotionem t memoriam.

De primis duobus. scz de virtutibus modestie t cōstantie dicitur q̄ Salomon fecit in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos. Oliua enim que oleum fundit dulcedinem t vncturam modestie t pietatis signat. Quadratura vo constantiam t firmitatem notat. de virtute vo scientie t sapientie dicitur Deutro. xj. Scribes inquit ea scz precepta legis diuine super postes t ianuas domus tue. Et Deut. vj. Ligabis ea quasi signum in manu tua. t manebunt ante oculos tuos. t scribes ea in lumine et postibus domus tue. Prelatus em̄ dicit in scriptura manus t oculus. lumen ianua atq̄ postis. De virtute etiam sanguinee iusticie. qua. s. prelatus debet esse pictus: et contra malos sanguinolent⁹ t ferus. dici potest illud Exodi. xij. Sument de sanguine t ponent super vtrunq̄ postē id est super quemlibet prelatuz. Patet ergo q̄ est dare postes per quos intratur in ecclesiam. Secundo dico q̄ est dare postes per quos intratur in conscientiam seu in cordis aulam. t isti sunt sensus hominum. qui scilicet debent esse clausi ad arcenduin vana appetibilia. t aperti ad introducendum bona. Isti sunt illi postes quinq̄ de quibus fit mentio. iij. Regum. vj. vbi dicitur. Or Salomon fecit duo ostiola t postes angulorum quinq̄ de lignis oliuarū t sculpsit in eis picturam cherubin t palmarum. Isti em̄ duo ostiola quibus scilicet intratur ad animaz sunt timor t amor. Postes vero quinq̄ sunt quinq̄ sensus qui scilicet debent esse in oliuis per pietatis vncturam. cum cherubin interpretatur plenitudo scientie per veritatis scripturam. t cum palmis. que scilicet dantur triumphantib⁹ per victoriose firmitatis staturam. quia scz in sensibus nostris debent pietas t modestia. veritas t scientia. firmitas t cōstantia apparere. Et reuera isti sunt postes quos precepit dominus inungi sanguine agni. ad finem q̄ isto sanguine viso. filij israel ab angelo occidente primogenitos essent tuti. Sument inquit de sanguine eius t ponent super vtrunq̄ postem tē. Exod. xij. Quia reuera quando sensus nostri. agni. id est dulcedine modestie t puritate innocentie. seu etiam sanguine agni. id est christi sanguinis t passionis memoria leniuntur. constat q̄ spiritus primogenitus noster. scilicet anima a percutiente angelo. id est a tentatione dyaboli non ledetur. sed illesus (hoc viso sanguine) pertransit. Aspergite ergo ex isto sanguine superliminare et vtrunq̄ postem. Exodi. xij. Et ibidem dicitur. q̄ cum viderit scilicet angelus dei sanguinem in superliminari t vtroq̄ poste. non sinet percussorem ingredi domos vestras. Ille tamen domus que isto sanguine inuente sunt non signate. scilicet domus egyptiorum. id est domos t conscientie peccatorum. t postes suorum sensuum exteriorū ab isto percussore t tentatore sunt percusse. et morte diuersorum peccatorum mortalium sunt replete. Bene ergo docet scriptura Ezechie. xlv. vbi dicitur sic. Sacerdos de sanguine ponet in postibus domus. Hi sunt ergo postes quibus intratur in conscientiam. Tercio dico q̄ sunt postes quibus intratur ad sapientiam. Et isti certe sunt libri sa-

ere scriptnre.q̄ etiā vt cōiter postibus ꝯcludunt. Nos ergo more pauperū ad postes ostij.i.ad libros sacre scripture debem⁹ expectare.t veritatis clemosynaz.vt.ſ.nobis detur t reuelet humiliter postulare.de quo diuina sapientia dicit ,puer.viij. Beatus hō q̄ audit me t q̄ vigilat ad fores meas quottidie t obseruat ad postes ostij mei. Exemplo sez bely sacerdotis.de quo dicit.j.Reg.j.q̄ ipe sedebat super sellam ante postes dom⁹ dñi q̄bus intrat ad sapietiaz

Quarto vo dicam q̄ sunt postes q̄bus intrat ad celi curiam. Et iste ,pculdubio sē vtutes.q̄.ſ.sunt ad celestis glie patrie t curie ingressus.ostium atq; postis. De q̄b⁹ dr. ij. Paral.iij.q̄ Salomon laminis aureis ,pbantissimi texit domū t trabes ei⁹.postes q̄z eius t pietes t ostia. Et pone si vis quō de postib⁹ seu tabulis fiunt ostia.mense.arche t alia infinita.t applica ,put volueris.Sufficit.

Postulare. Cum postulare idem sit qđ reqre re.orare.poscere.petere vel rogare.de quibus in locis tam propijs q̄ alijs satis dictuz est vel dicetur. Ideo de postulare est breuiter transeundum. Notemus igitur q̄ in scriptura sacra reperit Postulatio

Justoz.		vt possint valere.
Stultoz	Qui postulant	qđ solet nocere.
Maloz		qđ nequeūt habere: seu

que debent horrere. Nam iust⁹ postulat spūale donū. Mā stultus postulat tpale bonū. Mā impi⁹ postulat fraternale damnū. Primo ergo dico q̄ est postulatio hominū iustoz. Isti em̄ postulant postulanda.vicz sibi vtilia t necessaria.alijs vo nō onerosa aut difficilia. Sicut em̄ videm⁹: q̄ membra cōia postulant t suo mō petunt necessaria a suis principalib⁹.ſ.vitā a corde.sensum t motū a cerebro nutrimentū ab epate.que si sana sunt nunq̄ deficiunt postulantib⁹ q̄n iurta posse faciant postulata. Ign⁹ etiā fame ,scens nonne balatu petit a matre lacteū nutrimentū.t ab ipsa postulat necessaria suo mō? Et nonne etiā statim mater acquiescit t mamillas porrigit postulanti? Sic dicā q̄ libet debet petere t postulare sibi vtilia et necessaria a principalib⁹ membris.ſ.a deo t a sanctis:q̄ reuera si mō tempore cā t p̄sonis debitis postulanē.nunq̄ deficiunt postulanti.immo isti sē sicut illi.de q̄b⁹ dicit.j.Mach.viij.q̄ audiuit iudas nomen romanoz.q: sunt potentes viribus t acquiescunt ad omnia que postulanē ab eis. Notem⁹ ergo breuit q̄ iusti petūt nō supflua sed necessaria.nō inania ꝫ vtilia.nō impossibilia sed facilia.t hoc nō solū a deo ,sed etiam a ,primo p̄cipe vl' plato.hoc tñ certa lege.rōe t moderamine debet fieri.vt.ſ.postulem⁹ digni.digne t digna.t iusti.iuste t iusta.ne forte alis dicat nobis illud Jaco.iij. (si scz indigni t indigna petamus) Litigatis t belligeratis t non habetis.propter quod non postulatis.petitis t non accipietis.eo q̄ male petatis. Igitur hec Postula. scilicet

Remissionem vt totaliter purgeris.	Iste sunt ergo
Discretionē vt subtiliter scruteris	postulatiōes vti-
Perfectionem vt moraliter onereris	les t honeste.q̄s
Subiectionē vt humiliter ameris	scz si iuste t iusti
Cōiunctionē vt cōcordit̄ verseris	petierim⁹.de⁹ nō
Saluationē ne crudeliter damneris	poterit denegare
Defensionē vt benigniter iuueris.	immo certe dicz
Redemptionē vt immuniter leteris	illud.ij.Paral.j.
Prelationē vt sublimiter leueris.	Postula qđ vis
Passionem vt penniter diteris	vt faciā tibi. Igi

tur postulem⁹ pietatē t remissionē. Ista em̄ dz esse prima t principalis petitio nostra. Judith.viij. Penitcam⁹ t indulgentiā ei⁹ cum lachrymis postulem⁹ humiliem⁹ sibi animas nostras ꝛc.vt sic sim⁹ de illis de q̄b⁹ ꝛr.ij.Macha. viij. Qz obsecratōne facta cōmuniter ab oib⁹ misericordē dñm postulabant vt in fine seruis suis reconciliaret. Item postulem⁹ claritatē t cognitionē.hoc est dictu.sapiam t scientiam veritatis. De qua dicit Jaco.j. Si q̄s vr̄m indiget sapientia.postulet a deo q̄ dat oibus affluenter.t non improperat. postulet aūt in fide nihil hesitas ꝛc. Et bñ dic affluenter.qz.ſ.vt cōiter ipse cōsueuit plura dare q̄m postulet sicut in Salomone patuit.cui dictū est.iij.Reg.iij. Postula qđ vis vt dem tibi. Jpe vo nō diuitias nec honores sed sapientiam postulauit. Et placuit inq̄t dño.q̄ rē hmōi postulasset. Dixitq; ei. Quia postulasti vbum hoc.nec petisti diuitias ꝛc.sed postulasti sapiam ꝛc.ecce feci tibi iurta sermones tuos.t dedi tibi cor sapiens ꝛc. Sed t hec q̄ nō postulasti dedi tibi.diuitias.ſ.t gliam ꝛc.vt sic de cognitione vere sapientie t scientie dicat cuilibet illud Col.j. Postulantes vt impleamini cognitione voluntatis eius. Postulemus igit̄ claritatē t cognitionē. Item postulem⁹ honestatem t pfectionē.seu honestā t pfectā cōuersationē. Un Hester.q. Quicqd postulabant puelle ad ornatū ptinens accipiebant. Item postulem⁹ humilitatem seu paruitatē subiectionem. Exemplo.ſ.Susanne q̄ cum lachrymis postulauit a dño filiū t dedit ei. Fili⁹ em̄ q̄ naturaliter subiectus est patri.virtutem humilitatis t subiectionis signat. Item postulem⁹ vnitatem t cōiunctionē seu etiam pacē t cōcordiam cōuersationē. Un.j.Paral.xviij. Misit Thon rex emath ad regem dauid adurā filium suū vt postularet ab eo pacem. Un Act.xij. Persuaso blasto postulabāt pacem. Item postulemus securitatem t saluationē aiaz nostrarū. Exemplo.ſ.regine hester.q̄ sicut dicit Hester.v. postulauit a rege saluationē t liberationē anime sue t suoz. t destructionē Aman inimici sui t oim indeoz. Pro q̄ inquit re postulas Hester ꝛc.sequit ca.vj. Si placet regi ꝛc. Dona mihi anima meā t pplm meū ꝛc. Item postulem⁹ auxilium t defensionē Judicū.vj. Clamauit isr̄l ad dominum postulans auxilium contra madianitas. Item postulem⁹ pfidū t plationē.ſ.vt possim⁹ pdesse nō preesse. Exēplo.ſ.romanoz inter quos vt cōiter nō dabat alicui magistrat⁹ nisi postulanti. Unde fm Tytū liuiū. In die cōitiorum qñ.ſ.eligebant magistrat⁹.veniebant illi q̄ se reputabant honorabiliores. Ideo dñs cuilibet digno dicit illō ps. Postula a me t dabo tibi gentes hereditatē tuā.t possessionem terminos terre. Ut t sic q̄libet talis dicat domino illud Gen.xxx. Si feceritis que postulo iterum pascam pecora tua. Item postulem⁹ immunitatē t redemptionez boc est dictu.libertatē a vicijs.j.Reg.xj. Postulauit ionathas a rege vt immunē faceret iudeam. Itē postulem⁹ hereditatē t possessionē.ſ.glie paradisi. Unde de filiab⁹ salphaat q̄ petebant hereditatē in medio fratrū suoz dr Numc.xxvij. Justā rem postulant filie salphaat. Jsta est ꝫ postulatio hoim iustoz. Scdo vo dico q̄ est postulatō hominū stultoz.ſ.mundanoz.isti em̄ sunt sibi pueris t infirmis t fatuis.q̄.ſ.libentius petunt t postulant nociua q̄ p ficua.t supflua q̄ necessaria.qz.ſ.isti libenti⁹ postularet velent temporalia q̄ eterna.terrena q̄ spiritualia.delectabilia q̄uis nociua t mala q̄ aspera q̄uis vtilia atq; bona. Tales enim videmus intentos ad postulandum. scilicet.

Scientias seculares.	Dicam⁹ ꝫ talib⁹ illō Genes
Diuitias tempales	xxxiij. Augete dotem.munera postulate.libens tribuaz q̄
Eminentias populares	petieritis. Contra eos q̄ omni
Delicias corpales. Ul' aliē	studio t diligentia.doctas so
Doctas sophisticatiōes	phisticationes scientias vicz
Altas prelationes	seculares postulant.scrutan
Latas possessiones	tur t discunt.dr Hiere.x. Jux
Gratas epulationes.	ta viam gentium nolite discere.subdit rō. Quia leges populoz vane sunt. Idipsum confirmat Sap.xiij. Vani sūt omnes homines in quibus non subest scientia dei. De alta prelatione.quam.ſ.fatui tam p se q̄m p alijs postulant dicit.iij.Reg.ij. Quare inquit postulas abysac sunamitez adonie.postula ei t regnum. Et Act.xiij. Postulauerūt regem t dedit illis Saul. Delata vo possessione t diuitiarū postulatione dr Judic.viij. Unam inq̄t Gedeon petitiōz postulo a vobis. Date mihi inaures de p̄da vestra. Inaures enim vt cōmuniter de auro erant. Fuerāt aūt mille septingenti auri sicli. De lauta autem epulatione dicit Sapien.xix.q̄ filij israel in deserto postulauerunt escas epulationis. Hec est igit̄ postulatio hominū stultoz. Tercio dico q̄ est postulatio hominum prauoz seu iniquoz.qui scz petunt t postulant crudelia t iniqua.morte.ſ.t rapinā p ditionem t miseriā vicinoz. Unde nota q̄ mali postulāt. scz Crudeles iustoz afflictiones. Improbas tonoz acceptiones. Iniustas tempoz dilationes. De crudelitate p sonali ptz de illis pessimis iudeis.q̄ sicut dicit Luce.xxiij. Instabant postulantes vt xp̄s crucifigeret. Et Act.xxv. dr.q̄ illi mali p̄nāpes sacerdotum postulabant aduersus

paulū damnationē. De acceptione aūt munerali ptz de iudiab⁹ z pncipib⁹ q̄ iniuste postulant alienū. dr q̄b⁹ dr Micheē. vij. Princeps postulat z iudex in reddēdo est. De dilatione etiā tpali qua. s. mali differunt solutiōes salariorūz paupib⁹ debitor dr Eccli. xxix. In tpe redditiōis postulabit tp̄s. z loq̄tur verba tedij. Hec igit de postulatiōe sufficiant. De postulatiōe vo ꝑm intellectū iurīs in q̄tum sumitur ꝑ assumptiōe alicui⁹ q̄ eligi nō potest ad aliquā ꝓlaturam seu in q̄tum postulatio sumit pro aduocatione nihil ad ꝓsens.

Potus. potare. Nota q̄ potus multipliciter sumit in scriptura tā in bono q̄ i malo. Primo igit pico q̄ inuenit i bono pot⁹

Refrigeratiu⁹
Inebriatiuus
Tristificatiu⁹
Letificatiuus

Potus refrigeratiu⁹ est potus gratie z deuotionis. Iste em̄ refrigerat ardores tentationum. Et ideo viri deuoti cum isto potu nfrigerant sitim suam p̄s. Potabunt omnes bestie agri. expectabunt onagri in siti sua. Thobie etiā. xij. dr. Qr angelus dixit. Ego cibo z potu q̄ ab hominib⁹ videri non p̄t vtor. De isto potu loquitur hymnus dicens. Sic potus q̄ noster sit fides leti bibamus sobria spūs. Et apls. j. Cor. xij. dr. Uno spū potati sumus. Potus inebriatiuus est potus doctrine z instructionis. Et de isto dicit Eccli. xv. Cibauit illū dñs pane vite z intellectus. z aqua sapientie salutaris potauit illum. Iste est em̄ potus quē pastores. i. ꝓlati z ꝓdicatores solent ouibus. i. simplicibus ministrare. Gen. xxix. Date potum ouibus ꝛc. Differentia tm̄ est in istis potibus. q. s. inuenit potus lactis. potus vini z potus aque. Potus lacteus est doctrina simplex q̄ pueris. i. rudibus z simplicibus est necessaria. De qua. j. Cor. iij. Lac vobis potum dedi nō escam. Potus vineus est doctrina ꝓfunda z alta que. s. viris ꝓfectis z in fide z moribus eruditis est magis ꝓgrua. De qua Eccl. xxj. Exultatio anime z corpis vinū moderate potatū. Potus vo aque⁹ est doctrina cōis z manifesta. De q̄ Mar. ix. Quisq̄s potum dederit vobis calicem aque frigide non p̄det mercedē suam. Potus tristificatiu⁹ est potus pnie z amare compunctiōis. de q̄. s. viri penitentes inebriant. De q̄ dr in p̄s. Potasti nos vino compunctiōis. Et alibi. Cinerem tanq̄ panem manducabā z potum meū cum fletu miscebā. Potus letificatiuus est potus glorie z salutōnis. De quo dr in p̄s. Torrente voluptatis tue potabis eos. qm̄ apud te est fons vite. Isto em̄ potu potant beati in mensa regis eterni. iij. Reg. x. Omnia vasa q̄b⁹ potabat rex salomon erant aurea. Ille em̄ potus dr aure⁹. q. sicut aurum splendet nō corrumpit. z p̄ metallis oīm̄ magis valet. Sic potus eterne glorie splendet splendore vere cognitionis. incorruptibilis manet vigore eterne duratōis super omnia valet complemento omnis z immense pfectionis. Istud igit est poculum ambrosie. quo ꝑm fabulas potarū dij antiquitus vtebant. Figurati in poculis aureis: q̄bus bibebant conuiue in conuiuio Assueri. sicut dr Hester. j. Et de hoc Esa. xlix. Miserator eor reget eos. et ad fontes aquarū potabit eos. Et sic potus sumitur multipliciter in bono. Secundo dico q̄ potus potest accipi multipliciter in scriptura in malo. Inuenitur enim Potus

Gulositatis
Iniquitatis
Prosperitatis
Aduersitatis

Primus est potus laxatiuus. Secund⁹ est potus turbatiuus. Tercius est pot⁹ esse minatiuus. Quartus vo est pot⁹ inuenatiuus. Dico ergo q̄ est potus gulositatis q̄ est laxatiu⁹. q. ꝓcerto illi q̄ excessiuis potib⁹ inebriant. ad oīa mala desideria z opa laxant. Figurati in sedechia rege iuda. q̄ excecatus z ductus in babylonē. cum sumpsisset poculū laxatiuū q̄d. s. chaldei miscuerūt in potu eius medicinā laxatiuā. ignominiose coram oībus ē laxatus. sicut dicit magister in bysto. scholastica. Et sicut etiam minat abacuc ꝓpheta dicens. Abacuc. ij. Ve q̄ potum dat amico suo mittens vel suū z inebrians eum vt aspiciat nuditatē eius. q. vicz potus excessiuus solet hoiem ad oia mala laxare. z ip̄m inebriare z nuditatē secretor alijs reuelare. nullum em̄ secretū vbi regnat ebrietas. sicut dicit ꝓuer. xxxj. Et iō tales potatores maledicunt Esa. v. Ve qui mane cōsurgitis ad miscendā ebrietatem z ad potandū vsq̄ ad vesperam vt vino estuetis. Sed de isto potu vide ē. de ebrietate. Iste est ergo potus gulositatis q̄ est laxatiu⁹.

Presumūt ergo q̄daz de potentie sue viribꝰ. sic scz sunt illi q̄ nimiū sunt audaces. ⁊ q̄ in nullo ꝑsi derant varios euentꝰ fortune ⁊ ideo cūctis piculis se exponūt. Et ideo sepe fit q̄ in vindictam sue p̄sumptionis deꝰ ipos a multo se debiliori bus supari p̄mittit. Exemplo xerxis regis p̄sarū. q̄ (autore horosio li. ij.) bīs in exercitu suo mille milia armatoꝝ ⁊ totam greciā vno impetu se posse oppr̄imere credēs a leonide rege spartanoꝝ cū solis q̄tuor milib⁹ armatoꝝ in angustijs termopilaꝝ vel aliter trimopylaꝝ p̄ditis suoꝝ centū milib⁹ ꝓfusus est. ita q̄ tandē ille qui cū quatuor milib⁹ ⁊ ducētis nauib⁹ mare trāsueterat. in scapha piscatoria redire cōpulsus est. sicut ponit horosi⁹ loco q̄ supra. ⁊ iustin⁹ abbreuiator trogi quē assumit Vincen. in spe. hysto. lib. xiij. ca. xxxvij. O quid dicem⁹ de iuda machabeo. q̄ tot ⁊ tātas copias hostiū tā parua manu toties fudit. sicut ponit hystoria machabeoꝝ. Deus enī p̄sumptionē abhorret ⁊ iō de suis viribꝰ ꝓfidentes. per paucos in se spectantes supare solet. sicut Judith. vj. vbi dño dī. Attēde inq̄t ⁊ ostende q̄ nō derelinq̄s p̄sumētes de te. ⁊ p̄sumētes de se. ⁊ de sua virtute gloriātes būilias. Nō. s. satis apparuit in gigāte q̄ pstrat⁹ ⁊ occisus est a dauid paruo corpe. pecudes pascēte ꝙ in deo ꝓfidente. Un Bern. li. de. xij. gradib⁹ būilitatis dicit sic. Presumptio inq̄t primū angelū ⁊ primū hoiem de p̄sit turrim destruxit. linguas confudit. goliā pstrauit. aman suspēdit. Presumūt ꝙ q̄dā de potentie sue viribꝰ. Sed dico q̄ p̄sumūt q̄dā de scie sue nisib⁹. Et isti certe sunt illi q̄ bus apls dicit Nō plus sape q̄ oportet sape ꝙ sape ad sobrietatē Ro. xij. Cū deꝰ oia ꝓstituerit i certo pōdere nūero ⁊ mēsura. sicut dī. Sap. xj. Et vnicuiq; diuiserit iuxta velle suū. sicut dī. j. Cor. xij. Constat enī q̄ būano intellectui diuisit ⁊ cōstituit certas metas vsq; ad aquas licitū est sibi sapere ⁊ scire. ⁊ vsq; ad certū cognitionis punctū sciam inq̄rere ⁊ bīe. vltra tn̄ ꝓ tpe huiꝰ vite nō licet sibi manū extendere vel laxare nō plus sapere. inquā quaz oportet. Un de istis limitib⁹ nobis datis dicere videť dñs cuilibz indagāti sciam illud Job. xxxviij. Hucusq; venies ⁊ non procedes amplius. ⁊ hic confriges tumentes fluctus tuos. Nō potissime verū est de secretis fidei nre: sicut est de incarnatiōe verbi. De partu virginis. De sacramēto altaris. De altitudine deitatis. Ista enī oīnia ⁊ multa alia etiam naturalia. sicut est cognitio stat⁹ ⁊ nature angelice. durationis vite mūdi finis. ⁊ celestiū rer̄ virtutes ⁊ influentie. nobis interdicta videnť. q. s. ꝓ sola fide ⁊ nō ꝓ sciam cognoscunť. Ista enī simpliciter volunt credi ⁊ non p̄sumptuose inuestigari vel tangi Exemplo. s. crucis boni latronis quā gerualius dixit ab helena constantini matre in cipro fuisse dimissam in q̄dam ecclesia vt ait miraculose pendens in aere. ⁊ se oscularī a peregrinis p̄mittens. si vero manu tangere ipam quis p̄sumeret statim sursum in aere se leuabat. Osculuꝝ enī vt ait ferebat: sed tactū penitus fugiebat. Revera charissimi crux ista sursum in aere pendens signat secreta fidei ⁊ scripture. que. s. sursuz supra vires humanas eleuata dicunť ⁊ que tanq̄ pendentia dubia ⁊ incerta būanis intellectib⁹ ꝓ bui⁹ vite tpe p̄tanť. Que certe ⁊ p tanto crux boni latronis dici p̄t. q: boni doctores. q̄. s. diabolo captiuas anias conuertendo furanť (Juxta illud apli. ij. Cor. xij. Cū essez astutus dolo cepi vos) in talib⁹ cruciant. ⁊ in cognitōe taliū si pbas esset multipliciter affligunť. dicentes. s. Gall. ij. christo confixus sum cruci. viuo iam non ego. viuit vero in me christus. Expone. Sed q̄d: Procerto ista crux oscularī vult ⁊ non tangi: credi vult ⁊ non p̄sumptuosis disputationibus indagari. Quia reuera si tangere. ⁊ manum diligentie inuestigatiuo apponere volueris ⁊ causas ⁊ modos p̄sumptuose inuestigare. statim eleuabit̄ a te ⁊ fugiet. q̄a ipsius cognitio quanto plus inquisieris. tāto plus recedet ꝑ. Accedat homo ad cor altum ⁊ exaltabit̄ deus. Constat enim q̄ multi fuerunt qui ista plus debito tangere ⁊ inquirere. p̄sumpserunt. qui magis vacui facti etiam perhibere ses pericrunt. Narrat enim Pli. li. ij. q̄ in cirena p̄uincia affrice fuit rupes austro sacrata: quam humanis manibus non erat licitum attrectari. Nam si ab homine attrectabatur: statim auster insurgens arenas mouebat. ita q̄ tangēs non sine periculo in eis inuoluebatur. Sic vere sicut dictū est ista secreta mysteria. austro. id est spiritui sancto speciali sacrata ⁊ dedicata. immo etiam ⁊ reseruata. si ab homine p̄sumptuose inuestigata fuerint seu tacta. indignatus arenas tribulationum ⁊ temptationum permittit moueri. quibus obuolutus p̄sumptuosus homo consueuit quandoq; spūaliter occumbere seu mori. Figura de archa testamenti quam nemo nisi sacerdos tangere debebat. quam si aliquis alius tangeret continuo deperibat sicut dicit̄ Numeri. iij. Et sicut exemplificat̄ de Oza qui archam tangēs gens fuit mortuus. licet faceret bono zelo. sicut dicit̄. ij. Regū. vj. Sicut etiam exemplificat̄ de bethsamitibus archam videntibus: ꝓpter quorū temeritatem septuaginti viri ⁊ q̄nq; milia plebis mortui sunt vna die. quia scz nudam archā viderant qd̄ solis sacerdotibus licitū erat. sicut dicit̄. j. Regū. vj. Sacerdotibus ergo. id est sacris viribꝰ ⁊ doctoribꝰ licitū est talia secreta vel inspicere vel tractare. Aliis vero simplicibus est fetidū ⁊ negatū. q̄ si contra fecerint. mox solent per errores ⁊ hereses deperire. ⁊ diuinū in se iudicium sentire. Unde beatus Grego. Moral. xxviij. In precipiciū pedem porrigit. qui mensuraz suarū limites non attendit Et sepe amittit qd̄ poterat: q̄ indiscrete audet arripere qd̄ nequibat. Precipue aūt arguendi sunt illi qui cum quasi penitus nihil sciant. scire tamen plus aliis se extimant. ⁊ se aliis scientiꝰ p̄ferentes docendi officiū impudenter suscipiunt ⁊ procurant. Similes. s. vtroi senece. de qua dicit ipse in quadam epistola. Or cecus erat. ⁊ tamen se esse cecam ignorabat: quinimmo omnia domus officia ac si videret ordinare volebat. Sic vere dico q̄ isti cum ceci sint ⁊ ignari: se tamen cecos esse videntur ignorare. inter tum officia videntium ⁊ scientificorum nituntť et p̄sumunt ante alios vsurpare. Contra quos loquitur Bern. de. xij. gradib⁹ humilitatis dicens sic. Presumptuosus primus in conuentibus residet: primus in concilijs respondet. non vocat⁹ accedit. non missus se intromittit ordinat ordinata: facit facta. Et quicquid ipse non fecit aut ordinauit: nec recte factum nec pulcre extimat ordinatum. Sic ergo patet q̄ p̄sumunt quidam de scientie sue nisibus. Tertio vero dico q̄ quidam p̄sumunt de iusticie sue viribus seu meritis. sicut faciunt pharisei: qui se iustos p̄ ceteris existimāt ⁊ se digniores ⁊ meliores ceteris p̄sumere non formidāt Et ideo omnibus se p̄ferentes alios contemnere curant sicut exemplificat dominus Luce. xviij. Et certe isti sunt q̄ turpius vt communiter ceteris cadunt. Deus enim hominem se fragilem cognoscentē. ⁊ se deo humilius committentem plus diligit q̄ illum qui seipsum non cognoscens de p̄pria iusticie ⁊ virtute p̄sumit. quinimmo deus tales vt se cognoscant quandoq; cadere p̄mittit. Exemplo Petri qui p̄sumens de suis viribus dixit. Etiaz si oportuerit me mori tecum non te negabo: qui tamen statim audiuit a domino. Anteq; gallus cantet ter me negabis. Matb. xxvj. Ba

qđ tamen facit exemplū Pli.li.ij.vbi loquit̄.de mirabilib⁹ terremotus. Dicit eñ q̄ q̄nq̄ p terremotū montes de loco transferunt̄. ⁊ q̄nq̄ etiam de magna altitudine ad cetere terre planiciem reducunt̄. sicut exemplificat de monte dicto antiquitus opopont⁹ in sinu campano. de quo in quodam terremotu flama grandis erupit. que tonus montis tumorem ad terre circumiacentis planiciem adequauit. et sic qđ ante mons fuerat planicies equa fuerit. De alijs etiam.i.de translatione exemplificat ibidē.s.in li.ij.ca.lxxxviij Ot tempore neronis prata ⁊ oliueta duorum militum romanorum in quodam terremotu de vno laterevie publice ad aliud latus: prata.s. in locis oliuetaꝝ. ⁊ oliueta in locis pratoꝝ translata mirabiliter extiterūt. Sic reuera dico ebatissimi q̄ p terremotus temptationū ⁊ tribulationuꝝ fiunt q̄nq̄ in hominibus mutationes stupende. Quia procerto homines flama fortium temptationū exusti. ⁊ terremotu grauiū tribulationū concussi: de vno statu ad alium transferunt̄: ⁊ de superbis humiles. de montuosis plani. ⁊ alijs cōformes ⁊ similes. ⁊ de seipsis ignorantibus se cognoscentes. de infirmis fortes ⁊ constantes efficiunt̄. Teste enim Augu. de verbis domini. Multos impedit a firmitate presumptio. Nemo enim erit satis firmus nisi qui se a seipso sentit infirmū. Unde Grego.xxviij.moral.dicit. Ot pia conditoris dispensatione agit̄. vt de se confidens anima temptationis iaculo feriat̄. vt infirmata quid sit inueniat: ⁊ fatum superbie preternittat. Id quod etiam facit glosa Augustini super illud Eccle.vij. Non te iustifices ante deum dicens sic. Nulla inquit presumptio pernicios⁹ q̄ de propria iusticia superbire. Fatuum enim est q̄ superbiat de alieno. Sicut salicet faciunt quidam fatui mercatores qui es alienum mutuo accipiunt: et ac si suum esset se diuites esse credunt: ⁊ se iactando esse diuites dici volunt. sic vere (q̄a virtutes nostre non a nobis sed a deo sunt iuxta illud apostoli.ij.Corintb.iij. Non q̄ sufficientes simus cogitare: aliquid a nobis quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex deo est. qui nos fecit idoneos ministros) presumptuose agunt illi qui quasi a seipsis baberent iusticie munus se iustos reputant. ⁊ in sua iusticia plus debito confidunt. Sicut enim creditor a talibus fatuis mercatoribus quandoq̄ qđ suum est repetit. ⁊ eos pauperes ⁊ vacuos dimittit. Sic deus indignatus taliū presumptione quandoq̄ solet virtutes quas eis dederat repetere ⁊ ipsos laxata manu sua peccare ⁊ cadere permittit. ⁊ sic pauperes ⁊ miseros in moribus facere. vt discant de alieno non debuisse taliter superbire. Unde dominus loquens anime ingrate ⁊ p̄sumptuose dicit Ezech.xvj. Quia inquit egressum est nomen tuū in gentes ꝓpter speciem tuam. quia perfecta eras in decore tuo quem posueraꝝ sup te ⁊ babēs fiduciā in pulcritudine tua fornicata es ⁊c. Ecce ego inq̄t extendā manū meā sup te. ⁊ auferam iustificationē meaꝝ. ⁊ dabo te in animas odientiū te. Exponet̄. Unde Basilius epūs in sermone dicit sic. Cū igit̄ non sit nostrū qđ sumus quō nostrū potent esse qđ babemus. Stulticie eñ genus est vt cū alijs debeas vite beneficiū: tibi ascribas ornamenta virtutū. Sic igit̄ patz quō quidam presumūt de sue iusticie viribus. Quidam de sue scientie nisibus. Quidā de sue potentie viribus. Quarto dicendū esset de bijs qui presumūt de constantie sue vigoribus. Sed q⁹ de boc satis dictū est infra in lra.U. post verbuz visitatio in sermone qui incipit. Videte quomodo caute ambuletis. §. Deniq̄ dico q̄ quidam impediuntur seipsos cognoscere ex futuitate cordiali. ibi de sanctimonia etiam patet. Vide ibi ⁊ in tabula operis Quinto etiam dicendum esset de bijs qui presumunt de christi clementie operibus. quibus iam nibil amplius dico. nisi q̄ eum quem presumunt benignum ⁊ pium. illum etiam non ignorent esse iustum ⁊ rigidum. De quo vide in littera. J. vbi agitur de iudicio diuino. ⁊ in pluribus locis vt tabula tibi mōstrabit. Ergo iam sufficit. Uide de Superbia. Altitudie. Ascēdere. Mons ⁊ cetera similia.

Preter. Cum p̄ter sit p̄positio seruiēs casui actiō. que.s.semp demit ⁊ excipit a generali regula p̄cedentē. possum⁹ dicere q̄ p p̄ter p̄t quecūq̄ singularitas. particularitas. specialitas designari. Speciale ei derogat generali ⁊ singulare detrabit a plurali. Dicam ergo: q̄ in scriptura multiplex preter id ē multiplex specialitas et singularitas designatur. videlicet vnū preter quod est

Maiestatis supne.	Primum est dei.	Primo ergo dico q̄
Bonitatis interne.	Secūdū est iusti.	
Prauitatis externe.	Teraū est impij.	p preter intelligit̄ singularis dei conditio. Constat eñ q̄ de⁹ in omni sublimitate p̄cellit omnē regulā cōem. Et ideo sua unica, sa singularitas bene denotat̄ p p̄ter. Quis eñ inquit Ps̄. Deus p̄ter dñm nostrū: deus q̄ p̄cinxit me virtute ad bellum: ⁊ posuit imaculatā viā meā. Uñ nō q̄ iste ē singularis Deitate qua solus obtinet. Potestate qua cūcta detinet. Pietate qua cūcta sustinet. Equitate qua cūctis eminet. Iste eñ babet excellentiam vnice diuinitat. Deutro.xxxij. Videte q̄ ego sum solus ⁊ non sit alius deus p̄ter me. Sequit̄. Leuabo ad celū manū meam et dicam viuo ego in eternū. Et Judith.viij.dicit̄. Alterū deuz nescimus p̄ter illū. Et capitu.ix.dicit̄. Tu es de⁹ et nō est ali⁹ p̄ter te. Jtē bz eminetiā immēse ptātis. Tbo.xiij. Nō ē ali⁹ de⁹ op̄s p̄ter eū. Et.ij.Re.xxij. Quis ē de⁹ p̄ter dñm aut q̄s fort̄ p̄ter deum nostrū. Item babet efficatiā intēse equitatis. Esa.xlv. Deus iust⁹ non est p̄ter me. Patet ergo q̄ p p̄ter intelligitur singularis dei cōditio. Secūdo dico q̄ p p̄ter intelligit̄ singularis iusti pfectio. Constat eñ q̄ vir pfectus excipitur a regulis quibus vitam et virtutes aliorum excellit. Excellit enim singulariter et eminēter alios in vtute. Unde nota q̄ iste ē singularis

In iusta pretura.	Habet igit̄ vir pfectus vnū preter iuste p̄ture. Et sic est similis illis iustis regibus de quib⁹ dicit̄ Eccl.xlix. Ot p̄ter dauid ezechiam et iosiaz omnes reges cōmiserunt peccatū. Item babet vnū preter dei culture. Nullū eñ deū colit preter vnū verū deum: dicens. s. illud Judith.viij. Alterum deum nescimus p̄ter dominū. Et merito. Quia procerto sicut dicitur Exo xxij. Qui immolabit dijs preter domino soli occidetur. Non ē enim bonum dimittere istud preter. quia. s. de filijs israel dicitur Judith.v. q̄ quotiens cūq̄ preter ipm deum suum alterum coluerunt. dati sunt in predam ⁊ in gladium ⁊ in obprobrium. Et ideo bene consulit sapiens Prouerb.vij. Fili inquit honora dominū ⁊ valebis. preter eum vero ne timueris alienum. Item babet vir perfectus vnum preter carnis pressure. quia. s. iste preter ⁊ super alios p̄mit ⁊ domat per abstinentiam carnem suam. similis. s. ipi Judith. de qua dicitur Judith.viij. q̄ ipsa mortabatur clausa dūs silicium supra lumbos. ⁊ ieiunabat omnibus diebus preter sabbata ⁊ neomenias ⁊ festa domus israel. Item babz vnū preter mūde nature. quia. s. isti per excellentiam caste viuūt. Exemplo. s. Joseph qui interpellatus de adulterio a domina sua dixit Gen.xxxix. Omnia inquit que babz dominus meus tradidit in manu mea preter te que vxor ei⁹ es. quomodo ergo possum facere malum istud? Idco bene consulitur Tbob.iij. Preter inquit vxorem tuam nūq̄ patiaris crimen scire. Patet igitur q̄ per preter intelligitur singularis iusti perfectio. Tercio dico q̄ per p̄ter intelligit̄ singularis stulti corruptio. Mali eñ babēt suuz preter. id est suam malam ⁊ singularem excellentiā in peccato. qua. s. preter ⁊ super omnes deuz offendere ⁊ ab ipso recedere non verentur. cum tamen dicatur Prouerb.viij. Preter ipm ne timueris alienum. Unde isti dicūtur ꝓprie preterire. id est preter dei mandata ⁊ vltra dei volūtatem progredi ⁊ trāsire. Sed de isto vide infra de preterire. §. Tercio dico. Hec igitur de p̄ter sufficiāt. Uide de Misi ⁊ de Sup. ⁊ de Ultra ⁊c.

Preterire. Nota q̄ preterire idem est qđ preter. id est vltra ire. Est enim idē qđ transgredi vel per transire. Et sic dicam q̄ cum preterire semper significet motum ⁊ fluxum multiplex p̄t esse preteritio repperiri. videlicet Dei. Justi. Impij. Mundi. Miseri. Nam

Deus preterit mala dissimulans.
Justus pterit virtutes cumulans.
Impius pterit petens ⁊ exultans.
Mudus pterit labēs ⁊ tremulans.
Pauper pterit langues ⁊ eiulans.

Primo igit dico q̄ est quodd̄ preterire summi creatoris. Ille em̄ q̄ pterit non attēdit neq; sistit ad illa q̄ videt. Sic vere deus p dissimulationem multa pterire videt inquantū.s.mala pnīa nō punit. bona etiā q̄ nūc fiūt non remunerat neq; reddit. Un̄ de dissimulatōne diuina dr̄ Mar.vj. Jhūs ambulans sup mare venit ad discipulos laborantes.⁊ volebat pterire eos. intrauit tn̄ ad eos infra nauem ⁊ cessare ꝓmus ventum sedit. Deus em̄ qnq; dissimulat se velle preterire suos q̄s videt in mūdi fluctibus tribulari ac si certe de eis non curaret. finaliter tn̄ ad ipos p gr̄am intrat. ventū tempestatū ⁊ tribulationū sedat.⁊ ipos ꝓsolat ⁊ adiuuat. Job.ix. Preteriens vidit ibs hoiem cecū a natiuitate. quē tn̄ clamantem ⁊ miam implorantē tandē illuminauit. Quia reuera dato q̄ ꝑs dissimulans pterire negocia videat .in veritate tn̄ nihil pterit ꝙ ad oia diligēter aduertit. Ecc.xlij. Nō preterit eū ois cogitatus.⁊ nō abscondit se ab eo ois fmo Jota em̄ vnū aut vnus apex nō pteribit a lege donec oia fiant. Mat.v. Patet igit q̄ ē vnū pterire summe creatoris. Secūdo dico q̄ ēvnū pterire iusti viatoris. Justus em̄ dr̄ preteriens.qz.s.sicut ille qui pterit.posteriora dimittit ⁊ ad ante iora transit nec in loco morat aut sistit.ꝙ potius continue mouet ⁊ tēdit. Sic vere vir perfect⁹ dr̄ pterire.qz.s.posteriora.i.est ista mūdana q̄ post nos remanēt solet p contēptū dimittere.⁊ de eis vir curare.⁊ ad anteriora bona.s.paradisi totis affectibus se transferre.nec in loco in quo est.i.in mūdo p affectōem ⁊ complacentiā sistere vel manere.ꝙ se q̄ p bona exercicia ⁊ opa continue agitare.⁊ mūdi peccati ⁊ dyaboli leges ptergredi ⁊ transire. ꝓuer.xix. Gloria eius ē iniqua pter redi.vt de talibus p̄tereūtibus dicat illud Osee.xiij. Erūt sicut nubes matutina ⁊ sicut ros matutinus ꝓteriens. Compara tales nubi ⁊ rori maxime matutino. Vide i locis suis. Et si vis nota q̄

peregrini ⁊ ptereūtes.
Vilia vilipendunt.
Vestimenta vendunt.
Pro templis ostendunt.
Dolorem extendunt.
Neminem offendunt.

Solent dico tales vilia .i. mundana vilipendere. Peregrini em̄ et pterereūtes non sistunt in pulcris ptis villis et edificijs que inueniūt:sed potius omnia vilipendūt. Unde mūdo potest dicere dn̄s illud Ezech̄.v. Dabo te in desertū in conspectu ois pretereūtis. Jtem solēt nudos et egenos se ostendere.quia sc̄z vt cōiter tales non se onerant vestimētis:villa etiā vestimēta portant.sic iusti et pfecti nō habēt diuitias vt sic bonus diues de ipsis dicat illud Job.xxxj. Si despexi pretereuntē eo q̄ nō haberet indumētū:et absq; vestimento pauperē. Jtem solent ecclesijs sua pandere sicut iij. Reg.xij.dicit.q̄ sacerdotes pro reparationib⁹ templi habuerūt omnē pecuniā sanctorū que illata fuerat in templū a pretereūtib⁹. Jtem solent compatiendo luct⁹ facere seu p aliorum miserijs obstupescere et elemosynas ipis facere. Unde Ezech.xxxix. Dabo inquit vallem viatorum ad orientē maris que obstupescere facit ptereuntes. Jtem solent pretereūdo nullū ledere seu nullū ledēdo dāna tollere. Constat em̄ q̄ tales dum peregrinant transeūt et pretereūt:valde cauent ne quem q̄ offendāt et tamen sepe fit q̄ tales offendunt a malis:et rapinis et iniurijs affligunt:sicut Judith.ix.dicit.q̄ Illi qui erant in montium summitate exercebant latrocinia agētes predas de preteruntib⁹. De illo etiaz symone dicit Mar.xv.q̄ iudei angariauerūt quempiā pretereuntē vt tolleret crucem Jesu Patet ergo q̄ est vnū preterire iusti viatoris. Tercio dico q̄ est vnū preterire vani peccatoris. Peccator em̄ dicit preteriens:quia sc̄z nihil habet stabile seu sistens. Metas etiam diuinorū mandatorū peccando preterit:et infra metas iustitie nunq; sistit. Un̄ dn̄s de talibus conquerit Hiere.v.vbi de peccatorib⁹ dicit. Magnificati sunt ⁊ ditati.in crassati sunt et impinguati:et preterierūt sermones meos pessime:causam vidue et pauperū non iudicauerūt:⁊ causam pupilli non direxerunt. Et nota q̄ mali sc̄z Pretereunt

Christum blasphemando.
Pauperem non iuuando.

Jsti em̄ deuz blasphemāt Unde Mar.xv. de christo crucifixo dicit q̄ ptereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua. Crucifixi enim.id est pauperes ⁊ tribulati a talibus blasphemant. Jtem isti pauperem non iuuant. Unde de malo sacerdote ⁊ leuita dicit Luce.x.q̄ sauciatū a latronibus non iuuerunt.sed viso eo preterierunt. Jdeo comminatiue dicit talibus. Josue.xxiij. Comminatus est inquit dominus donec vos auferat atq; disperdat de terra hac optima. eo q̄ preterientis pactum eius quod pepigit vobiscum. Jtez isti bonū non orant vel optant.s.alijs.ꝑ. Et non dixerūt q̄ pretenbant benedictio domini super vos.benedixim⁹ vobis in noie dn̄i. Jtem isti non rite perseuerant. Jsti em̄ semper sunt in fluxu ⁊ motu.⁊ nunq; permanent in eodem statu:ita q̄ isti proprie dici possunt pretereūtes. cum non sint stabiles aut cōstantes.similes.s.tempori quod nunq; sistit in eodem statu. Quia etiam ad litteram gloria ⁊ fama taliū subito preterit. Unde Sap̄.v. dicit. Qr̄ spes impij tanq; lanugo que a vento tollit:⁊ tanq; spuma q̄ a procella dispergit.⁊ tanq; fumus qui a vento diffusus est.⁊ tanq; memoria hospitis vnius diei pretereūtis. Prosequere si vis ⁊ compara inconstantiam taliū ⁊ gloriam eorūdem lanugini.spume.fumo vēto ⁊ hospiti vni⁹ diei ptereuntis. Omnia em̄ ista sunt inconstantia ⁊ fluentia. Et sic bene dico q̄ est vnū ptererevani peccatoris Sed reuera charissim⁹ iesu nō sic. Jpi em̄ non fuit taliter ptereūtes.sed semp in bono sistētes ⁊ pmanentes. Unde nota q̄ isti Non pretereunt

Pactum vel mandatum.
Domum vel stratum.
Veritatis statum.
Limitem monstratum.

Dico q̄ isti non pretereunt pacta vel mandata.s.dei vel prelati Hume.xxiij. Non potero preterire sermones domini dei mei.nec sum oblit⁹ imperij tui. Exemplo.s.illorum:de q̄bus dicit.ij.Esdre.iij. q̄ ingulant ⁊ ingulant et regis verbū non ptereunt. Jtem iusti non pretereūt strata vel errata hoc est dictu:pauperes tribulatos ⁊ devios ⁊ indoctos quin.s.ipsos adiuuant ⁊ reducūt. Deut̄.xxij. Non videbis bouem vel ouem fratris tui errantes ⁊ preteribis sed reduces fratri tuo. Jtē non ptereūt veritate fulta. Sapien.vj. Ponā in lucē sciam ⁊ nō pteribo veritatē. Jtē nō ptereūt ordinate structa.qz.s.sicut dicit Job.xiij. Constituisti terminos ei⁹ q̄ pteriri nō poterūt. Nō sicut mali christianissimi nō.qz pcerto isti sūt ptereūtes:hoc est dictu:dei mādata nunq; seruantes nec in bono pseuerantes. Et sic dico q̄ est vnū preterire vani peccatoris. Quarto vero dico q̄ est vnū preterire mūdi receptores. Mūdus em̄ ⁊ omnia temporalia ⁊ mūdana semp pretereūt ⁊ sunt intransitu et in fluxu.j.Cor.vij. Pterit em̄ figura hui⁹ mūdi. Temp⁹ enim est mensura motus.tempus aūt semper preterit non em̄ habet pteritū aut futurū:ꝙ solū momentaneū atq; pnīs qd̄ tamē ptinue pterit atq; transit. Un̄ de ptēritione temporis ⁊ temporaliū pōt dici deo illud ꝑ. Dm̄ mille anni an̄ oculos tuos tanq; dies hesterna q̄ preterijt. Et de mundo etiam pōt dici. desertus locus est hic ⁊ hora iam preterijt. Mat.xiij. Quinto dico q̄ est vnū ptērire miseri languētis ⁊ eiulantis. Qualiter aūt hic ptereat omnez hui⁹ mūdi felicitatē.qualiter experiat ⁊ sustineat diuitū cōtumelias ⁊ crudelitatem. Vide supra vbi Pauper. §. Tertio dico q̄ ista paupertas a malis valde crudeliter impugnat. Et in multis alijs titulis cōsimilibus. Hec igit de quadruplici preteritione sufficiāt ꝛc. De ptērito vero seu transacto. Nota q̄ nos inuenim⁹ ptērita. Videnda. Reddēda atq; Dolēda. Videnda sunt exempla ⁊ documenta sanctorum. Reddā sunt gratie ⁊ beneficia bonoꝝ. Dolenda sunt peccata ⁊ maleficia nostrorum operum ⁊ factorum. De prudente et viro dr̄ Sap̄.iij. q̄ ipse scit preterita ⁊ de futuris extimat De ipsudente vero dicitur Ecclesiastici.viij. q̄ ipse ignorat preterita ⁊ futura nullo pōt scire nūcio ꝛc. Vide vbi Transire et similia.

Pretorium. Nota q̄ ptorium est bita culuz seu locus vbi ptor seu q̄libet alius impat sedē aut curiā tenet.⁊ vbi habitat atz manet siue in ciuitate fuerit aut in castris Sicut ptz in euāgelijs Matt. xxvij. Mar.xv. Joh.xviij.⁊ xix. Et Act̄.xxiij. vbi fit mēcio de ptorio herodis. Cum igit in talibus ptorijs christ⁹ fue-

rit crudeliter. t paulus fallaciter accusatus. t latro barrabas liberatus. posset dici q in curijs modernis multe sunt iniquitates. falsitates t crudelitates q3 ibi innocentes p̄ muntur. nocentes vo t impij absoluuntur. Sed trāseo gratia brevitatis.

Prevalere Nota q p̄ualere idem ē quod p̄ alijs valere illud qđ melius alijs iudicat. sicut ponit .ij. Esdre. iij. Magna ē veritas t prevalet. Et ibidē. Prevalet vinū oibus boibus. Sed in isto significato. vide. s. vbi bonū. t vbi melius. Item prevalere idem ē qđ vincere t supare. sicut cū dr in ps. Ne qñ dicat inimicus meus p̄ualui aduersus eū. Qñq3 etiā accipitur p posse. sicut cū dr. ij. Paral. xxxij. Nūquid prevaluerūt dij gentiū liberare eas de manu nabuchodo. tē. q. d. q nullo modo. Quia igitur de supare t vincere t etiā de valere satis fiet. ideo breviter pertransibo. Nota q

Justus prevalet contra temptatorē. Primo igitur dico
Temptator p̄ualet cōtra peccatorē. q ē vnū p̄ualere in
Impius p̄ualet ꝺ iustoꝝ motem. stiviatoris. Iste. n. prevalet in prelio temptationū cōtra spirituales hostes. scz cōtra demonē carnē t mūdū. Habet em potentiā specialiū virtutū per quas solet in omnib⁹ prevalere. s. humilitatem qua mūdū supat p penitentiā. Castitatē qua carnem macerat. Rez contemptū seu volūtariā paupertatē qua mūdum vulnerat. vt sic de qualibet dicat illud. j. Regum xvij. Prevaluit dauid aduersus phylisteū. Et si vis pone cū quibus armis dauid p̄ualuit. s. cū q3q3 lapidibus. t cū funda tē. Vide alibi in pluribus locis. Et pone si vis quō mustela cū ruta p̄ualet ꝓtra basiliscū. t quō per prudētiaꝫ t cautelā debilis qñq3 p̄ualet ꝓtra fortē. vij Dañ. xj. Ipe prevalebit contra regem aq̄lonis. Istud ē igit p̄ualere in illi viatoris seu fortis pugnatoris. Secūdo dico q est p̄ualere falsi temptatoris. s. diaboli. qui. s. non fortitudine ꝫ cautela (cū non possit vincere nisi volentē) prevalet ꝓtra nos valde sepe. Et pone si vis quō cautus hostis qui obsidet vrbem diuersimode p̄ualet contra eā. quia. s. quādoq3

Famis coartatōne Sic vere dico q diabolus qñq3 con
Ignis inflamatiōe. tra nos p̄ualet p mala que facit con
Fallaci ꝓditiōe. tra nos p̄ualete scz p famis auaricie
Verbali deceptiōe. coertionē. iiij. Regū. xxv. Prevaluit fames in ciuitate. Quādoq3 p ignis iracūdie inflamatiōez Esa. xxix. Erit sicut fauilla ptransiēs multitudo eoꝝ qui p̄ ualuerūt aduersum te. Quādoq3 p fallacis malicie machinationē vt sibi dicatur illud quod dictum fuit dyabolo. iij. Reg. xxij. Decipies inquit et p̄ualebis: egredere et fac ita. Quādoq3 etiā p mēdacis fallacie ꝓmulgationē. ps. Verba iniquoꝝ p̄ualuerunt aduersum nos tē. Prosequere si vis. Et dico breviter nisi de⁹ nobis p gratiam velit succurrere: omnes sum⁹ in periculo q cōtra nos vno vl alio modo possit dyabol⁹ p̄ualere. Dicam⁹ ergo sibi illud. ij. Reg. x. Si p̄ualuerint aduersum me syri: eris mihi in adiutorium. Et breviter ista est veritas q semp dyabolus prevalet cōtra nos scz tentatiōes et tribulatiōes varias immittēdo nisi dñs nos adiuuare dignaret: sicut bene dicitur Da niel. vij. Et ecce inquit cornu illud faciebat aduersus sanctos et p̄ualebat eis donec antiquus dierū venit. Aduerte tñ q dyabolus nō p̄ualet nisi homo se sibi volūtarie subiget. Unde Tho. vj. Ostendā inquit tibi qui sunt quib⁹ potest prevalere demoniū. hij nanq3 qui coniugiū ita recipiūt vt deū a sua mente excludant: et qui sue libidini ita vacāt sicut equus et mul⁹. Est igit p̄ualere falsi tētatoris. Tercio dico q est p̄ualere mali peccatoris. Peccatores em vt cōiter in hoc mūdo prevalent cōtra iustos. Unde. ij. Paral. xiij. Viri vanissimi filij belial prevaluerunt aduersus roboam filium salomonis. Unde de mundi diuite peccatore nota q ipse prevalet in hoc mundo scilicet

Bonos crudeliter deijciēs. Dico ergo q mali prevalent in hoc mūdo: dū iu
Suos fallaciter decipiens. stos grauant crudeliter.
Sese inaniter preficiens.

Habacuc. j. ꝓpter hoc inquit lacerata est lex et nō p̄uenit ad finem iudicij: et impius p̄ualet aduersus iustū. Item prevalent dum suos fraudāt fallaciter: sicut scz faciūt adulatores. Unde Hiere. xxxviij. Seduxerūt te et prevaluerunt aduersum te viri pacifici tui: demerserūt in sceno et lubrico pedes tuos t recesserunt a te. Item p̄ualent dum sese leuant inaniter p̄. Sperauit in multitudine diuitiarum suarum: t p̄ualuit in vanitate sua. Hoc igit de p̄ualere sufficit. Vide vbi Vincere t Superare.

Prevaricari. Prevaricatio.

Nota q p̄uaricatio nihil aliud est q3 pacti vel fidelitatis. legis vel mandati transgressio t violentio. Et sic igit dico q vt cōmuniter in scriptura p̄uaricatoꝝ dicit qui. s. pactuꝫ quod in baptismo t in sacris ordinibus christo pepigit t p̄misit: t legem dei ad quam tenendam se obligauit peccando p̄uaricatur t preterit. Unde Josue. vij. Peccauit populus israel t p̄uaricatus est pactū meū. Et illud ps. Prevaricantes reputau: omnes peccatores terre. quia mandata tua nō custodierūt. Et nō q p̄uaricatio t trāsgressio.

A iustis vitatur. Dicam ergo de p̄uaricatiōe q ipsaꝫ
A malis sectat. solent iusti horrere. Constat enim
A deo damnat. q illa que sunt in natura cōtraria
A penis mulctat. sunt inuicem se odientia t fugientia. Patet de igne t aqua: que quia cōtrarie sunt nature. iō vnum aliud detestat. Quia igit iustus pacta dei t p̄simi fideliter vult seruare: obediens. s. illi mādato. Eccli. vij. Noli p̄uaricari in amicum. t Mal. ij. Pactum meum fuit cuꝫ eo vite t pacis. Prevaricatoꝝ aūt ipsa solet faciliter violare Deut. xxxij. Prevaricati estis contra me in medio filiorum israel. Ideo iustus t p̄uaricationem fugit t p̄uaricatorem detestat t odit p̄. Vidi prevaricātes t tabescebam q eloquia tua non custodierūt. Et alibi etiam dauid dicit. Non ꝓponebā ante oculos meos rem iniustā. facientes p̄uaricationes odiui. Exemplo. s. illoꝝ fratrū. ij. Macha. vij Qui pati erant magis mori q3 patrias dei leges p̄uaricari Dico ergo q p̄uaricationem iusti debent horrere. Secūdo dico q p̄uaricationem mali solent complere. Oleū em qđ pinguis t ignee est nature. vas in quo concluditur solꝫ faciliter egredi t penetrando exire. t possibile oleum de bacuc qđ nascit in quodam fonte iuxta mare de bacuc seu de saxa qđ nullo vase si ex toto clausum fuerit teneri potest Habet enim naturaꝫ ꝓpinquā ignibus fm Pli. ca. de malta t naphia. Sic vere dicam de peccatore. Claudi em non vult infra ambitū cuiuscunq3 legis diuine. nec etiam cuiuslibet boni federis seu pacti: statim enim illud p̄uaricatur et transit. t per ꝓditionem t infidelitatem illud violat atq3 frangit. Ideo de talibus conquerit dñs Osee. vj. dicens. Sicut adā transgressi sunt pactū. ibi p̄uaricati sunt in me. Et nota q mali multis modis p̄uaricantur leges dei. s.

Male credendo. Prevaricatores enim sunt Ydo
Carnem fouendo. latre dei contemptores. Adulteri
Suos prodendo. carnis dilectores. Amicoꝝ falsi p
Stulte regendo. ditores. Mali iudices t mali re
Vane legendo. ctores. Mali clerici t mali doctores. Ydolatre em p̄uaricāt ꝺ xp̄m regē. Adulteri in cōiugū legē. Proditores i suoꝝ gregē. Mali rectores in vulg⁹ subiectū. Mali doctores in scripture intellectū Igitur dicā q quidam p̄uaricantur male credendo sicut sunt ydolatre t heretici q pactum fidei christo non seruant. sed alios deos adorando seu aliam fidem tenendo violant. Ezech. ij. Patres eoꝝ p̄uaricati sunt pactum meum. Unde anie que relicto pacto diuino cū diabolo fornicat. dicit Hiere. iij. Mō timuit p̄uaricatrix iuda. sed abijt t fornicata est cum lapide t ligno. Item quidam p̄uaricant carnem fouendo. s. luxuriosi t adulteri. ij. pal. xxj. Fornicari facisti t p̄uaricari iudā Un Hiere. ir. Derelinquā inquit pplm meū t recedā ab eis. q3 oēs adulteri sunt t cet⁹ p̄uaricatoꝝ. Item quidam p̄uaricant suos ꝓdendo. sicut. s. sunt ꝓditores qui ꝺ legem amicicie t fidelitatis ꝓdunt dños t amicos. Unde de iuda ꝓditore dicit Actu. j. Prevaricatus est iudas vt abiret in locū suū. Item quidam p̄uaricant impie regendo. Dis em rectoꝝ cōitatis tenet ad fidelitatē subditis suis. q. s. iusticiā tenet eis facere t ipos rite t debite gubernare. Iste q3 p̄uaricatoꝝ extitit qñ a iusticia pce. pciovel fauore desistit. j. Macha. xj. Prevaricati sunt principes demetrij. Item q3dam prevaricant scripta legendo. sicut scz sunt mali clerici qui legem dei t sacrā scripturā legūt t docent ipam tñ male viuendo violant t non tenēt. Un Hiere. ij. Tenentes legē

inquit nescierūt me. ⁊ pastores p̄uaricati sunt in me. ⁊ p̄phete ꝓphetauerūt in baal. ⁊ Esa. xliij. dr. Interptes tui p̄uaricati sunt. vñ apostolus reprehendit tales. Rom. ij. Qui in lege gloriaris p̄ preuaricatōem legis deum inhonoras. Qui p̄dicas inquit non furandū furaris. q̄ doces nō mechandū mecharis. Patet igit̄ q̄ preuaricatōem mali solēt complere. Tercio dico q̄ p̄uaricatōis deū solet tedere seu q̄ p̄uaricatio deo solet fetere. Et istud certe satis patet in eo q̄ de⁹ hmōi peccatū districte ꝓhibet in scriptura dicens. s. Ezech. xviij. Proiicite a vobis omnes preuaricationes vestras in q̄bus p̄uaricati estis. ⁊ facite vobis cor nouū ⁊ spūm nouū. ⁊ Esa. xlvj. Memētote inquit ⁊ cōfundimini. redite p̄uaricatores ad cor. recordamini prioris seculi. Deus em̄ est sicut leo q̄ cum cauda facit circulum in terra. de quo animalia circuita exire nō audēt quousq; ceperit ⁊ elegerit predā suam. Et reuera circulus ⁊ rotula leonis de tribu iuda quem p̄uaricari nō licet ē suoꝝ circulus mandatoꝝ. qz. s. sicut dr̄ Dan. vj. Decretū medoꝝ atq; p̄sarū ē vt oīe qđ statuerit rex preuaricari nō liceat. Istū em̄ non licet exire. ⁊ ibi necesse ē inuiolabiliter remanere. Patet ergo q̄ preuaricatio deo solet fetere. Quarto dico q̄ preuaricatores penā solent habere. s. in inferno. sicut em̄ dr̄ Hebre. ij. Omnis preuaricatio iustā accepit mercedis retributōem. s. in futuro. Quia certe in vita p̄nti p̄uaricatores seu peccatores non semp̄ puniūt. immo semper pre ceteris prosperant. de quo. s. conqueritur Hieremias Hiere. xij. dicēs sic. Quare inquit via impioꝝ ꝓsperatur. bene ē omnibus q̄ preuaricant̄ ⁊ inique agūt. plātasti eos ⁊ radicē miserūt. ꝓficiūt ⁊ faciūt fructū. Sed ꝓcerto i futuro non sic. qz isti finaliter Per mortem eradicabūt̄. Diuitijs expoliabūtur. In inferno excruciabūtur seu etiā cōburētur ⁊ cremabūt̄. De mortis eradicatōe dr̄. ij. Regum xxiij. Preuaricatores quasi spine euellent̄. de bonoꝝ suorū spoliatōne ⁊ vastatōe dr̄ Osee. vij. Vastabūtur qz preuaricati sunt. de finali vo punitōne seu infernali cōcrematione dici pōt illud Josue. vij. Qui in hoc facinore fuerit deprehensus comburet̄ igni. quoniā preuaricatus ē pactuz dñi. Hec igit̄ de p̄uaricatione sufficiant. Vide supra vbi Transgressio ⁊c.

Preuenire. Cū p̄uenire idē sit q̄ p̄ alijs et ante alios venire: ipos anticipare et precedere. Notabo q̄ in scriptura multiplex prenētio seu anticipatio reperitur. Est enim Preuentio

Infusionis diuine gratie.
Discretionis et diligētie.
Damnatiōis et pestilētie.

Et sic dico q̄ est p̄uētio dei iusti et impij. Primo dico q̄ est p̄uētio numinis influētis. Et ista est illa qua scz deus p̄uenit peccatorem p̄ gratiā preueniētē: sine q̄ nunq; obtinet gratiā gratū facientē. Ad hoc em̄ q̄ flos et fruct⁹ ꝓcedat ex arbore: necesse est q̄ p̄ueniat virt⁹ solis: q̄ ante oīa humores digerat et medullas ipsas ad flores abilitet et disponat. Sic vere oīno necesse ē ad peccatoris p̄uersionem q̄ sol. i. gratia dei p̄ueniat. anteq; flos gratie gratūfaciētis. i. fruct⁹ boni operis obsequntis accedat. vñ Sap. xvj. Oportz p̄uenire solez ad bñdictionē. Et nota q̄ de⁹ p̄uenit boiez q̄druplicit̄. s.

Gratiam inspirando.
In malis adiuuādo.
A malis cobercendo.
In celis premiando.

De gratie infusione dicit̄ in ps̄. Fortitudinē meaz ad te custodiam: qz de⁹ susceptor me⁹ es: deus me⁹ misericordia ei⁹ preueniet me. Fortitudo em̄. i. quecūq; nostra virt⁹ et pfectio ad deū custodiēda ē id est a deo tribuēda: et ꝟ qz ipse deus noster benigniter nos suscipit: et misericordia ei⁹ nos preuenit et precedit. De tribulatiōe: adiutorio ⁊ defensiōe dicit̄ in ps̄. Preuenerūt me in die afflictiōis mee: et factus est dñs ꝓtector meus. Eripuit me: qm̄ voluit me: dedit in obprobriū conculcātes me. De malorꝝ coertione dicit̄ in ps̄. Exurge dr̄. p̄ue. eū: ⁊ supplā. eū. eri. an. m. ab im. De celesti bo p̄miatōe ⁊ coronatiōe dr̄ in ps̄. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis. po. in ca. co. de lapi. p̄cio. Ista est igit̄ preuentio numinis influentis. Secundo dico q̄ est p̄uentio bonis diligentis seu sapiētis. Ad sapientem em̄ spectat Preuenire

Aduersariū tēptatorē.
Amicum amatorem.
Deum creatorem.

Suū dico aduersariū et tēptatorē. s. dyabolū et impiū ⁊ peccatū. De leena. n. legit̄ q̄ ipa parit set⁹ valde paruulos ⁊ informes. mortuos. s. ⁊ cecos, scz ad q̄ntitatē mustele. Si em̄ expectaret q̄ essent magni ⁊ viui: tunc cū vorazi appetitu corroderet cū vngib⁹ ⁊ dentib⁹ mris intestina. necesse est ꝑ q̄ ptū maturū p̄ueniat: ne forte tūc nō possit parere sed succūbat. Sic vere charissimi cū diabol⁹ ⁊ pcā valde acute ⁊ piculose sint conditōis in tantū q̄ q̄n in corde nro p̄ tentatione ⁊ malā aliquā cōplacentiā sunt ꝓcepta: valde piculosum est q̄ ipos crescere p̄mittamus: ne forte ꝓpter nimiā moꝝ obstinatione ⁊ cōsuetudinē. part⁹ ⁊ emissio pfessionis obseq̄ nequeat. ꝑ sequat̄ poti⁹ mors eterna. hinc est q̄ anteq; cōpleti sint aut pfecti ipos p̄uenire debem⁹. ⁊ dū adhuc sunt paruli vel informes scz in pristino cogitatu ⁊ delectatiōe p̄maria ipos p̄ pfessionē expellere ⁊ anteq; vires habeāt nos de eis expedire. Exemplo etiā pigmeoꝝ in India q̄ cū sint paruli. s. cubitales: cū gruib⁹ pugnāt ⁊ i vere aggregato exercitu ad littora maris descendūt. ⁊ ova gruū destruūt atq; frangūt. ipos hostes ne multiplicent̄ caute p̄ueniēdo. ne forsitan si crescerēt nō possent sufficere resistēdo. Qua em̄ tentationes. cogitationes ⁊ delectatiōes inimicoꝝ ꝓma molimēta ⁊ machinationes sunt. q̄ ꝓcerto nisi: caute frangant̄ ⁊ destruant̄. ⁊ nisi ip si inimici debite ⁊ caute p̄ueniant̄: vix postmodū superant̄ figura. s. ad boc. j. Mach. vj. vbi de obsidētib⁹ arcē dicit̄ q̄ erat regis antiochi scriptū fuit ipi regi. nisi inq̄t p̄ueneris eos veloci⁹. maiora bijs faciēt ⁊ nō poteris obtinere eos. Quia revera q̄n arcē mētis nre seu etiā virtutes ⁊ potētie nre inimici obsidēt. necesse est q̄ in ꝓncipio occurram⁹. vt p̄uentos facili⁹ deuincam⁹. Et sic de aduersario pōt dici illud. ij. Mach. xiij. Cognouit sortiē se viro p̄uentū. Preueniam⁹ igit̄ nr̄m tentatorē. Itē p̄uenire debemus nr̄m ꝓximū ⁊ amatorē. Proximos em̄ ⁊ socios. ⁊ maxie pauperes debem⁹ bñfaciēdo p̄uenire: ⁊ anteq; petāt aut indigeāt sbuenire. Teste em̄ Seneca li. de bñficijs. Nihil carius emit̄ q̄ qđ gratis cōpar. Jō bñ dicet apls Roma. xij. dicēs. Charitate inq̄t fraternitatis diligētes bonore invicē p̄uenientes. Itē p̄uenire debem⁹ sūmuz creatorē. s. deū. vñ Job. v. ca. dr̄. Qr ille qui p̄veniebat alios ad piscinaz. sanitatis remedium reportabat. Sic vere si currendo ad piscinam miseri, cordie dñi alios p̄uenimus. ipsos ꝓcerto reportādo quod petimus p̄uenimus. ⁊ sanitatem a vicijs p̄ alijs ⁊ ante alios acquirimus. Deus enim diligentiā diligit. ⁊ devotis et diligentibus p̄ alijs bene facit. Preuenimus igit̄ deum

Bona p̄dicando.
Magna sperando.
Certa spectando.
Pia sectando.
Leta cātādo. seu etiā
Deum laudando.
Carnē domando.

Bona inq̄t p̄dicādo. ps̄. Mane oꝛo mea p̄ueniet te. Magna etiā sperādo ps̄. Preueni i maturitate ⁊ clamavi qz in verbo tuo supspera ui. Certa insup spectando seu speculādo. ps̄. Preuenerūt oculi mei ad te diluculo. vt meditarer eloquia tua. Pia nihilomin⁹ sectādo. hoc est dictu pietatē ⁊ elymosinā faciēdo. Vñ de magdalena cūvnguēto dic̄ dñs Mar. xiij. Quid molesti estis huic mlieri. bonū op⁹ opata ē in me p̄uenit eivngere corp⁹ meū. Unctura ei dulcedinē ⁊ lenitatē pietatis designat. Deū etiā laudādo ps̄. Preuenerūt ꝓncipes sjūncti psallētib⁹ ⁊c. Carnē insup domādo. ⁊ macerādo ps̄ Ethiopia p̄ueniet man⁹ ei⁹ dro. Ethiopia em̄ feruēs sicca ⁊ nigra. macerationē carnis designat. Patet igit̄ q̄ multiplex est p̄uentio hominis diligentis. Tercio dico q̄ est preuentio criminis pestilentis. Mali em̄ ⁊ potissime superbi ⁊ ambitiosi sp volūt alios p̄uenire ps̄. Preuenerunt me in die afflictōis mee. Etiā mala ⁊ pcā q̄nq; boiem p̄uenūt ipmq; p̄ueniēdo occidūt. similia veneno qđ nisi cū thiriaca anteq; attingat carnē p̄ueniat: mors statim p̄venit nec vitat̄ ps̄. Preuenerunt me laquei mortis. Sic ergo ptz q̄ est p̄uentio viri pestilentis. Justi sapientis. ⁊ Summi p̄sidentis. s. dei. Et ꝟ de p̄uenire sufficiat. Videvbi Preoccupare Precedere. vel Prire ⁊ cetera similia.

Primus. Primo. Cum illud qđ est primum dicat mihi qđdam originale principium et quandam prerogatiuam preeminentiam respectu sequentium possumus dicere q̄ taz in bono q̄ i malo significato in scriptura potest multiplex poritas inueniri. Est enim in bono significato Prioritas. Maiestatis eterne. Dignitatis externe. Bonitatis mora.

lis. Vanitatis mentalis. Est em̃ priozitas Eterna z ad mirabilis. Supna z bonozabilis. Interna z comendabilis. Externa z detestabilis. Prima ē priozitas diuine cōditionis. Secūda ē priozitas humane plationis. Tercia ē priozitas mozalis pfectionis. Quarta est priozitas mentalis psumptionis. Et sic p̄m ista dē? dr primus. prelatus dr primus. bona spūalia z eterna dicūtur prima. ambitio etiā z superbia dicunt prima. Et sic dico breuiter q̄ inuenit scz priozitas Admiranda. Honorāda. Affectāda. z Detestanda. Dico ergo primo q̄ est priozitas admiranda. Et ista est illa qua deus dicit prim?. q.s. priozitas dei pfectior est z mirabilior z potentior vniuersis. Iste enim ē primus Tpe. Natura. z Ordine. Prim? dico tpe. q.s. iste est z fuit ab eterno anteq̄. s. aliq̄d crearetur. Et de hoc Esa. xlj. Prim? z nouissimus ego ium. Prim? etiam natura. q.s. iste ē creator qui naturaliter prior ē creatura. Iste ei ē pat qui naturaliter por est genitura. Iste est simplex qui naturaliter prior ē composito. Iste ē disponēs qui naturaliter prior est dispositio. Et ideo de tali primitate dr Esa. xlj. Primus ad syon dicet ecce assum. Prim? insup dicit ordine. q.s. iste est sicut vnitas q̄ in ordine numerorū ponit prima. Iste ē sicut celū qđ in ordine corpor ponit primū. Iste est sicut p̄latus qui in ordine subditorū dicit primus Et sic pōt de deo dici illud Judic. x. Qui primus ceperit dimicare. erit dux belli. Teste em̃ Salomone Eccl. j. Prior oim creata est sapiētia. Et ideo de sapia diuina dr Sap. vij. Qz luci compata inuenit prior. Ubi aduerte q̄ de? dr primus tanq̄ Doctor subtilissim?. Doctor robustissim?. Pretor sublimissim?. Probat doctoratū luminis claritas q: luci compat. Probat ducturatū numinis firmitas. q: inuenit. Probat ptoratū culminis dignitas. q: por. Dico ergo q̄ deus prim? est quia doctor. qui. s. primus int discipulos reputat. z in scholis primū occupat locū. Et hoc ostendit cū cōparat luci. quia lux ē prima forma int formas corpales. z prima oim dī esse creata. sicut dr Gen. j. Sicut em̃ nihil potest illuminari sine luce. sic nec aliq̄s potest pfecte in fide z morib? instrui nisi pri? venerit ad ipm ille q̄ est lux vera que illuminat oēm hoiem venientem in hunc mūdū. Joh. j. Dñ de priozitate diuine sapiētie dicitur puer. iij. q̄ primi et purissimi fruct? ei? pciosior est; cūctis opibus. Itē de? pōt dici prim?: qz ductor. Inuenit inquit. Sicut em̃ dux ē prim? in exercitu in dignitate: sic primus etiā debet esse in virtute et strēnuitate. Quia scz primus debet cōtra aduersarios currere: z pro defendendis aliis primus se debet ostib? opponere: z primus aduersarijs obuiare. Sic de? sicut dux strennu? et fortis alios primus duxit: prim? cōtra dyabolu3 se opposuit. prim? ad pdisum ducatū pbuit: prim? ad auxiliandū inuenit: prim? si deuote inuocat? fuerit ad succurrendū boi presentat. Et hoc ostē dit cū dicit. Inuenit. Quia scz dux exercit? et ad resistendum z ad adiuuandū debet por aliis inueniri. Jpe em̃ est fundamentū exercit?: et ideo q̄uis cōtingat edificiū exercitus cadere et dissoluī: iste tñ tanq̄ solidū firmamētū debet immobilis inueniri. Apoc. xxj. Fundamentū primū iaspis. Vide supra de inuenire. Itē de? debet dici prim? quia ptor: qz scz sicut ptor: iudex vel p̄lat? est aliis por in gradu debet etiā esse aliis por in oi bono actu: sic de?. Quod etiā ostendit in verbo prior: q: pcerto iste ē por in donis: maior in impio. Sicut de ruben dicit Gene. xlix. Et ideo sicut videm? q̄ subditi solent ad primos et principales ciuitatis in necessitate recurrere: et ab eis auxiliū implorare. In illis etiā que ordinate pcedūt semp secūda secunt prima: sicut patet de gruib? qñ volant: de apib? qñ locū mutāt: de elephantib? qñ ambulāt: et de ceruis qñ fluuiū transnatāt In istis em̃ oibus illi qui sunt primi in dignitate scz duces in gruibus: reges in apibus: antiq̄ores in elephantib?: fortiores in ceruis: solent primi incedere: et alij solēt eos sequi et post eos ambulare. Juxta illud Ezech. x. Ubicunq̄ declinabat q̄ prima ierāt sequebant et cetere. Sic vere charissimi nos qui in ecclesia sumus vltimi z secundi: debem? ad deum et ad sanctos qui sunt primi z principales recurrere et refugere. eorum vestigia sequi et imitari: et ad eorū auxiliū per orationis suffragia3 peruenire. Unde Osee. ij. Reuertar ad virum meum priorem. Iste em̃ est prior is cōuentu ecclesie Juxta illud Job. j. Ante me factus est qui por me erat. Istud tamen est contra multos qui pcerto non sequuntur primo3 sed vltimum. non deum ica mundum. non bonum sed malum. non eterna sed externa. non superiora sed inferiora. Heb. x. Auser primum vt sequens statuat. Isti potissime sunt mali religiosi. qui christum primū regem et dominum suum quem pfitendo sibi desponsant postmodum derelinquunt. z ad amorem temporaliū se cōuertunt. Similes apibus que dicunt quandoq̄ regem suum primum dimittere z regi alteri adherere. Figurati in Jacob de quo dicitur Gen. xxix. Qz cum esset desponsatus lye: tandem desponsauit se rachaeli. Et sicut dicitur ibidem Amorem sequentis priori pretulit. Quia vere quod dolendum est isti deum qui primus est cui se deuouerunt per indeuotionem deserunt: z alteri regi. s. mundo vel diabolo se coniungunt. et lye secunde. id est religioni vel ecclesie quas primo desponsauerunt. rachelem pulcram. id est mundi p speritatem preferunt z pponunt Apoca. ij. Habeo aduersum te pauca quia charitatem tuam primam reliquisti. id est deum: quia deus charitas est ꝛc. Non sic charissimi. sed diligamus z queramus prima et superiora: non infima et inferiora. Juxta verbum Augu. dicentis libro de vera religione. Non summa queramus in infimis: ne cuz in nouissimis prima querimus. a primis inter nouissima numeremur. Et sic patet quomodo deus dicitur primus z quomodo ipe primo z ante omnia est diligendus. Exemplo apum que pmor ante omnia edificant domum regi. Et hoc est p̄mum principale. Jsta est ergo priozitas admiranda. Secūdo dico q̄ est quedam priozitas bonoranda. Et ista est illa qua p̄latus vel vir iustus dicit primus. Sic em̃ in omni genere rerum est vnum primum a quo alia dependent. sicut est cor inter membra. Sol inter stellas. Aquila inter aues. Leo inter bestias. Sic, pculdubio inter boies necessario est dare q̄ sint aliq̄ primi qui aliis pslideāt atq̄ regant. Et isti p certo debent esse sicut cor vitam gre aliis infundendo. sicut sol lumen doctrine aliis cōmunicādo. sicut aquile celestia contemplando z speculando. sicut leo audacter malos inuadendo. z bonos viriliter defendendo. Et sic de quolibet tali poterit dici illud Ezech. j. Animal primum simile leoni. Ubi ostendit q̄ sicut ille qui vadit primus debet esse

Agilior ad precurrendum.
Sagacior ad pcauendum.
Potentior ad defendendū.

Sic vere p̄latus vel vir iustus debet Agiliter pcurre bona facienda. Animal Sagaciter pcedere mala pcauēdo. Primū. Viriliter defendere hostes repellendo. quia scz iste debet esse similis leoni Et sic breuiter possumus dicere q̄ ille qui est primus debet esse melior. quia animal. id est res animata. Doctior quia primum Fortior. q̄a similis leoni. Dicam? ergo q̄ ille qui est inter ceteros primus: z in gradu z in statu. debet esse melior per pmptitudines bene operandi. qđ ostendit cum dicitur animal. Animal em̃ z arbor differunt. q̄a q̄uis vtrūq̄ viuat animal tamen motū habet voluntariū. q̄a non est affixum terre sicut arbor que terre immobiliter odheret. immo de sui natura potest se voluntarie mouere. currere. pariter atq̄ stare. z qđ plus est audire z videre. odorare. gustare. tangere z sentire. Sic, pculdubio p̄latus vel vir perfectus z peccator valde inter se differunt. Peccator em̃ est sicut arbor que ad modum trunci terre id est bonis terrenis per auariciam adheret. Non em̃ se mouet voluntarie q̄a. s. tales non habent liberam voluntatem. sed potius radicatam z infixam terre. i. bonis temporalibus agitatam Ro. vij. Vanitati subiecta est creatura non volēs. Vir vero iustus est sicut animal. quia. s. iste debet libere z voluntarie p bona3 opationē se mouere ps. Voluntarie sacrificabo tibi. p obedientiā audire. per discretionem videre. p deuotionē gustare. p contemplationem odorare. per compassionē sentire. Et sic figurabit in illis animalibus Ezech. j. z. x. q̄ erāt plena oculis ante z retro. ecce discretio. Que non reuertebant cum ambularent. ecce boni pposita inuariabilis perfectio. Habebant pennas extentas desuper. ecce contemplatio z deuotio. Habebant pedes rectos. ecce cursus boni operis executio. Et ad quem locum ambulabat primus animal sequebantur alia. ecce vere obedientie subiecto. Et sic ergo patet q̄ ille qui est prim? debet habere pmptitudinē

Primo igit dico q est quedaz invocatio seu renouatio que est naturalis. Et ista est illa qua deus p vicissitudinem temporum oīa renouat oīi anno: sicut.s. patet de floribus herbis ⁊ fructibus: qui virtute diuina cum adminiculo celestium corpoz pluuiarū: nubium ⁊ ventoz annis singulis renouant ⁊ ad nouitatem pristinam reducunt. De quo litteraliter intelligit illud p̄s. Emitte spm̄ tuum ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciem terre. Spūs em̄ ventus est: cuius flatus ad terre renouationē coopat. Unde de sapientia eterna dicit Sapie.vij. Qz in se pmanēs innouat oīa. Deus em̄ idem manet. oīa aūt alia p eum immutant ⁊ innouātur. Ista est ergo renouatio naturalis. Scd̄o dico q est renouatio virtualis. Et ista est illa qua homo de vetustate peccati mediāte pnia p gram renouat. Quia.s. sicut aquila iuuenescit ⁊ renouat quādo ascendēs sursum versus solem calefit ⁊ tandē in fonte balneat: quia.s. tunc ⁊ pennis antiquis relictis ipsius iuuenilis nouitas repat. Sic in vi cijs antiquatus: feruore ptritōis calefact⁹: ⁊ fonte lachrymarū rigat⁹: ⁊ p confessionē pennis veteribus. i. preteritis criminibus denudatus: fit spūaliter renouatus p̄s. Iuuentus mea renouabit vt aq̄la Tre.v. Innova dies nros sic a p̄ncipio. Nōne sicut supponit Ouidius li.vij. fabula.ij. Medea incātatrix esonē tessalie regem patrem iasonis vi

ri sui in lebete decoctū renouauit: ⁊ ad iuuētutem pristinā
repauit: stellarū. s. ⁊ herbaꝝ influētia mediante. Quia reue
ra summa hominū incantatrix fides nostra: que. s. mentes
humanas sic spūaliter incantat ꝙ ipsas facit credere quod
nulla rō nobis dictat ps. Beneficiis incātātis sapiēter. Jsta
dico sapiens incātatrix homines in vicīs antiqtos: per de
coctionem contritionis ⁊ penitētie renouat: ⁊ mediante lu
mine ⁊ influentia gratie ipsum ad statum pristinū restituit
⁊ reformat. ps. Cor mundum crea in me deus: ⁊ spiritū re
ctum innoua in viscerib⁹ meis. Et breuiter dico ꝙ iusti re
nouant p priam vicia relinquēdo. Et etiā p gram de vir
te in virtutē pcedēdo: ⁊ semp in melius se mutādo ⁊ flore
do ps. Et refloruit caro mea. Unde nota ꝙ isti renouant

Conscientiam interiorem.	De renouāda cōscientia in
Apparētiam exteriorem.	terioꝛi fit mentio Epbe. iiij.
Amiciciam intimiorem.	vbi dicit Renouamini spū
Sapiētiam sinceriorem.	mentis vestre ⁊ induite no
Penitētiam asperiorē.	uum hominē. De renouan

da apparētia exteriori: dicit Col. iij. Expoliantes veterem
hominē ⁊ induite nouū hominē q renouat in agnitionem
dei. Jstud em̄ est speciale dei tēplum qđ certe semp est vir
tutibus repandū. s. Macha. iiij. Ascēdamus nunc mūda
re sancta ⁊ renouare Tho. iij. Domus q̄ est in ea incensa
reedificabit. De renouāda amicicia interiori: dicit. s. Ma
chab. xij. Qꝛ ionathas summus sacerdos misit romā reno
uare amiciaz cum romanis. Vera em̄ amicicia nunq̄ ve
terascit: imo cōtinue renouat: bonū tamē est ꝙ per gratas
epl̄as: ⁊ p visitationes ⁊ munuscula multotiēs renouetur
Unde ibidē dicit. Elegimus inquit eumenū ⁊ antipatrū
⁊ misimus ad romanos renouare cuz eis amicicia ⁊ socie
tatem pristinā. De renouāda sapiētia sinceriori seu limpi
diori dicit Eccl. l. Jesus filius syrach renouauit sapientiā
in corde suo. De renouāda pnia aspiori: dī i ps. Obmutui
⁊ humiliat⁹ sum: ⁊ silui a bonis: ⁊ dolor meus renouatus
est. Qui em̄ vult se p priam renouare: aut in se priam re
nouare: necesse est eum ab huius seculi ⁊ a mundi delicīs
abstinere. Penitētia em̄ est illud p qđ sicut supra dictū est
oīa renouant: ⁊ p qđ domus conscientie reedificat: ⁊ ad
statum pristinū renouat. vñ Amos. ix. In die illa visitabo
tabernaculum dauid quod cecidit: ⁊ reedificabo apturas:
muroꝝ eius: ⁊ ea que corruerāt instaurabo. Jsta est ergo
renouatio virtualis. Tercio dico ꝙ est renouatio mun
dialis seu fortunalis. Et ista est illa q̄ fatui peccatores quo
tidie multiplicant ⁊ innouāt in se mala: ⁊ qua mūdus q̄ti
die mutat ⁊ innouat malos mores. Membra em̄ supflua
quēadmodū in homie ptinue renouant: sicut sunt vngues
⁊ capilli: sic mali cogitatus ⁊ actus. Sed de hoc vide. ē. de
Monitate. Quarto dico ꝙ est renouatio criminalis. Et
ista est renouatio doloꝝ qui in pctōibus quotidie renouā
tur. Superbus em̄ etsi corpis pulcritudine vigeat: si bonoꝝ
⁊ dignitatis cōscēdit fastigia: semp tm̄ dolet aliqua supesse:
ad que nō pōt attingere. Avarus etsi multa possideat do
let tamē: qꝛ timet se illa nō semp aucturū: vel scit se ista ali
quādo relicturū. Juuētuti: ad veneris oblectamēta: suspi
cio: senectuti impotētia obstat: veteꝝ doloꝛe torquet. Jra
sepe fieri suadet: qđ post factū penitet fecisse. vel pena ē fa
cere nō potuisse. Gule: stomachi tarda digestio ē molesta.
Jnuidia prius ledit inuidētem q̄ inuisuz. Accidia: etsi plu
rimū corpis molliciē foueat: ⁊ animē pētnat salutem diuina
negligēdo. Humana tm̄ verecundia stimulata: dolet se deli
cīs nō debere frui ad satietatē. Jtaq̄ nullū est crimen qđ
nō aliquo doloꝛe q̄tidie renouet: ex quo criminosus nō of
fendat. Bene igit dico ꝙ est renouatio criminalis: ita vt
quocunq̄ vicio q̄s fuerit irretitus: dicere cogat illud ps.
Dolor meus renouatus est. Quinto dico ꝙ est renouatio eternalis seu supnalis. Et ista est renouatio beatoꝝ in
paradiso: quoꝝ. s. gloria nunq̄ cessat: imo ptinue renouat
sicut. s. lux solis renouat ⁊ renascit oīi die. vñ Job. xxix.
Sicut palma multiplicabo dies: gloria mea semp innoua
bit: ⁊ arcus meus in manu mea semp instaurabit. Se
pto vo dico ꝙ est renouatio infernalis. Renouatio dico et
cōtinuatio tormentoꝝ. Sicut. s. posuerūt poete de sisipho
a dijs in inferno dānato q. s. pena ipsius ppetuo renouat
Damnatus em̄ fuit saxum grauissimū ad altissimi montis
cacumen portandū. Ubi cū statim saxū portauit: inferius
cum saxo ruit: qđ iterū sursum reportat ⁊ extollit: ⁊ sic pe
na eius vbi cessare visa fuerat renascit ⁊ recrescit. Sic ē de
penis ⁊ miserijs damnatoꝝ: renouat em̄ quotidie ⁊ reue
nit. Unde de Antiocho rege dicit. s. Mach. vj. Qꝛ cecidit
in languorē: ⁊ erat illic dies multos: qꝛ in eo renouata est
tristicia magna. Sufficit de renouare.

Renunciare. Vide supra vbi Annunciare. Et vbi Narrare. Et vbi Referre ⁊c.

Repellere. Nota ꝙ repellere idem ē q retro seu iterū pellere. Et est idē qđ Fu
gare. Abijcere. Repudiare ⁊ Refutare. Et sic notabimus
ꝙ nos inuenimus Repellere

Summi creatoris.	Primum repellere facit iustica.
Justi viatoris.	Sed secundum facit prudentia.
Stulti peccatoris.	Sed terciuz facit stulta nequicia.

Primo igit dico ꝙ est vnū repellere qđ diuina facit iusti
cia. Jsta est em̄ que quosdā repellit ordinative. Quosdam
repellit castigative. Quosdā repellit executive. Prima re
pulsio fit p eternā dānationē. Et ista ē illa q̄ ab eterno duxit
impios reprobandos ⁊ a sua misericordia repellēdos. Ab eter
no em̄ vidit qui erāt mali futuri: ⁊ ideo repudiauit ⁊ repu
lit: ⁊ a sua p̄destinatione ⁊ gra reprobauit Malach. j. Ja
cob em̄ dilexit: ⁊ esau odio habuit. Et repulit tabernaculū
ſylo ⁊ tribum effrem non elegit sed tribū iuda montē ſyon
quē dilexit: sicut dī in ps. Alia dei repulsio fit p moder
nam correctionē. Et ista est illa quā dns facit ad tēpus in
quātū. s. bonos ⁊ p̄destinatos solet tēporaliter affligere: et
eos quantū apparet a suo amore repellere ⁊ ac si de eis nō
curaret ipsos sui amoris scrinio reijcere ⁊ fugare: ⁊ varijs
tribulationib⁹ subiugare. De quo. s. cōquerit dauid in ps.
dicens. Quare me repulisti: ⁊ quare tristis incedo duz af
fligit me inimicus. Et aduerte ꝙ talis repulsio superficialis
apparet in tormētoꝝ inflictione ps. Et qđ deus repulisti
in finem: ꝛespicis in oportunitatib⁹: in tribulatione. Jtem
in petitoꝝ negatione. Deus em̄ videtur petentē repellere
quādo nō statim cōcedit qđ petit ps. Et qđ repellis oīo
nē meam de medio sinu tuo in finē. Jtē in p̄mioꝝ dilatiōe
ps. Tu vo repulisti ⁊ dꝛexisti: distulisti xp̄m tuū. Sed q̄d
certe: talis tribulatio non est repulsio sed est attractio: nec
reprobatio sed finalis miseratio: sicut. s. ipse dauid dicit in
ps. Deus repulisti nos ⁊ destruxisti nos: iratus es ⁊ miser
tus es nobis. Quia ꝓcerto deus fideles suos a se finaliter
non repellit: sed ad se potius tribulādo attrahit ⁊ impellit
Ps. Non repellet dominus plebē suam: quia in manu ei⁹
sunt oīs fines terre. Et Treñ. iij. dī. Non repellet in sem
piternū dns. Quia si abiecerit: ⁊ miserebit. Jsta est igitur
dei repulsio que fit p modernaz correctionē. Est adhuc
alia vo dei repulsio q̄ fit p posternā seu p finalē damnatio
nē: qñ. s. ipe dns exequet repulsionē supi⁹ ꝓmo dictā: quā
s. ordiauerat ab eterno. Et ista ē illa quā metuebat dauid
qñ dicebat i ps. Exurge: q̄re obdormis dñe? exurge ⁊ ne re
pellas in finē. Et q̄tum ad istam repulsionē dicit alibi in
ps. de domus. Qm̄ nō repellet dominus plebem suam: ⁊ he
reditatē suā non derelinquet. De malis autē ⁊ de damna
tis dicit alibi. Sicut vulnerati dormientes in sepulcris quo
rum non es memor ampli⁹: ⁊ ipi de manu tua repulsi sunt
Patet igit ꝙ est repellere quod diuina facit iusticia. Se
cundo dico ꝙ est vnum repellere quod humana facit pru
dentia. Et istud certe est illud quo iusti repellunt ⁊ abijci
unt a se malum: sicut. s. bñ dicit Ezech. xliij. Nunc ergo re
pellant a se, pcul fornicationes suas: ⁊ ruinas regū suoꝝ:
⁊ habitabo cū eis in medio eoꝝ semp. Et Eccl. xxxviij. Ne
videris in tristicia cor tuū: sed repelle eā a te ⁊ memēto no
uissimoꝝ. Tercio vo dico ꝙ est vnū repellere qđ insan
facit stulticia. Et istud ē illud quo peccatores ⁊ fatui repel
lunt ⁊ abijciunt a se bona. Exemplo. s. frenetici q̄ repellit a
se medicos ⁊ etiaz medicinas. Unde nota ꝙ isti repellunt

Deum ipsum contemnēdo.	entiam nō curādo. Re
Amicum ipsum fugiendo.	pellūt igit deū detestādo
Seipsum sensum ⁊ sci	suā iusticiā. Et sic de eo

dixit stephan⁹ loquēs iudeis Act. vij. Cui inquit noluerūt
obedire patres vestri sed repulerūt eum. Repellunt etiam

primum abdicando suam fiduciam: sicut de valida dicit Judic. xvj. Or postq̃ totondisset sampsonē cepit abijcere eum t a se repellere. Repellunt insup cor suum non curan do veram scientiam. Unde talib⁹ dicit dominus Osee. iiij. Quia tu sciam repulisti: repellam te. Patet ergo q̃ in scriptura reperitur triplex repulsio. Unde supra de Expellere: t Abijcere t Ejicere tc̃.

Repente. Repētinus.

Nota q̃ repente idez est quod subito: cito celeriter t instanter. Et possumus notare q̃ aliqua sunt que repente operantur. scilicet

Dei benignitas peccatores cōuertendo.
Dei seueritas peccatores puniendo.
Justor̃ sedulitas maioribus obediēdo.
Malor̃ crudelitas innocētibus officiēdo.

Dicam ℈ q̃ est quoddaz repente diui ne benigni tatis. Et istud est illud quo deus quādoq̃ repente inspirat t cōuertit hoiem ad bonum. Sicut apparuit in Paulo q̃ repente fuit a domino inspiratus. Un̄ Ambro. Nesat em̄ tarda molimina spūssancti gratia. Et ido dicit Act. ij. Factus est repēte de celo sonus tanq̃ aduenientis spūs vehementis: t repleuit totam domū tc̃. Item dico q̃ est vnū repente diuine seueritatis. Et sic dico q̃ tria sunt que repē te a diuina seueritate fiunt. scz Mors. Casus t Judicium. De morte em̄ planū est q̃ repente subito t ex insperato cōtingat hiere. vj. Repente veniet vastator sup vos. Et. j. Thes. v. Cum dixerint pax tunc repētinus supueniet interitus. De casu etiam apparet: quia. s. quotidie videmus q̃ diuersi casus t infortunia repēte accidūt diuersis: sicut de Job habem⁹ Job. j. q̃ repēte vētus irruit a regione deserti qui domū concutiens filios eius oppssit. vñ Ezech. xxvj Attoniti super repētino casu tuo mirabunt̄. Et hiere. iiij. Repente vastata sunt tabernacula tua. Ista potissime videmus de hys qui florentes ,pperitate mundana repente quādoq̃ infortunijs obruunt̄ Esaie. xlvij. Repēte veniet sup te miseria quam nescis. De iudicio etiam certum est q̃ dominus repente veniet Marci. xiij. Ne cum venerint repente inueniat vos dormientes. Et Luce. xxj. Repēte supueniet in vos dies illa. Item dico q̃ est vnum repēte moralis sedulitatis: quia. s. boni obedientes repēte id est subito obediūt Judicū. xxj. Exite repente de vineis. Item dico q̃ est vnum repēte mundane crudelitatis: quia. s. mūdi pn̄cipes t tyranni sine deliberatione repēte solent alios molestare. De quo dicit Prouer. iij. Ne paueas repentino terrore impior̃. Sed procerto sicut ipi repente ledunt alios sic a deo repēte pimunt̄ t diuersis cladibus obruunt̄: sicut ad sensum patet. Unde Prouer. xxiij. Repente veniet iudicium eorum tc̃. Sufficit.

Reperire.

Nota q̃ in sacra scriptura inuenit repire Dei. Justi t Impij. Primo quidē repire dei. Quis em̄ ipm̄ multi videant in pseuti subterfugere: t ab eo se abscondere vel cessare: finaliter tamē ipsos repperit: t bonum vel malum sm̄ q̃ meruerūt eis reddet: sicut. s. facit bonus iudex qui facta inquisitione sm̄ q̃ tunc iustitiam reppit iura dicit. Unde de deo qualit̄ in fine repiat mala nostra. dicit Job. iij. Ecce qui seruiunt ei nō sunt stabiles: t in angelis suis reppit prauitatē. Etiaz de venialibus qualiter deus ipa reppit atq̃ punit. ps Job xxxiij. vbi Job de deo dicit sic. Quia inquit querelas i me reppit: arbitratus est inimicū suum. Istud est igit̄ reperire dei. Secūdo dico q̃ inuenit repire iusti. Canes em̄ nobiles: t maxime parui t qui habent aures pendentes magis valent ad repiendū predam q̃ rustici vel maiores. Ad notandū q̃ illi qui in morib⁹ t virtutib⁹ nobiles sunt: et q̃ p humilitatē sunt parui: t p obedientiam auribus inclinati: sunt ad replendum t obtinendum predam gratie t glorie magis apti vt sic dicat quilibet homo iust⁹ illud Job. xxxj Letatus sum sup diuitijs meis multis: t q̃ plurima man⁹ mea reppit. Diuitijs inq̃t. i. virtutibus. Justus em̄ multa repire dicit in q̃ntum illa que saluati sunt vtilia acquirit: reppit t sectat̄. Et sic dic q̃ iusti acq̃rūt t repiūt t itēdūt. s.

Summam diuinitatē vt diligat̄.
Gratie voluptatē vt hauriat̄.
Rerum vtilitatē vt acquirat̄.
Bonam societatē vt habeat̄.
Cordis iniquitatē vt expellat̄.
Scripture veritatē vt addiscat̄.
Sanus maturitatē vt teneat̄.
Celi felicitatem vt nāciscat̄.

Dicaz ergo q̃ iust⁹ repit summā diuinitatē. Jsta em̄ se voluntarie q̃rentibus offert. Et ido nō mirum si ab eis repiāt vt sic de quolibet iusto dicatur illud. xj. Forsitan vestigia dei comphendes: t vsq̃ ad pfectum omipotētem repies. Item repit gratie voluptatē seu etiam bonitatē. Un̄ Gen̄. xxvj. dicit de seruis ysaac. Or ipsi foderunt in torrente t reppererūt aquam viuam. Item repit rerū vtilitatē. vnde Judicū. xvij. dicit de illo leuita. Or ipse pegrinari voluit vbicunq̃ sibi cōmodū reppisset. Item repit bonam societatē. Unde de Nelya dicit. iij. Regū. xix. Or pfectus inde repit helyseum. Sequit̄. Consurgensq̃ abijt t secutus est helyam t ministrabat ei. Item repit corāis iniquitatē. s. vt ipam p penitētiam t confessionē expellat. Un̄. ij. Paralip̄. xxix. Sacerdotes quoq̃ ingressi sunt templum domini vt sanctificarēt illud t extulerūt oēm immūdiciā quā intus reppererāt. Sacerdotes em̄. i. sacri duces. i. quilibet iusti: templum domini. i. ppriam conscientiam ingrediunt̄ per considerationē: t immūdiciaz peccati quam ibi reperiunt extra p confessionē ,peul repellere moliunt̄. Sacerdotes etiam reales conscientias subditor̃ debēt inuestigare t peccata que reperiunt expellere t fugare. Item repit scriptura, veritatē. Unde. iij. Regū. xxij. Librū legis repperi in domo domini. Item repit sensus maturitatē. Un̄ Prouer. xvj. Corona dignitat̄ senectus q̃ que in vijs iusticie repit̄. Item repit cestem vbertatē: quia scilicet iustus post̄q̃ in mundo isto repit plura merit oria t virtuosa: in fine repert premia gloriosa. scilicet vbertatem glorie paradisi. j. Paralip̄. iij. Uberrima ibidē pascua repiūt. Ptz igit̄ q̃ inuenit̄ repire iusti. Tercio dico q̃ nos inuenim⁹ repire stulti. Et ℈ certe ē illud q̃ pctōres t impij res malas t inutiles reperire nitūt. Un̄ nō q̃ mali reppiūt

Diuitias temporales.
Delicias gutturales.
Luxurias corporales.
Discordias fraternales.
Molestias eternales.

Mali ergo temporales reperiunt diuitias: t ad hoc tēdit tota intētio auarorum. scz ad diuitias rapiēdas t acquirēdas. Ad hoc enim vacat tota suarum venatio rapinarum. Unde Prouerbio. j. Dicunt alterutrum. Abscondamus tendiculas contra insontem. Sequitur. Omnē preciosam substantiam repiemus: replebim⁹ domos nostras spoliis Et Gen̄. xlij. dicitur q̃ repererunt in ore saccorum ligatas pecunias. Item illi gutturales reperiunt delicias. Unde Prouerbior̃. xxiij. dicit in psona hominis ebrios. Quādo euigilabo t rursus vina repetiam. Item isti corporales reperiunt spurcicias seu luxurias. Un̄ de muliere luxuriosa et iuuene dicitur Prouerbior̃. vij. Or scilicz apprehēsum de osculat̄ iuuenem t procaci vultu blandit̄ dicēs. Idcirco egressa sum in occursum tuum desiderans te videre t reperi te. Item isti fraternales reperiunt discordias. Unde Judicum. v. Diuiso contra se ruben magnanimor̃ repta est contētio. Item isti eternales reperiunt molestias. scz in infernali pena. Unde Josue. x. dicitur q̃ Josue cūcta que in ebron repperit consumpsit gladio. Ebron interpretatur trāscendēs vel trāsgressio que fuit ciuitas paganor̃. Quia scilicet oīs illi qui in transgressione dei mandatorū reperiunt̄: eterne mortis gladio finaliter feriunt̄. Et sic igit̄ ptz quomodo est vnum repire quod fit a pctōre. Aliud a iusto viatore. Aliud a summo creatore. Sufficit. Unde supra vbi Jnuenire tc̃.

Replere. Plenus. Plenitudo.

Nota q̃ plenitudo seu repletio significant generaliter abundantiam t complementū sive in bono sive in malo. Plenitudo enim se habet positiue: sicut vacuitas priuatiue. Possum⁹ ergo notare q̃ est repletio seu plenitudo humana t diuina. Humana autem est multipler. scilicet

Interior que est virtualis.
Exterior que est temporalis.
Inferior que est criminalis.
Supior que est eternalis.
Subterior que est infernalis.

Justi em̄ replent̄ interius plenitudine meritor̃. Diuites replent̄ exteri⁹ plenitudine pecuniarū. Mali replent̄ inferius plenitudine viciorum. Beati replent̄ superius plenitudine gaudior̃. Damnati replent̄ subterius plenitudine tormentorum. De plenitudine virtuali: dī Ecci. xxxvj. Replesyon

mēnarrabilibus virtutibus tuis. De plenitudine tempora li. dicit in ps. Dextera eoz repleta est numeribus. Et alibi. Promptuaria eoz plena eructuātia ex hoc i illud. De plenitudine autē criminali dr Eccl. xxiij. Vir multū iurās replebitur iniquitate. De plenitudine vo eternali dicit in ps. Replebimur in bonis domus tue: sanctū est templum tuū mirabile in equitate. Et Esa. vj. Plena est oīs terra gloria tua. De plenitudine vo infernali: qua scz anima damnata repletur: dicit Treñ. j. Subuersum est coz meum in semetipsa quomā amaritudine plena sum. Et Ezech. xxj. Eras nuda z confusione plena. Primo igit dicamus de plenitudine virtuali que est meritorum. Viri eñ iusti sunt pleni gratijs z virtutibus. Scim eñ q vacuitas in scriptura reprobat Exo. xxiij. z Deutro. xvj. Non apparebis in conspectu dei tui vacuus. Et ideo isti studeant domis z gratijs se replere: vt digne coram domino valeant comparere Sicut eñ videmus q pisces z animalia tunc habent plenitudinem medullarū quādo luna superius plene lucet. s. in plenilunio. Sic iusti tunc medullis gratie z deuotionis pleni sunt: quādo luna pfecta in eternū z testis in celis. scilicet christus sup eos plene lucet id est quādo p suam gratiam ipsos illuminat atq replet: dicētes illud ps. Repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus z delectati sumus. Istud bene apparuit in apostolis in die pentec. qñ luna illa. s. dei filius plene eis reluxit z lumen sanctispirit⁹ eis misit: quia. s. tunc pleni z repleti fuerunt spūssancti donis z vniuersis gratijs atq donis Actuū. ij. Factus est repente de celo sonus aduenientis spūs vehemētis: z replevit totam domum vbi erant sedentes: z repleti sunt oīes spūsancto ꝛc. De ista ergo spiritali plenitudine qua replet vir iustus pōt dici illud ps. Replet in bonis desiderium tuum: renouabit vt aquile iuuentus tua. In quibus verbis ostendit q fm q homo triplicē vacuitatē naturalez habet in tribus potentijs anie: fm hoc triplici bono debet repleri Homo eñ habet tres potētias in anima. s. Concupiscibilem que tendit in bonum. Rationabilē que tendit in verū Irascibilem que tendit in arduū z in summū. Et ꝗtuz ad istas tres potentias dico q homo habet dum est in via triplicem vacuitatē: q. s. bō caret boni debita obtentione. Et ideo deus cōtra istā triplicē vacuitatē: triplici plenitudine gre replet iustos: sic oñdit in auctē pdicta. q: s. ipos replet

Debito feruore dilectionis.
Indito splēdore cognitionis.
Predicto bonore ꝓmotionis.

Iste eñ replet iustos bono dilectione ꝗtum ad effectum. Replet in bonis inquit desiderio tuum. Veri cognitione ꝗtum ad aspectū seu ad intellectum: vt aquila inquit. Summi promotione ꝗtum ad ꝓfectum: seu ꝗtum ad finale obiectū: quia. s. ipe facit renouari iuuentutem tuam. Iste ergo replet iustos

Sanctitatis amore.
Veritatis splendore.
Dignitatis bonore.

In ingressu eñ replet virtuali sanctitudine. Replet inquit in bonis desiderio tuo. In ꝓgressu replet cordiali limpitudine q̄ notat p aquilam. In egressu replet supnali beatitudine q̄ notat p renouationē iuuentutis. Dico igit q isti sunt pleni virtuali sanctitudine: qō ostendit cū dr. Replet in bonis desiderio tuo. Desiderio eñ est affectus anie. hoc est dictu. voluntas seu potentia cōcupiscibilis sunt recte in anīa sedes oim virtualiū bonoz: quia. s. nihil est bonū nisi ꝗtum est voluntariū. Unde cuz dicit. Replet in bonis desiderio tuo istud intelligit de bonis virtutū moraliū q̄bus viri iusti se cumulant atq replent Prouerb. xij. De fructu oris sui vnusquisq replebit bonis. Sicut eñ malagranata plena sunt granis rubentibus. sicut fecunde arbores replent in estate pomis z fructibus sicut etiam prata replentur herbis virētibus. Sic ꝓcludubio viri iusti ꝓ posse suo se replent bonis virtutib⁹. Replet inquit in bonis desiderio tuum Luce. j. Esurientes implenit bonis et diuites dimisit inanes. Luna eñ plena est lumine a pte superiori qñ obscura est a pte inferiori. s. in nouilunio. significans desiderium z voluntatē humanā q̄ ad modū lune fluit z refluit p varios cogitatus. Quia sicut dicit Job. xx. Multe cogitationes versant in corde viri: que ꝓcludubio tunc est plena lumine virtutis supius quo ad deuz quādo caret lumine bonorum temporalium inferius quo ad mūdum. Quia ꝓ certo. mens tunc in virtutibus plenius illuminat: quādo in affectione bonoz tēporaliū eclipsat. Et ideo sancti pleni lumine virtutū supius in aīa fuerūt: quia lumine ꝓsolationum tpaliū inferius in corde caruerūt. Replet inquit in bonis desiderio tuo Thob. xij. Bonis oībus p eum repleti sumus. Et bene dicunt pleni: quia. s. illud qō est plenum non pōt amplius aliquid recipe qō maioris ponderis solet esse: z si pcussum fuerit sonū nō ꝓsueuit emittere: z ette rius solet abundanter superfluere. Sicut ad sensum videmus de dolio vino pleno. Sic vere charissimi illi qui sunt pleni deo z dei gratia. meritisq z operibus virtuosis. nihil aliud in hoc mundo recipere z acquirere querūt. Patet in aplis z primis ecclesie discipulis: qui repleti spūsancto bona sua vendebant z distribuebāt: z nihil ꝑter deum in mūdo habere volebant. sicut dicit Act. iij. Isti etiam graues z ponderosi p humilitatem erant. p iusticiam z misericordiam alijs superfluebant: z quando mundi tribulationib⁹ pcutiebant. vllum sonum impatiētie non reddebāt: & qō magis est in tribulationibus exultabant. Sicut ipsis sic repletis dicit Act. v. Qz ibāt apli gaudētes a conspectu cōsilij. qm digni habiti sunt pro nomine Jesu ꝓtumelia pati. Prima est plenitudo religiosoz: qui. s. debent bona tpalia refutare: dicētes illud ps. Si esuriero non dicam tibi: meus est eñ orbis terre z plenitudo eius. Secūda est plenitudo cōpassiuorum qui. s. ad modum fontis pleni solent bona sua abundanter alijs erogare Ps. Flume dei repletū est aq̄s parasti cibum illoz. Tercia est plenitudo viroz stabilium z pfectorum qui sine murmuratione solent mundi tribulationa tolerare. De quo Job. vj. Numq̄d mugiet bos cum ante presepe plenum fuerit: q. d. non. Quilibet ergo talis sit sicut Stephanus: de quo dicit Act. vij. q ipse erat plenus sapiētia z fortitudine: z faciebat signa z ꝓdigia magna in populo. Replet ergo in bonis desiderio tuo Ps. Replebimur in bonis domus tue. Ad ostendēdum autem que sunt ista bona quibus repleut viri iusti. Possumus notare q deus est sicut paterfamilias qui fm q habet vasa diuersarū ꝓditionū: replet ea rebus diuersoz valoz. Sicut dolia vino: arcbas grano: bursas argēto: z sic de alijs. Sic vere de⁹ fm q videt fideles suos diuersimode dispositos varijs z diuersis virtutib⁹ replet ipos. Eñ nō q ipe replet

Penitētes cōtritione.
Prefidētes discretione.
Innocētes deuotione.
Contēplantes sapiētia.
Laborantes pmanētia.
Predicantes eloquētia.
Indigētes abundātia.
Miserātes affluentia.

Dico q deus contritōne replet penitētes. Et sic loquit Hieremie. xv. vbi dicit. Solus sedebā quoniā amaritudie replesti me Item discretione replet presidentes Esa. lviij. Replebit splē doribus animā tuam. Item deuotione replet innocētes Ps. Sicut adipe z pinguedine repleatur anima mea. Item sapientia replet contemplantes Esaie. xj. Repleta est terra sciētia domini. Et Ecci. xxxix. Spiritu intelligētie replebit illum. Item permanentia replet laborantes Mich. iij. Ego autē repletus sum fortitudine spiritus domini. Item eloquentia replet predicantes Act. ij. Repleti sunt oīes spiritusancto z ceperunt loqui. Item abundatia replet indigentes Luc. j. Esurientes implenit bonis. Et Joelis. ij. Dabo vobis frumentum: vinū z oleum z replebimini in eis. Item affluētia replet miserantes Luce. xj. Date z dabit vobis. vnde Prouerb. iij. Da paupibus inquit: z implebit⁹ horrea tua saturitate: z vino torcularia redundabunt. Et sic igitur patet quomō sancti a parte virtutis ꝓcupiscibilis pleni z repleti sunt virtuali sanctitudine. Replet inq̄t in bonis desiderio tuum. Et hoc est primū. Deinde dico q isti sunt pleni cordiali limpitudine: vt aq̄la inquit. Aquila eñ clarissimū habet visum: significans illos qui sunt pleni sapientia claritate: quia. s. deus replet viros iustos splendore sapientie z doctrine: vt scz sciant quid agere vel quid omittere teneant: vt aquila inquit Job. xxxix. Ad ꝓceptū tuum elevabit aquila ꝛc. Unde de homine sic repleto limpitudine cordiali potest dici illud Ezec. xxviij. Tu cherub extentus z protegens: plenus sapiētia z pfectus decore ꝛc. Vide eam supra de cherub. Cherub enim figuram aquile pretendere dicit: z plenitudo scientie interꝑtat. Un Exo.

xxviij. Loquere cultoris sapientibus corde quos repleui prudentia. Justi ergo replent cordiali limpitudine. De hiis dico q̄ iusti replent eternali beatitudine. Et hoc ostenditur cum dicitur. Renouabit iuuentus tua. Sicut enim ꝑm Maerobiū: quādo luna renouat mare in summo dicitur esse plenum. Sic quādo p cōiunctionem cum sole iustitie anima in gloria efficit noua: tunc vere in mari voluntatis redundat bonoꝝ omniū plenitudo ꝑ. Cōmouebit mare t plenitudo eius. Astrion enim lapis est vbi refulget stella ad similitudinē plene lune: significās beatos in quibus refulgebit splendor eterne glorie: deus ad similitudinē ipsius lune i. ipsius xpi. qui sicut luna plena in diebus suis lucet Eccl. Renouabit in q̄t iuuentus tua: vt anima possit dicere illud Ps. Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam. Et nota q̄ sancti qui sunt in patria replent

Laudis amenitate. — De laudis amenitate dicit in ps. Repleat os meū laude vt cātem gloriā tuam tc.
Status auctoritate. — De status auctoritate dicit in ps. Replebit maiestate eius omnis terra.
Vite eternitate. — De vite eternitate dicit in ps. Longitudine dierū replebo eū.
Mentis iocūditate. — Et Eccl. xxiij. In plenitudine sanctoꝝ detentio mea.
Bonoꝝ fertilitate. — De mentis iocūditate dicit in ps. Adimplebis me leticia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq̄ in finem Luce. xv. Petite et accipietis vt gaudium vestrū sit plenū.
De bonoꝝ fertilitate: dicit in ps. Campi tui replebunt vbertate: t valles abūdabunt frumēto. Sic ꝫ patet quō iusti replent. scz Glorie beatitudine. Sapie limpitudine. Gratie sanctitudine. Et sic patet q̄ est q̄dam plenitudo seu quedā repletio virtualis q̄ est interior. Et ꝫ est primū ꝓncipale. Scdo dico q̄ est quedā repletio temporalis q̄ est exterior. Et ista est plenitudo bonoꝝ temporaliū qua scz mūdi diuites sunt repleti. Sicut enim arbores siluestres sunt cōmuniter fructib⁹ fecundiores t pleniores: sic mundani sunt diuitijs abundantiores. t sicut pili vituli marini: mari existente in plenitudine feruoris sui solent borescere: dato q̄ sint in pelle mortua t detracta summe etiam in plena luna dicunt gaudere: sic vere mundi diuites quādo vident mare t lunā plenam esse. i. mūdi ꝓsperitatē q̄ ad modū maris t lune semper est in augmento vel detrimēto: solent p superbiam bonescere t p inanē gloriā exaltare. De tali ꝫ plenitudine dicit Job. iij. Qui reges: consules t principes terre: edificāt sibi solitudines t possident aurum: t replent domos suas argento ps. Impleta est terra possessione. Ista est ergo plenitudo tēporalis que est exterior. Tercio principaliter dico q̄ est quedā plenitudo criminalis q̄ est inferior seu exterior. Et ista est illa repletio qua mali replent vicijs t peccatis. Repletio enim malorū humorū generat mortē tēporalem Et repletio vitioꝝ generat mortē eternalē. Pleni enim dicūtur peccatores. s. peccatis: q. homo natus de muliere breui viuens tēpore replet multis miserijs Job. xiij. Nam sicut res plena, put certe dictū est nihil amplius pōt recipe: sicut patet de fiala. q̄ quis ore apto in aqua immergat. nihil tn de aqua in eam subintrabit. Quia enim vas plenū est aere: q̄ exinde fugere nequeat nec exire: necesse est q̄ nō possit inibi subintrare: non obstante q̄ os vasis sit aptum: q. s. duo corpa nō possunt esse simul. Sic vere cum isti sint pleni vicijs t peccatis: constat q̄ de bonis gratie t glorie nihil possunt aut volunt recipe: t hoc ꝓ tanto: quia cū gratia t culpa: gloria t pena: virtus t vicium: dolor t gaudiū: simℓ ne queāt habitare: necesse est peccatoꝝ vicia emittere: si intra se velint gratiam t virtutes recipere. Et ideo cuilibet peccatori sic pleno potest dici illud Actuū. xiij. O plene oi dolo t omni fallacia: fili diaboli: inimice omnis iusticie vsq̄quo non desinis peruertere vias domini rectas? Et sic possumus notare q̄ peccatores hodie sunt repleti

Stulticia t fatuitate. — Pleni t repleti sunt dico fatuitate t stulticia Prouerb. xij. Ejs suis replebit stultus.
Auaricia t cupiditate. — Item cupiditate t auaricia. vñ Matth. xxiij. Intus aūt pleni est rapina. t Job. iij. Replēt domos suas auro.
Castrimargia t gulositate. — Item gulositate t castrimargia Esaie. xxviij. Omnes mense replete sunt vomitu.
Violentia t crudelitate. — Item crudelitate t violentia Hiere. xix. Reges mundi repleuerūt locū istum sanguine innocentum.
Immūdicia t carnalitate. — Item carnalitate t immūdicia Ezech. ix. Repleta est terra sanguinib⁹.
Ignorantia t obscuritate. — Item obscuritate t ignorantia Baruc. iij. Deus pfecit terrā in sempiterno tpe: t implenit eam pecudibus: t quadrupedibus.
Ignominia t vilitate. — Item vilitate t ignominia. Ezech. xvj. Erat nuda t confusione plena.
Sapbia t pomositate. — Et Abacuc. ij. Repletus est ignominia ꝓ gloria. Item pomositate atq̄ superbia. Ecc. ij. Mach. ix. Superbia replet ignem spirans animo. Item fallacitate t malicia. Unde illud ꝓdictum Actuū. xiij. O plene omni dolo t fallacia tc. Sic ergo patet quomodo est multiplex repletio seu plenitudo. scilicet criminalis t exterior. Mundialis t inferior. Virtualis t superior. De eternali vō visum est supra in. §. Denicq̄ dico. De infernali id est de repletione que suo pondere mergit in infernuꝫ: poteris dicere omnia que in hoc ipso. §. sunt dicta. Sufficit.

Reponere. Nota q̄ reponere idem est q̄ retro seu in abscondito ponere seu deponere: seu idem quod in loco tuto ponere: vt. s. reseruetur. Dicam ergo q̄ est dare vnū Reponere quod est

Prudentie. — Est dico vnū reponere q̄ faciunt prudētes: t istud est illud quo reseruamus t reponimus ꝓ futuris casibus bona certa.
Miserie. — Et sic reponunt thesauri t etiaꝫ blada et vina t alia necessaria ꝓ se: suis: t pauperibus loco t tpe refouēdis. vnde Leuitici
Clementie. — xix. Comederis in loco mūdissimo: tibi enim t liberis tuis reposita sunt. Sicut etiam fit in thesauris regum t ecclesiarū. vnde Josue. vj. Quicquid auri t argenti. t vasoꝝ: eris: t ferri: dño cōsecret reposītū in thesauris eius.
Stulticie. — Item dico q̄ est vnū reponere q̄ incurrūt cadentes. i. morientes: q. s. post casum mortis reponunt in loculo vel in sepulcro. sicut de Jacob dī Gen. l. Qr cōditus aromatibus repositus est in loculo.
Fiducie. — Item dico q̄ est vnū reponē q̄ faciunt demētes: q̄. s. diuitias suas in sinu pauperū reponūt vt ea inueniāt post bancvitā. Illa enim q̄ hic pauperibus in ecclesijs dant sicut in quodā thesauro ꝓ alteri⁹ vite necessitatibus reponunt. Sicut de salomone legit. iij. Regū. vij. Qr aurum t argentū t vasa reposuit in thesauris domus domini.
Dementie. — Item est reponere q̄ faciunt deuētes. s. auari qui scz non cessant cōgregare t reponere diuitias t thesauros: nihil in bonos vsus expēdentes. Sicut de illo qui acceptum mna abscondit: t ipsum dando pauperibus nō multiplicauit: dicitur Luce. xix. Ecce mna tua quam habui repositam in sudario.
Justicie. — Item est vnum reponere quod faciunt fidentes seu in vita eterna sperantes. Virtutes enim t merita iustorum sunt sicut quidaꝫ thesauri repositi in celis: quos scilicet inuenient in gloria beatorum: sicut Job. xix. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Et Colloceñ. j. Propter spem inquit que reposita ē vobis in celis: quā ante audistis in verbo veritatis euangelij. Item est vnum reponere quod faciunt delinquentes. Et istud nihil aliud est q̄ pena eterna: quam scilicet isti peccando sibi reseruāt et sibi in inferno reponunt: vbi scilicet anime eorum finaliter reponuntur. Unde de talibus potest dici illud. ij. Pet. iij. Repositi sunt igni reseruati in die iudicij t perditionis impioꝝ hominum. Item est vnum reponere quod acquirunt seu faciunt triumphantes. scilicet superius in paradiso. Unde apostolus. ij. Thimo. iiij. In reliquo autem reposita est mihi corona iusticie: quam reddet mihi in illo die iustus iudex. Hec ergo de reponere sufficiant. Vide infra de Reseruare. De componere vō quia supra in litera. C. quod. s. idem est quod simul ponere. Aggregare. Conficere. vel Patrare. Quod etiam quādoq̄ sumit pro Ordinare. Facere. vel Oruare. Notare possum⁹ q̄ in scriptura ceteris omissis inuenitur. scilicet Componere

Moralis ornatus. — Ygit habemus cōpositā cōuersationē. vt. s. habit⁹ t gestus nri sint
Verbalis affatus. — ornati t ꝓpositi: sicut. s. de Judith
Realis conatus. — de ornatu suo dicitur Judith. x. Qr omnis illa compositio ei non ex libidine: sed ex virtute pendebat: quasi diceret licitum est cuicunq̄. scilicet in statum suum ponere habitū

ꝛ ornatū: dū ꝫ ornatus ille non ex libidine sed ex virtute ꝓ cedat. Cuius tamē contrariū faciunt multi: se libidinose et superflue componētes ꝑ. Filie eoꝝ cōposite circūornate ⁊c. Et Esaie. iij. Pro eo ꝙ elevate sunt filie syon. ꝛ ambulaverunt collo extento: ꝛ pedibus suis cōposito gradu incedebant: decalcabit dñs vertice filiarū syon ⁊c. Non sic ergo ꝫ habeam⁹ cōpositam ꝓversationē Ecci. xlix. Memoria Josie in cōpositione odoris. Item habem⁹ compositā ꝓlocutionem. Valde eñ decet ꝙ verba nostra sint ornata: cōposita ꝛ honesta: ad qđ facit ꝙ lingua nostra certis clausuris ꝛ limitib⁹ est inclusa: ita ꝙ extra limites ad illius clausuram ordinatos se vt cōiter non extendit. Sic vere debet esse lingua locutionis nostre: certos eñ ꝛ ordinatos habere debet limites atq; fines. Quia sicut dicit Prouerb. xvj. Favus mellis verba composita. Jstud certe summe decet oratorē ꝛ aduocatū: seu etiam predicatorē atq; prelatum. Quia breuiter oīnis qui plurib⁹ habet loqui: summe indiget pulcra serie verboꝝ. Verba eñ qñq; magis mouēt q̄ opera. Jdeo Hester volens suadere Assuero regi ꝛ populum suū de mortis manib⁹ liberare: ꝛ recurrebat ad dominū ꝛ dicebat Hester. xiij. Tribue inq̄t sermonē cōpositus in ore meo in cōspectu leonis huius: ꝛ trāsfer cor ei⁹ in odium hostis nostri. Aduerte tamē ꝙ multi vtunt verbis cōpositis ꝛ ornatis ad malum finem: non ad bonuꝫ. videlicꝫ

Ad fatua narrandum.
Ad impia tractandum.
Ad simplices fallendum.
Ad debiles ledēdū seu terrēdū.

Primi sunt vani ioculatores. De q̄bus dī Prouer. xvij. Non decet stultum verba cōposita: nec principē labiū mentiēs. Cuius tñ ꝓtrariū faciūt principes nostri: qui. ſ. in taliū labijs mētientib⁹ delectant. Compositio eñ talium inaniū verboꝝ similis est compositioni opij vel veneni: qđ. ſ. facit comedētes dormire. Contra qđ dicitur Exodi. xxx. Talē compositionē nō facietis. Secundi sunt falsi machinatores qui. ſ. cum suis falsis ỽbis cōpositis ꝛ ornatis: falsa ꝛ ꝑditoria cōsilia machinant. Sicut de duobus senib⁹ dicit Dañ. xiij. Ecce moriot cū nihil boꝝ fecerim que ipi malicioſe cōposuerūt aduersum me. Et Dañ. ij. Una est inq̄t sententia de vobis: ꝙ interpretatione quoq; fallacē ꝛ deceptione plenam cōposueritis: vel loq̄mini mihi donec ꝓtranseat tps. Tercij sunt cauti oratores seu fabulatores: illi. ſ. qui ornatis: fictis ꝛ cōpositis ỽbis: q̄stus gratia orant: ꝑdicant ꝛ supplicāt ꝛ se quasi obdormire faciunt audiētib⁹: sicut scz sunt caymandi quoꝝ quidā se fingunt membris truncatos aut deficcatos: alij patria expulsos ꝛ hostibus captos: alij morbo caduco cadētes: alij reliquias sanctoꝝ portantes ⁊c. Oīnes eñ isti verbis compositis ad decipiēdū vtunt: ꝛ tñ viri prudētes: de talib⁹ fictionibus ꝛ cōpositionib⁹ admirati ꝛ auisati ỽbis suis fallacibus faciliter nō fraudant. Jurta illud Job. xlj. Nō parcā ei ꝛ verbis potētib⁹ ꝛ ad ꝑcandū cōpositis. Quarti sunt viri cōminatores: qui ex certa scia ỽba terribilia cōponūt ꝛ dicūt: ꝛ ỽbis etiā dura ꝛ crudelia facta adiciūt: ꝛ sic ad faciēdū voluntatē suaꝫ alios attrahūt ꝛ inducūt. vñ Gen. xxij. dicit. Ot ꝓ ysaac immolādo abrahā edificauit altare: ꝛ desup ligna cōposuit. Non sic ꝫ sed bono ꝛ honesto modo habeam⁹ cōpositā ꝓlocutionē. Tercio ỽo dico ꝙ habere debem⁹ cōpositā oratiōnē. Opera eñ nostra debent esse cōposita ꝛ honesta: ꝛ finib⁹ ꝛ limitib⁹ debitis ornata. Boni eñ artifices in oīnib⁹ que faciūt ꝛ cōponunt solent seruare regulam ꝛ mēsurā: sicut patet de latbomijs ꝛ alijs manualibus artificibus quibuscunq;. Oīnia enim opera taliū sunt cōposita. ſ. pondere. numero ꝛ mēsura ordinata ꝛ facta. Sic certe dicā in moribus: qꝛ. ſ. oēs actus nri debēt esse cōpositi: ꝛ debitis modis ꝛ regulis ordinati. Ut sic dicat de q̄libet tali illud. ij. Macb. viij. Diligenter oīa cōposuerūt. Et bñ dicit oīa: quia. ſ. oīnia debita ꝛ honesta sunt a iustis fidelibus componēda. Et hec certe principaliter. scz

Lux ꝛ scientia veritatis clare.
Pax ꝛ concordia vnitatis care.
Ros ꝛ clementia pietatis mire.
Flos ꝛ fragrātia sanctitatis pure.

De luce veritatis et scientie qualiter. ſ. debeat componi ꝛ ordinari. patet Exo. xxx. vbi dicitur. Ot aaron mane qñ cōponet lucernas adolebit incensum. De pace ꝛ concordia vere vnitatis ꝛ charitatis q̄. ſ. sit componēda ꝛ ordinānda. patet. j. Macb. ix. vbi dī. Ot ionathas misit ad bachidem componere cum eo pacē ꝛ reddere ei captiuitatē. Et. j. Macb. xj. dicit sic. Veni cōponamus inter nos pacem ꝛ dabo tibi filiā meam. De rore aūt clementie ꝛ pietatis qualiter sit componēda ꝛ ꝓficiēda. patet Exo. xxxvij. vbi dicit ꝙ moyses cōposuit oleū ad sctificatōnis vnguentū: ꝛ thymiama de aromatib⁹. Oleū eñ ꝛ vnguētū dulcedinē pietatis designāt. De flore ỽo bone fame ꝛ fragrantie sanctitatis pōt dici illud Exodi. xxx. Facies thimiama compositū ope vnguentarij mixtum diligenter ꝛ purum ꝛ sanctificatione dignissimuꝫ. Thimiama eñ que erat confectio summe redolens: bone fame fragrātiam signat: quā. ſ. summe decet sanctos habere. vñ ibidē dicit. Facies oleū vnctionis sanctū vnguentū cōpositum opa vnguētarij. Sic ꝫ patet quō iusti debent bñe. Componere ꝛ reponere sufficiant.

Reportare. vbi Referre: ꝛ vbi Narrare.

Reprehendere. vbi Arguere et Redarguere.

Reprobare. Nota ꝙ reprobare sumit ꝓ reprobare: ꝓ refutare: ꝓ repellere: ꝓ respuere: ꝓ damnare: vel etiā ꝓ abijcere: vel ꝓ non curare. Et sic dicā ꝙ in sacra pagina repit reprobatio multiplex ꝑm ꝙ multi sunt qui diuersimode reprobantur. vicz

Christus quem reprobat iudea regio.
Justus quem reprobat maloꝝ legio.
Stultus quē reprobat diuina sanctio.
Fract⁹. ſ. pauꝑ quē reprobat diuitū optio.

Primo igit dico ꝙ ips fuit reprobatus ꝓ iudaicā ꝓtionem ꝛ tñ sepe ꝓtingit ꝙ lapis q̄ ab edificātibus reprobat: ꝛ tanq̄ inutilis refutat: ꝛ locus ꝓ ipso ponēdo in edificio nō inuenit: finaliter vbi nō sperat: inuēto sibi loco idoneo nō reprobet ꝛ vtilis iudicat: ꝛ ab oīnibus qui reprobatus fuerat acceptat. Sic ips a iudeoꝝ pplo reprobatus fuit: tandem ab ipsoꝝ plurib⁹ approbat⁹ ꝑ. Lapidē quē reprobauerūt edificantes hic factus est in caput anguli. Tūc. n. ipm iudei reprobauerūt qñ dixerūt. Tolle tolle crucifige eū Tunc ỽo ipm receperūt ꝛ approbauerūt qñ reuertētes et pcutientes pectora sua dixerūt. Vere filius dei erat iste. Et certe simile sepe videm⁹ in mūdo ꝙ. ſ. illi qui vilipendunt ꝛ reprobant: tandē magis se reprobantiū efficiunt. Vñ de ips dicit. j. Pet. ij. Ad quē accedētes lapidem viuū: ab hominibus quidē reprobatū: a deo aūt electū ꝛ honorificatū. Judei eñ ꝛ alij infideles nō solū reprobāt ips. imo etiaꝫ exprobrant sibi ꝛ fidelib⁹ suis. Sibi dico ipm blasphemādo sicut dicit. j. Reg. xvij. de golia ꝙ. ſ. ipse exprobrauit acies dei viuentis. Fidelibus ỽo ipos arguēdo ꝛ vilipendendo: sicut. ſ. dauid de seipo dixit in ꝑ. Posuisti nos opprobrium vicinis nris subsannationē ꝛ derisum ⁊c. Sequit. Cōfusio faciei mee cooperuit me. a facie exprobrātis ꝛ obloquētis ⁊c. Sed q̄d certe. Dñs ꝓsalt sic tales reprobatos dicens. ſ. Luc. vj. Cū vos oderint homines: ꝛ exprobrauerint: et eiecerint nomē vm tanq̄ malū ꝓpter filiū hominis: gaudete ꝛ exultate in illa die: ecce eñ merces vestra multa ē in celis. Ips ꝫ fuit reprobat⁹ ꝓ iudaicā cōtionē. Scdo dico ꝙ iustus est reprobat⁹ ꝓ pestificaꝫ legionē. hoc est dictu ꝓ impios ꝛ pversos: qꝛ. ſ. isti sunt q̄ bonos reprobāt ꝛ ꝓtemnūt: qꝛ. ſ. sicut dī Ecci. xxxiij. Cōtra bonū malū est: ꝛ cōtra vitā mors: sic ꝛ ꝑ virū iustū pctōr. Mali eñ reprobāt ꝛ bonos ꝛ bona: qꝛ. ſ. nō placēt talib⁹ nisi mala. Jur illud Esa. xxx. Reprobastis ỽbū ꝛ speraſtis i calūnia. Et Ezech. xx. Leuaui inq̄t dñs manū meā vt disperdere illos: ꝛ ventilare eos eo ꝙ iudicia mea nō fecissent ꝛ ꝑcepta mea reprobassent: ꝛ sabbata mea violassent. Cui⁹ tñ cōtrariū faciūt viri iusti: qꝛ. ſ. ipi approbāt bonos ꝛ bona: reprobāt ỽo malos ꝛ mala: vt sic sint de illis de q̄bus dicit Esaie. vij. Qui. ſ. butirū ꝛ mel comedūt: vt sciant reprobare malū ꝛ eligere bonū. Butirū dico suaue ꝛ pingue hoc est charitas. Mel ỽo sapidū ꝛ dulce: hoc est sapie: dulcis hereditas. q̄. ſ. dicit Ecclesiasti. xxiij. Spūs me⁹ sup mel dulcis: ꝛ hereditas mea sup mel ꝛ fauū. Patet ꝫ ꝙ iustus reprobat ꝓ pestificā legionē. Tercio dico ꝙ stult⁹ seu pctōr reprobat ꝓ dñica sanctionē. Deus eñ ab eterno scivit ꝛ nouit q̄ ꝑm merita vel demerita sui erāt futuri: ꝛ q̄ bona opa vel ex ꝓpio suo

arbitrio essent facturi: & etiam de vitam eternā meriturī vel demeriturī. Hos igit̄ p̄destinauit & alios reprobauit. Iste em̄ ab eterno oīa p̄sentialiter vidit: nullū babēs p̄teritū aut futurū. Et ideo de futura maloꝝ damnatione tanq̄ & sibi p̄nā: & tanq̄ causas ipsius damnationis p̄sentialiter videns potuit iudicare & eos reprobare. Isti em̄ vident̄ sibi leprosis & bannitis seu religatis: qui.s. sicut indigna a societate sanoꝝ & bonoꝝ reprobant̄ & sententialiter expellunt̄. Ita q̄ & ania sic reprobata videt̄ figurari in muliere cui vir suus libellum repudij dabat: & eam a se & a suo cōsugio expellebat Deutro.xxiiij. Quia scilicet deus ab eterno talē libellū scripsit. dicens illud Hiere.vj. Argentū reprobum vocate eos: quia dominꝰ proiecit illos. Et breuiter dico q̄ peccatores dicunt̄ reprobi multiplici ratione. videlicet Propter

Stulticiā qua sunt bebetati.
Luxuriā qua sunt inflamati.
Pigriciā qua sunt eueruati.
Facundiā qua sunt effrenati.
Cecitatē qua sunt obscurati.
Ubertatē qua sunt tenotati.
Uoluptatē qua sunt delicati.
Uanitatē qua sunt eleuati.

Tales ergo reprobi p̄nt dici ꝓpter stulticiaz qua sunt fatuati: quia.s. sicut dicit̄ Proz.j. Quia nō ꝓ bauerūt habere deum in noticia: tradidit eos i reprobum sensum vt faciant q̄d eis nō expendit.

Item isti reprobi dicunt̄ ꝓpter luxuriā qua sunt inflamati vñ Ecci.ix. Propter spēm mulieris multi perierunt. Et ex hoc cōcupiscētia quasi ignis exardescat. Sequit̄. Speciem mulieris aliene multi admirati reprobi facti sunt. Item isti reprobi dicunt̄ ꝓpter pigriciam qua sunt eneruati: quia scz isti nō vacāt ad aliq̄d bonū opus. vnde ad Tyt̄.j. Confitentur inquit se nosse deum: factis aūt negāt: cū sint abbominati & increbibiles: & ad oīe opus bonū reprobi. Item reprobi dici possunt ꝓpter facundiā qua sunt effrenati seu inordinati: quia.s. isti nō loquunt̄ moderate: vel ordinate. vñ Ecci.xx. Et ore fatui reprobāt parabola: eo q̄ nō dicit eam in tpe suo. Item reprobi possunt extimari & dici ꝓpter cecitatē qua sunt deuiati.s. a fidei vitate. vñ.ij. Thimo.iij. Resistunt in q̄t veritati circa fidem: sed vltra non ꝓficient Insipientia em̄ eoꝝ manifesta erit oīnibus. Item isti reprobi dici possunt ꝓpter vbertatē qua sunt vacuati: quia.s. isti opulentia bonoꝝ moralium carent: & maloꝝ copia darēt: spinas em̄ & tribulos ꝓducūt: bonos vo fructus non ꝓferunt. vñ Heb.vj. dicit̄. Oz terra ꝓferēs spinas & tribulos reproba est & maledicta. Item reprobi dici possunt ꝓpter voluptatē qua sunt delicati. Et ideo apl̄us dicit.j. Coz.ix. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo: ne forte cū aliis p̄dicauerim ipse reprobus efficiar. Item reprobi dici p̄nt ꝓpter vanitatē qua sunt eleuati. Vanitatē dico p̄sumptionis & vane spei: sicut esau dicit̄ Heb.xij. Oz cupiens hereditare bñdictionē reprobatꝰ est. Et causa reddit̄ ibi. Quia scz antea vendiderat p̄mogenita sua: & ideo benedictionē que sibi nō debebat̄ p̄sumptuose & vane indebite petebat Patet igit̄ qualiter reprobāt stultus p dominicā sanctionem. vnde Ps̄. Dominus reprobat cogitatiōes .i. vanas p̄sumptiones populoꝝ: & reprobat consilia p̄ncipū. Uñ etiam de reprobatione seu repudiatione anie peccatricis: dicit̄ Leuit.xxj. & Ezechie.xliij. Oz sacerdos viduam & repudiatā non ducet vxorem. Nō mirū ergo si deus tales reprobat & repudiatas non acceptat: & si ꝓpter ipsarū demerita ipsa reprobat atq; damnat. Aduerte tamē q̄ talis reprobatio nec̄itatē peccandi nō inducit: q.s. liberū arbitriū bōi dedit: quo videlicet petōr libere peccās mortē eternam incurrit. Unde ipse deus illos q̄i de necessitate peccare se dicūt redarguit Esaie.l. vbi ait. Quis est iste liber repudij matris vestre quo dimisi eam? aut q̄s est iste creditor cui vendidi vos. Ecce em̄ iniquitatibꝰ vestris vēditi estis: & in sceleribus vestris dimisi matrē vīaz: q̄si diceret talis repudiatio aut reprobatio ꝓpter petā vestra deo ab eterna p̄sentia fit: libertatē tñ arbitrij nunq̄ tollit: q.s. tēpus nostrum quo peccam? cum ipsa dei eternitate ꝛcurrit. tēporisq; successio q̄ nos mensurat: eternitatis dei p̄nti nō immutat.

Et si vis adbuc aliquātulū dilatare. Dic q̄ deus nō solū malos reprobat: imo etiā malos: & malis: & mala: redarguit & reprobat. Quia specialiter iste duoꝝ generiꝝ hominū peccatoꝝ insultat & reprobat in scriptura. videlicet nolentibus penitere & fidei nolētibus adherere. De nolētibꝰ em̄ penitere: dicit̄ Math.xj. q̄ Jesus cepit exprobrare ciuitatibus in q̄bus facte fuerant plurime eius virtutes: q̄a non egissent penitentiā. De incredulis vo & fidei adherere refutatibus: dicit̄ Marc.xvj. q̄ xp̄s recūbentib⁹ discipulis apparuit: & exprobrauit incredulitatē illoꝝ & duriciam cordis: q̄ bis q̄ viderant illū resurrexisse non crediderant Patz igit̄ q̄ reprobāt stultus p dominicā sanctionē & hoc est tercio. Quarto vo dico q̄ reprobāt fractus: hoc ē dicetu: paup & egestate ꝓpitalis: fractus p tyrannicā p̄ssionē Constat em̄ q̄ paupes & simplices a malis nō ꝓbant̄: & ab ipsis nō releuant̄ & aggrauant̄. j. Reg.xv. Quicq̄d aūt vile fuit & reprobū demoliti sunt. Et sic dicat q̄libet talit̄ a talibus reprobatus illud ps̄. Dum confringunt̄ ossa mea exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Et tamē isti deberent aduertere ad illud quod dicitur Proverbioꝝ .xiij. q̄ scilicet ille qui calumniat̄ egentem exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miseretur pauperis. Patet ergo q̄ reprobāt seu exprobratur fractus per tyrannicam p̄ssionem. Sufficit &c.

Reptile. Reptilia. Cum reptilia sint aialia circa terram repentia: q̄ a reptādo dicta sunt reptilia. Notandū q̄ per

reptilia p̄nt intelligi
Occulti tentatores.
Uarī peccatores.
Affectus vagatores.

Repunt. n. demones circa nos p tentationes inuenēdo: quia sicut dicit̄ in ps̄. Hoc mare magnū & spaciosum manibꝰ. illic reptilia quoꝝ nō est numerꝰ. Ad Ambro. in sermone de p̄fessionibus de demonibꝰ exponit. Repunt uarī circa terrā soluz terrestria diligendo. Michee.vij. Sicut reptilia terre p̄turbabunt̄. Repunt etiam carnis affectus in nobis nos p delectationes inficiendo & per cogitationes molestando. Unde Ezech.viij. Omnis similitudo reptilium depicta erat in pariete. Si vis dic vltra q̄ per reptilia intelligunt̄ peccatores: qui affectione & occupatione nō cessant repere circa terrā. Et sic nota q̄ nos inuenimus Reptilia que

Fedant tangentem.
Spernunt regentē.
Gubernant gentē.
Ferunt cogentem.

iuxta est. qz. s. p istā iste fact⁹ est iuxta nos in isto seculō. socius ⁊ vicin⁹ ps̄. Juxta est ꝺns bis q̄ tribulato sunt corꝺe. ⁊ humiles spū saluabit. ꝺe q̄ Esa. xl. Reuelabit glia ꝺñi. et videbit ois caro pariē salutare ꝺei. Sicut em̄ sol aliq̄n̄ ꝺiu latet in nubilo. q̄ tanꝺē ꝺare boibus reueleē. Sic ꝺe⁹ q̄ ab origine mūꝺi latuerat a visib⁹ boim. fuit in incarnatiōe publice reuelat⁹ Lu. ij. Uiꝺerūt oculi mei salutare tuū. quoꝺ parasti añ faciē oim pplorum. Lumē ad re. gen. ⁊ glo. ple. tue isrl̄. Jsta est ꝑ reuelatio amoris inestimabil̄. Juxta est inq̄t. Amor em̄ inestimabilis iudicat q̄ rex iuꝺ̄ paupem velit sꝺere. ⁊ multo fortius q̄ ꝺe⁹ voluerat p incarnationē iuxta boies bō corporeus appere Judic. ix. Constituerūt regem abymelech. iuxta quercū q̄ est in sychē. Deinꝺe ꝺico q̄ ē q̄ꝺā ꝺei reuelatio valoris incōpabilis. Et ista est illa q̄ ꝺe⁹ se reuelat aiab⁹ q̄ sunt in paraꝺiso. se eis p visionē btificaz intimāꝺo ⁊ salutē ꝓpetuā influendo. Et b̄ ostenꝺit cū ꝺi. Salus mea Esa. xlv. Jsrael saluat⁹ est in ꝺño salute eterna. Uñ ꝺe tali reuelatiōe ꝺi. ij. Cor. iij. Nos añ reuelata facie gliam ꝺñi speculātes. trāsformamur a claritatē. Jsta est ꝑ reuelatio valoris incōpabilis. Deniq; ꝺico q̄ est q̄ꝺā ꝺei reuelatio rigoris intpabilis. Justicia inq̄t mea. ⁊ ista ē illa q̄ ꝺe⁹ reuelabit i iudicio absc̄ꝺita ⁊ occulta boim fallaciū ⁊ maloꝝ. q̄ recte sunt sicut tortuca que infra testā suam taliter se occultat q̄ nihil ꝺe ipa vr̄ penit⁹ ꝓter testā. qñ tñ in aq̄ calida ponit̄ tūc oñdit ⁊ man⁹ ⁊ pedes. ⁊ sic q̄cq̄ꝺ sub testa latuerat reuelab̄. Sic ve multi sūt ita muoluti in vita ista in testa cuiusꝺā exteriozis ficte conuersationis q̄ malefacta ipoꝝ non pñt nec inspici. nec cognosci. Sz ꝓcerto in ꝺie iuꝺicij qñ in aq̄ calida eē miserie bullient̄. tūc oia q̄ in ipis latuerāt reuelabunt̄ ⁊ caput sue male intentiōis. pedesq; sue male affectiōis oib⁹ intuētib⁹ mōstrabunt̄. iuxta vbum saluatoris Matt. x. Nō est opertū qꝺ̄ nō reueleē ⁊ occultum qꝺ̄ nō sciab̄. Tunc enim ois vsurarioꝝ ꝗctus falsus reuelabit̄. Tūc hypocritarum coopta falsa intentio manifestabit̄. ⁊ q̄cq̄ꝺ in ꝓscia latuerat qꝺ̄ nō p ꝓfessionē vel ꝓtritionē ꝺeletū est. ibi coā cunctis viuentib⁹ oñdeb̄. Jꝺeo bñ ꝓsulit Eccl̄. j. Me fueris hypocrita in ꝓspectu boim. ne forte cadas ⁊ reuelet ꝺeus absconsa tua in medio synagoge. j. Cor. iij. Dies ꝺñi ꝺeclarabit. qz igne reuelabit̄ vniuscuiusq; opus q̄le fuerit. Justicia inq̄t mea. Uñ in ps̄. In ꝓspectu gentiū reuelauit iusticiam suā. Jsta est ergo reuelatio rigoris intpabilis. Insup ꝺico q̄ est reuelatio splēꝺoris inobfuscabilis. ⁊ ista est illa q̄ ꝺeus ꝓphis ⁊ sanctis secrete reuelauit futura. Et hoc est qꝺ̄ ostenꝺit in verbo reuelabit̄. Quia sicut ꝺicit in ps̄. Dñs reuelabit cōꝺensa. ⁊ in tēplo eius oēs ꝺicent gliam. Et est sciendū q̄ reuelatio secretoꝝ ꝺei voluntatis magis ꝓsueuit fieri simplicibus q̄ sapientibus. Magis humilibus q̄ sublimibus. magis pauperibus q̄ ꝺiuitibus. Sicut ad lrāz videm⁹ ꝺe ꝓphis ⁊ aplis. q̄ fuerūt valde ꝺe modico statu. i. ꝺe humili plebe. Amos em̄ fuit pastor. petr⁹ piscator. paulus ꝑsecutor ⁊c. Spūs vbi vult spirat ⁊c. Sicut em̄ sol solet ſm ꝺiuersitatem nubium se ꝺiuersimoꝺe reuelare. ⁊ inꝺe est q̄ ſm q̄ nubes magis est rara vel clara. ꝺensa vel spissa. sol clarius vel turbulentius in ea reuelatur. Sic ſm q̄ ꝺeus inuenit mentē humanam ꝺispositam sibi p reuelationes ⁊ inspirationes amplius intimab̄. Oleum em̄ infusum in ꝓfunꝺū maris. clarificat totum mare. ibiq; facit reuelari et apparere illa que primitus latitabāt. Sic ve gra ꝺei effusa in ꝓfunꝺo corꝺis. ibiꝺem reuelat et manifestat illa q̄ pertinēt ad salutē. Uñ ꝺe ꝺeo ꝺi Dan. ij. Qz

spūs reuelat ꝓfunda ⁊ absc̄dita ⁊ nouit i tenebris ꝓstitu ta. ⁊ lux cū eo est. Et ista sunt ꝺ illos q̄ reuelatiōes ⁊ occul to⁹ man. festationes querūt ab alīs q̄ a deo. sicut sunt au gures ⁊ sortilegi. ⁊ demonū ꝓsultores. cum tamē solus de us sit ille a quo ois spiritalis reuelatio ꝓcedit. Ūñ Eph̄. j. Deus det vobis spm̄ reuelationis in agnitionē eius. Et sic patet q̄ multiplex est reuelatio diuina scilicet

Luminosa. Et sic dico q̄ est quedaꝫ reuelatio diuina
Rigorosa. valde mirabilis ⁊c. Scdo ꝑncipaliꝫ dico
Gloriosa. q̄ est quedā reuelatio humana valde lau
Et amorosa. dabilis. ⁊ ista ē illa reuelatio q̄ hō reuelat pctā sua sacerdotib⁹. Qua p̄dicato: reuelat dei volūtatē auditorib⁹. Prelatus reuelat periculoz incōmoda subdi tis inferioribus. Peccato: ēñ dz esse sicut infirmus q̄ vilē infirmitatē non verecūdat discreto medico reuelare ꝓ oportuno remedio apponēdo. sic ⁊ peccato: sacerdoti p̄. Reuela dño viā tuā. ⁊ Hiere. xj. Tibi ēñ reuelaui causaꝫ meā Luc. ij. Reuelent ex multis cordibus cogitationes. Predicato: etiā dz esse sicut p̄co. q̄ edicta regū alīs annū ciat ⁊ reuelat. vt. s. q̄libet sciat volūtatē ꝓncipis. ⁊ vt agno scat q̄libet quid facere teneat. Ūñ p̄dicato: loq̄ns deus dicit Esa. xlix. Dedi te in fedus ppli mei vt suscitares ter ram. vt possideas hereditates dissipatas. ⁊ diceres bis qui in carcere sunt exite. ⁊ bis q̄ in tenebris sunt reuelamini. Quod tñ est ꝓtra multos p̄dicatores silles cani q̄ herbas q̄bus se purgat p̄ inuidia solet occultare. nolēs q̄ alīs re uelarē. Sic sunt multi p̄dicatores ⁊ doctores q̄ herbas sa lutiferas quas cognoscūt. i. secreta scientiarū q̄ sciunt. bo na ꝟba ⁊ documenta. sermones ⁊ libros quos habēt. que scz ecclesie possunt esse necessaria ad purgationē spūalem animarū. nulli volunt cōicare vel reuelare. sed potius ab scondere ⁊ celare. ⁊ sibi solūmodo reseruare Judicū. xiij. Voluit reuelare q̄ mel de ore leonis assumpsit. Os ēñ le onis xp̄i quo mediāte nobis loquit est sacra scḗptura. mel ꝟo q̄ exinde sumit est scientia ⁊ doctrina. Prelatus etiaꝫ est sicut canis q̄ latratu solet feras ⁊ latrones ꝓdere. Et ē etiā sicut saura paruus lacertulus q̄ saltando sup faciem bois dormientis solet serpētis insidias reuelare. qz. s. ad p̄ latū ptinet subditoz pericula ⁊ hostiū spūaliū insidias pre uidere. ⁊ ipsas subditis vel latratu p̄dicationis. vel sal tu bone op̄ationis sagaciter demōstrare Esa. xxij. Reuelabit operimentū iude. Et sic dico q̄ ista est reuelatio triplex hu mana q̄ est laudabilis. Tercio ꝑncipaliter dico q̄ est q̄ dam reuelatio mundana que est damnabilis. ⁊ ista est illa quā habēt ꝓditores ⁊ simulatores. ⁊ suoz criminū ostēta tores. Isti ēñ nihil sciunt celare. quin etiā quicq̄d habent in corde siue bonum fuerit. siue malū volūt omnib⁹ reuela re. Ista ēñ tria pctā. s. ꝓditio. iactantia. ⁊ hypocrisis simi lia sunt cuidā lapidi qui dr quirin q̄ est talis cōditionis q̄ suppositus capiti dormiētis facit eū cōiter reuelare oia se creta cordis. Sic ꝓcerto facit ꝓditio. Quia sicut dr Pro uer. xj. Qui ambulat fraudulēter reuelat archana. Ita eti am facit hypocrisis ⁊ simulatio. seu etiam iactantia seu ela tio. qz. s. tales. quicq̄d habēt de bono semp volūt alīs reue lare Ezec. xiij. Destruā parietem ⁊ reuelabo fundamentū Isto etiam modo facit detractio ⁊ diffamatio q̄ semp con sueuit reuelare oia vicia alioz ꝓtra illud Leui. xviij. Tur pitudinē patris. matris. filij. neptis. sororis. fratris ⁊c. non reuelabis. Istud etiam facit malor iactātia ⁊ ostentatio. qui. s. volunt oibus reuelare mala sua Esa. xxvj. Reuela bit terra sanguinē suuz. Istud etiā facit luxuria ⁊ infectio que. s. secreta impudicicie discoopit. Ūñ de luxuriosis dici tur Leuit. xx. Occidant ambo. qz turpitudinem suā reue lauerūt. Et sic igit dico q̄ est quedā reuelatio mundana q̄ est damnabilis. Quarto dico q̄ est quedā reuelatio eter na que est tristabilis. ⁊ ista est illa q̄ deus reuelabit in iudi cio ⁊ in inferno cūcta abscondita malignoz. Et qua etiam ira dei ⁊ rigor sue iusticie que mō non percipiunt ipsi mali eisdem reuelabunt in futurū Roma. j. Reuelabit ira dei sup oēm impietatem ⁊ iniusticiam. Sed de tali reuelatio ne vide. ē. f. Deniq̄. Et hec igit de reuelatione sufficiant. Vide. ē. de appere. oñdere. manifestare ⁊ similibus.

Reuereri. Reuerentia. Nota q̄ reuereri idē est q̄ dubitare. Et iō reuerētia vt cōiter accipit ꝓ bo nore cū q̄dā dubitatione exhibito vel ipēso. Iz q̄nq̄ accipia tur ꝓ ꝓfusiōe vel terrore. Nota igit q̄ est dare Reuerentiā

Humilis ⁊ subiecti. Primo dico q̄ est reuerentia bo
Mobilis ⁊ pfecti. missū humiliū ⁊ subiectoz. ⁊ ista ē
Flebilis et dejecti. illa q̄ viri humiles ⁊ subiecti solēt alios ⁊ maxime sup̄iores. seniores. ⁊ meliores honorare ⁊ reuereri. ⁊ eisdē cū reuerentia in gestu. situ. ordine ⁊ affatu submitti. Genua ēñ facta sunt flexibilia vt ad reuerentiaz possent curuari. Manus ⁊ brachia flexibilia sunt vt ad ex hibendā reuerentiā possint inungi. Etiam caput ⁊ collum vt ad reuer. etiam valeant inclinari. Vult ēñ deus q̄ ma iores. meliores. seniores. ⁊ doctores. potentiores ⁊ superi ores ab alīs honorent. Et q̄ inferiores iuniores atq̄ mino res ipsos honorēt ⁊ reuereant. ⁊ q̄ eis cū reuerētia submit tant Heb. xij. Pies inq̄t habuim⁹ eruditores ⁊ reuereba mur eos. q. d. decet filios reuereri pies. ⁊ ignaros reuereri doctores. Exēplo vituli q̄ teste Plinio. Aloce vultu pplm salutat. Sic debem⁹ locutione ⁊ op̄atiōe nr̄os reuereri ma iores. j. Cor. xv. Vigilate iusti ⁊ nolite peccare. Ignorātiā ēñ dei quidā habēt. ad reuerentiā vob loq̄r. Dō certe est ꝺ multos irreuerētes deuios ⁊ ꝓteruos. De q̄bus dr Luce xviij. q̄ deū nō timebat ⁊ hoiem nō reuerebat. Silles. s. leo ni qui dr nō posse flectere collū. Et etiā silles elephāti q̄ sua genua nunq̄ flectit. qz scz isti nec p reuerentiā caput submit tunt. nec p humilitatē genua sua p̄nt flectere. qz. s. neminē reuereri seu honorare volūt. Figurati i ill⁹ vince dñice cul toꝛib⁹ de q̄bus dñs dixit Mar. xij. Reuerebunt inq̄t filiū meū. quē tñ sibi missum reueriti nō fuerunt. § potius occi derūt. Quia ꝓcerto cultores vinee dñi. i. mundi rectores. iustos q̄ filij dei sunt missos nō reuerent sed potius perse quunt. Ūñ ipi dicere vident illud Sap̄. ij. Nō parcamus vidue nec veterano. nec reuereamur canos multi tpis. vñ Baruc. iij. Nō sunt reuerti senē. neq̄ pueroz miserti sūt Et loquit de crudelitate hoim furore armatoz. q̄. s. nec se nē reuerent nec iuueni miserent. Cui⁹ tñ ꝺ ꝟū faciūt asalia bruta. q̄dā ēñ nāli instinctu faciē bois reuerent. Sicut de lamia mōstro marino valde crudeli dr q̄ si hoiem capere pōt ipm occidit. Ūñ naute q̄ in mare descēdūt ꝓ anchoris (q̄ retēte sunt) expediendis. si lamiā viderint mortuos se putāt. Remediū tñ bñt. qz q̄diu mōstrū illud recto vultu ⁊ aptis oculis respiciūt. ipos nunq̄ tāgere audet. Et ideo mōstrū directe aspiciēdo retrocedūt. ⁊ ad nauē retrocedendo refugiūt ⁊ saluant. Cui⁹ silē dr de leone. Ju b ēñ appa ret q̄ reuerentiā faciei humane exhibēt. quā. s. se digniores sentiūt atq̄ vidēt. Multo igit fortius nos q̄ ratione habe mus. debem⁹ alios digniores et meliores nob reuereri. et ipos tanq̄ venerabilib⁹ ⁊ reuerēdis honorē debitū impti ri. Hñ ḡ docet sap̄. Eccl. xxxij. Audi tacēs ⁊ ꝓ reuerētia ac cedet tibi bona gra: Adolescēs loq̄re in tua cā ius cū necē se fuerit. Et aduerte q̄ reuerētia inuenit duplex. s. Activa de q̄ dixi illa. s. q̄ ds alios reuerē. ⁊ dr venerans aut reue rēs. Passiua. q̄ ds ab alīs venerat. ⁊ dr venerabil seu etiam reuerēdus. Viri ēñ nobiles ⁊ prudētes. honesti pari ter ⁊ potētes reuerēdi dicunt. Et loca etiā divina ⁊ sctā. ⁊ etiā sanctoz reliquie. seu festa dicunt silr veneranda. sicut Exo. xxxiij. Fecerūt lamiā sctē venerationis. Et Numeri xxviij. Dies ꝑmitiuoz venerabilis ⁊ sctā erit. Hic tñ nota q̄ multi vident venerabiles seu reuerēdi. q̄ nō sunt § potius ptēnendi. sicut sunt hypocrite. silles ydolis q̄ dñ reputa bant ⁊ non erāt. De q̄bus dr Baruc. vj. Non sunt dñ inquit. nō ergo reuereamini eos. Mali ēñ nō attendūt ad re uerentiā status sui. ⁊ ideo merent a dño derelinq̄. Sicut dicit Eccl. xxiij. Remittit de ꝓximo suo. ⁊ cū pdiderit reue rentiā derelinquet ab eo. Patet igit q̄ est reuerētia hoim humiliū ⁊ subiectoz seu discretoz. Scdo dico q̄ inueni tur reuerētia hominum nobilium ⁊ perfectorum seu vno toz. Et ista est illa qua viri sancti ⁊ iusti deū sup oia reue rentur. ipmq̄ timent et honorant atq̄ magnifice veneran tur. Juxta illud Heb. xij. Seruiamus inquit placētes deo cum metu ⁊ reuerentia. Et bene dicit placentes deo. qz scz tales reuerētes ⁊ tremuli deo placent. sicut de Josia patr̄ ij. Paral. xxxiiij. vbi dixit. Quia inquit audisti ꝟba voluntatis huius atq̄ emollitū est cor tuū. seq̄t. Reuerituscp̄ta

ciem meā ſcādiſti veſtimēta tua ⁊ flenſiſti. ego quoq; exaudiui te dicit dñs. Et bñ dixit. Exaudiui te. Quia ꝓcerto de⁹ ꝑ ceteris tales reuerētes exaudit. Sicut de xpo legitur Heb. v. q exaudit⁹ eſt ꝓ ſua reuerētia. Nō tñ eſt ꝑ illos q̄ deū nō timēt reuerent ſeu bonorāt. De q̄bus dī. y. Para. xxxiij. Nō eſt reuerit⁹ amon facie dñi ſicut reuertus ē manaſſes pater eius. Iſta eſt igit reuerētia boīm nobiliū ⁊ de notoꝝ. Tertio dico q inuenit reuerētia boīm flebiliū ⁊ dānatoꝝ ſeu etiā miſeroꝝ. Et ſic reuerētia idē eſt q̄ ꝓfuſio ſeu timor. qz. ſ. mali ſemp ſunt in ꝓfuſione. miſeria ⁊ timore. ps. Confundant ⁊ reuereant q̄rentes aiam meā. ſequitur. Induant ꝓfuſione ⁊ reuerētia q̄ maligna loquunt ſuper me. Et ſic ḡ ptz q triplex reuerētia reperit. Vide. j. de verecūdia. ⁊ de vereri. Et. j. de ſalutare. Et. ſ. de bonorare ⁊c. Quia tñ reuereri q̄q; ſumit ꝓ vereri. Notabis ſi vis q vereri eſt idē q timere ſeu etiā dubitare. Et ſic dic q vereri in bono ſumit ⁊ in malo. Vñ nota q iuſti reuerent

Preſidentē diuinitatem.
Precedentē iniquitatē.
Nunc pñtem calamitatē.
Defluentem proſperitatem.
Imminentem feſtiuitatem.

Igit vereat et reuereat a iuſtis diuinitas q̄ ſumme pſidet Eccl. viij. Cognoui q erat bonū bonis timētib⁹ deū q̄ reuerent facie eius. Itē vereri dr vniuſtas q̄ factis inſidet. Et ſic dī Job. ix. Verebar oīa opa mea ſciēs q non parceres delinquēti. Nō tamē eſt ꝑ multos q̄. ſ. non verent pauperes oppimere ⁊ grauare: ſicut Job de ſeipſo dicebat Job xxx. Abhominant me ⁊ longe fugiunt a me. ⁊ facie meam cōſpuere nō verent. Innocentes occidere ⁊ turbare. ſicut ſcz. ij. Mach. iij. dī de andronico q̄ oniam etiā datis detrīs peremit nō veritus iuſticiam. Item vereri dr calamitas que pñs aſſidet ſicut ſcz Job de ſua pñti calamitate dicebat Job. iij. Antequ comedam ſuſpiro. ſequit. Quia q̄d timebā euenit m̄ q̄d verebar accidit. nōne diſſimulaui? nonne ſiluī? nōne quieui? ⁊ venit ſup me tribulatio. Itē vereri dr ꝓſperitas q̄ parū reſidet. Vñ Eccl. x. Qui gloriat in ſubſtantia paupertatē vereat. Itē vereri dr feſtiuitas ſi quādo euidet. vñ. ij. Macha. vj. dī de illis ſanctis machabeis. Or verebant ꝓpter religionē ſibimet auxiliū ferre. De malis aūt dic econuerſo. q ſcz ipſi nihil verent ꝓpter preſumptuoſitatem quā habent. dicentes ſcz illud Eccl. xxiij. Quis inquit me videt. tenebre circūdant me ⁊ nemo circūſpicit me quem verear q̄ſi diceret nullum ⁊c. Vide de verecundia ⁊c.

Reuerti. reuertēs. reuerſus

Nota q in ſcriptura pōt multiplex reuerſio repiri. Inuenit enī Reuerſio

Xpi aſcēdentis.
Cordis penitētis.
Culpe redeuntis.
Carnis moriētis.
Vite renaſcentis.

Et ſic poſſum dicere q xps reuertur ad pñs gl̄iam. Penitēs reuertit ad pñs gr̄am. Peccator reuertit ad culpe materiā. Caro reuertitur ad mortis miſeriā. Natura reuertit ad reſurrectionis victoriam

Xpi reuerſio fuit in ſua aſcēſione. de qua Thob. xij. Tpus eſt vt reuertar ad eū q̄ miſit me. Penitētis reuerſio eſt in ſua ꝓuerſione. vñ Oſee. iij. Reuertent filij iſrl ⁊ querēt dominū deū ſuū. Culpe vo reuerſio fit in mētis obſtinatione ⁊ peccati reuerſio fit in culpe iteratione. vñ Oſee. vij. Reuerſi ſunt vt eſſent abſq; iugo. Et Mee. ix. Reuerſi ſunt vt facerēt malū. Carnis reuerſio fit in mortis diſſolutione. de q̄ Job. j. Nudus egreſſus ſum de vtero mr̄is mee: nudus reuertar illuc. Vite reuerſio fiet in vltima reſurrectione. de q̄ pōt dici illud Eccl. j. Oritꝰ ſol ⁊ occidit. ⁊ p circulos ſuos reuertit. Et ſic ḡ dico q i ſcptura reuerſio accipit Vñq; ꝓ

Xpi reaſcēſione.
Gratie renouatione.
Culpe iteratione.
Mortis diſſolutione.
Vite reſtitutione.

Dicamus ergo pmo de reuerſione xpi reaſcēdentis. Xps em̄ fuit ſicut aquila q̄ in arduis locis habet nidum. ⁊ ſurſum eſt ſolita in altis mōtib⁹ bitare. Et ideo ſi ad terrā ꝓ pēa deſcenderit. ibi diuti⁹ nō reſtabit. q̄nimo ſtatim aſſumpta pēa ſurſum ſolet reuerti. ⁊ ab infimis fugere ⁊ diuerti. Fuit etiā xps ſol q̄ in mane ſup nr̄m emiſperium oriꝝ. ibiq; mundū illuminando aliq̄diu labit. ⁊ finaliter ꝓ vmbrā terre a nr̄is viſibus occidit ⁊ abſcondit. ⁊ in craſtino iterum reuenit ⁊ reuertit. Fuit inſup xps ſicut cyconia q̄ in byeme nidum ſuum ſolet dimittere. ⁊ ad remotas regiones trāſire ſed tandē in eſtate ſolet ad nidū quē dimiſerat reuenire. ⁊ ibi pullos facere ⁊ nutrire. Sic chariſſimi xps q̄ eſt aquila ꝓpter regiā maieſtatē. q̄ eſt ſol ꝓpter nimiam charitatē. q̄ eſt cyconia. q. ſ. iuxta domos bonum nidificat ꝓpē eximia charitatē. altam rupē ⁊ nidum paradiſi reliqt. ⁊ pro pēa ſanctoꝝ patrū de inferno liberādo. hic inferus ad remotā mūdi regionē nup in byeme. i. in die natiuitatis intrauit. ibiq; ꝓſonaliter oriens mundū per. xxxij. annos illuminauit. ⁊ tandē mō in eſtate ad ꝓpriū nidū ⁊ domicilū reuertēs. iterū vñ venerat reaſcēdit dicens illud Nume. x. Reuertar in terram meā in qua natus ſuꝫ. Vbi aduerte q xpiſtus reuerſus fuit per aſcenſionem ſcz

Ad maieſtatem ſupne prelationis. Reuertar inquit.
Ad vbertatem eterne poſſeſſionis. In terrā inquit meā.
Ad ciuitatē paterne ſucceſſionis. in q̄ inquit natus ſum.

Iſte ergo reuerſus fuit in ſua aſcenſione

Poſt victoriā ad ſtatū bonoꝝ vt coronet. Reuertar.
Poſt miſeriā ad locū valoꝝ vt ſaciet. in terrā inquit meā
Poſt triſticiā ad locū amoꝝ vt ꝓſolet. in q̄ inq̄t natus ſum

Dico ergo q iſte reuertit ad ſtatū bonoꝝ poſt victoriam Et hoc oſtendit cū dī. Reuertar. Rome em̄ antiq̄tus legati ⁊ milites q̄n̄ hoſtes reipublice victoriā habuerāt. victor ſolebat a pplo vbis eidē occurrēte ⁊ obuiāte mirabiliter honorari. ⁊ ſup currum quē trahebāt q̄ttuor equi cādidi ſolebant in vrbem recipi. ⁊ oēs captiui quos in bello ceperat ſolebat ad currū ipſius alligari. ⁊ ſic cū hymnis et laudibus ſolebat honorabiliter acceptari. Sic ve xps q̄ab vrbe paradiſi a deo pr̄e ad iſtum mūdū legatus miſſus fuit. vbi in pūlio crucis de lucifero triūphauit. ⁊ captiuos ſanctos pīes de eius dñio accepit. ipſoſq; ſecū ad vrbem paradiſi reuertēs tranſit ⁊ duxit. Iuxta illud Hiere. xlix. Reuerti faciā captiuos eiam. vbi in curru nr̄e humanitatē cuꝫ q̄ttuor eiꝰ. i. cū q̄ttuor corpis glificati totib⁹ introiuit cui ⁊ reuertēti ppls ciuitatis. i. collegiū angelorū applaudēs victorie redcūtis. obuiā veniēs multiplr honorauit. Jō dī de ipo in ps. Or ipe aſcēdit in altū captiuā duxit captiuitatē. Reuertar in q̄t. vñ Zach. j. Reuertar in birlm. ⁊ Exo. iij. Reuertar ad frēs meos. ⁊ Luc. xj. Reuertar in domū meā vñ exiui. Et ſic igit dico q iſte reuertit ad ſtatum bonoꝝ poſt victoriā. Reuertar in q̄t. ſup. de pūlio cū corona. vel de pūlio ad bonorē. q: ſicut dī. j. Tbi. ij. Non coronabit niſi q̄ legittime certauerit. ergo ſupponit q xps q̄ legittime certauerat in reuerſione ad celū debuerit coronari. ij. Regum xix. Reuerſus eſt rex pacifice in domū ſuā. Deinde dico q iſte reuertit ad locū valoꝝ poſt miſeriā. Et hoc oſtendit cū dicit. In terrā meā. Terra em̄ nomē eſt fertilitatē et abūdantie ⁊ vbertatis. q. ſ. nō eſt elementū ita fecundū ſicut terra vt in ps. dī. Terra dedit fructū ſuū. Et iō ꝓ terrā hñ pōt intelligi celi fertilitas ⁊ felicitas denotari vbi poteſt oīm abūdantia repiri. q: ſcz ſicut pegrin⁹ dū vadit p mundū ſolet multa ſuſtinere. q̄ tandē ad terrā ſuam reueniens ⁊ reuertēs ſolet bonis q̄plurimis abundare. Sic xps qui in pegrinatione hui⁹ mūdi ſuſtinuerat multa mala. ⁊ magnis penis fuerat aliq̄tiēs fatigatus debuit mō q̄n ad terrā ſuā paradiſi reuerſus fuit infinit opulentiꝰ et gaudiꝰ redūdare. Terrā in q̄t meam. Vñ poteſt exponi illud ps. Spūs em̄ reuertet in terrā ſuā. Myrīdines em̄ q̄ de terra ſua in byeme egrediunt in terrā longinquā. in eſtate iterū reuertunt. Sic xps q̄ de terra opulēta paradiſi fuit egreſſus. ad eandē terrā in pñti tpe eſt reuerſus Eccl. xij. Reuertet puluis in terrā ſuā. Iſte ergo reuertit ad locū valoꝝ poſt miſeriā. Deniq; dico q iſte reuertit ad locum amoꝝ poſt anguſtiā ſeu triſticiā. Et hoc oſtendit cū dicitur. In q̄ natus ſum. Jō em̄ naliter diligit locū natiuitatis ſue. ⁊ nullus vt cōiter maior amor q̄ inē illos q̄ de eodem ſanguine. vel pria generant. Et iō q̄n dicit q ibi natus eſt. bñ ſupponit ibi eſſe locum dilectionis ⁊ amoris. Columba enim locum in qua nata eſt naturaliter diligit. ⁊ ſi alibi deferatur. illuc reuertitur atq; redit. Et inde eſt q in egypto columbe ad loca remota portantur ⁊ cum neceſſe eſt litteras eis ſub ala ligantur ⁊ volari permittūtur ⁊ ſic per ſe ad locum natiuitatis vna cum dictis litteris reuertunt. q̄ꝫ

uis ſepe contingat q anteq̄ attingant reuerſionis ſue ter

minū ab hostibus ꝓpter litteras sagittenē. Xp̄s igit̄ est columba q̄ in locū natiuitatis sue paradisi et sinū patris naturaliter dilexit. Et ideo q̄n ad terrā remotā hui⁹ mūdi p gabrielis ministeriū portat⁹ fuit. ibidē spūssanct⁹ ſraz nre humanitatis sibi ꝓiunxit ⁊ alligauit. quā ad terrā natiuitat̄ reuertēs bodie trāſportauit. In cui⁹ tn itinere ipm hostis id ē iudeoꝝ pplꝰ mortis aculeo sagittauit. In q̄ inſt nat⁹ sum. vñ Ezech. xxj. Reuertere in vaginā tuā o mucro dñi in locū in q̄ creat⁹ es. in terra natiuitat̄ tue. Et. ij. Reg. xix. Reuersus est berzellai in locum suum. vbi ostendit ministeriū sue ascēsionis. Reuersus est. Fastigiū sue ꝓlationis Berzellai. q̄ interꝓtat fortitudo mea. Refugiū sue possessionis. Locū inquit suum. Vel dic q̄ ibi ostendit ⁊tus sue ꝓditionis. Berzellai. Actus sue reditionis. Reuersus est. Status sue ꝓlationis. In locum suū. Sic igit̄ ptz xp̄s reuersus fuit. Ad locū amoꝛosum ⁊ amicabilem. Ad locum fructuosum ⁊ delectabilem. Ad statū gaudiosum ⁊ bonorabilem. Ista igit̄ est reuersio nūmis ascendētis. Et boc est ꝓmum ꝓncipale. Scdo ꝓncipaliter dico q̄ est reuersio bois penitentis. ⁊ ista est illa q̄ bō reuertit̄ a pctō. vel q̄ reuertit̄ a bono cōmutabili ad bonū incōmutabile. Ania lia eīm q̄ꝰ careant rōne. istam tn̄ habeant industriam q̄ optime sciunt reuerti ad domicilia sua. quāq̄ ad remota spacia. multotiens transferant̄. Sicut ptz generaliꝫ de auibus ⁊ de bestijs vniuersis. Multofortius ergo bō vtēs rōne si per pctm̄ a domo sua q̄ est ecclesia ⁊ cōitas fidelium recesserit. ⁊ in longinquā regionē peccati pegrinatus fuerit. nunq̄ꝫ ꝺz p ꝺei obliuionē taliter querti. nec inter mūdi negocia taliter diuerti. q̄n illic sciat reuenire p pniam ⁊ reuerti. Ad hoc Esa. lv. dicēs. Derelinquat impius viā suā. ⁊ vir iniquus cogitationes suas ⁊ reuertat̄ ad dñm ⁊ miserebit̄ eius. Et Ezech. xviij. dī. Et q̄re moziemini domus israel. Sequit̄. Reuertimini ⁊ viuite. Et loquit̄ ac si diceret. vel pastoꝛ loquerē oui erranti ⁊ ad hospitium reuerti nolenti ⁊ se lupoꝝ ⁊ latronum periculis exponēti. Peccatoꝛ eīm errat sicut ouis q̄ perijt. ⁊ tn̄ reuerti ad domū dedignatur. nisi boni pastoꝛis. predicatoꝛis vel ꝓlati diligentia reducat̄. Et ideo omnibus peccatoꝛib⁹ generaliter loquit̄ scꝑtura dicēs. Et q̄re moziemini ꝛc. Vbi oñdunt̄ tria ꝓpt̄ q̄ a pctō ad pniam ē generaliꝫ reuertēdū. s. Propē quoddā Damnabile nocumentū. Primū ꝓbat mortis occasio. Et q̄re moziemini inſt. Amabile ligamentum. Notabile documentum. Sed scdm̄ ꝓlis coniunctio Domus inſt israel. Sed tercīū dulcis instructio. Reuertimini inſt ⁊ viuite. Ista eīm tria bñ ꝓsiderata faciūt reuerti boiem a pctō scz Periculum terroꝛis qd̄ dedarat̄. Quare inquit moziemini. Tenaculū amoꝛis qd̄ alligat̄. Domus inquit israel. Domus eīm accipitur pro cognatione.

Vocabulū dulcoꝛis qd̄ predicat̄. Reuertimini inquit ⁊ viuite. Igit̄ dico q̄ reuerti debem⁹ p pniam ad dñm vt caueamus nocumentū eterni terroꝛis. Quare inquit moziemini. q. d. nisi reuertamini parata est vob̄ mors eterna. Videmus eīm q̄ alia bruta dū ꝑsentiūt pericula. nūq̄ volūt vltra ꝓgredi. sed retrocedere potius et reuerti. Istud videmus de aliq̄bus eq̄s q̄ citius se ꝓmitterēt laniari calcarib⁹ q̄ vltra ꝓcederēt pontibus insidijs vel latronibus. Moises etiā nō libēter p illā viā incedūt p quā ⁊ in qua ꝓdecessoꝛes suos periisse vel cecidisse cognoscūt. Pisces insup ⁊ etiam boues illū locū abhoꝛrēt ⁊ fugiūt. vbi aliq̄s pisces et boues occisos fuisse vidēt. ⁊ vbi eoꝝ sanguinē cernunt. Sicut eīm dicit Sene. in puer. Ruina p̄cedentiū posteros docet. Et q̄ incedenti p viā viciorū paratū est periculum mortis eterne. in tantū q̄ q̄libet pōt videre ibidē ꝓdecessoꝛes suos cecidisse. ⁊ etiā periisse ⁊ nullū tute ibi transiuisse. merito debem⁹ istud periculū timere. ⁊ iniquoꝝ p̄cedentium mortē ⁊ sanguinē abhoꝛrere ⁊ a tali via p pniam retrocedere ⁊ abire. Et quare inſt moziemini. q. d. mortui estis si p̄ceditis. saluati si reuertimini vel reditis. Sicut eīm dī Ezech. xviij. Non vult deus mortē peccatoꝛis sed vt ꝓuertat̄ ⁊ viuat. Ideo ꝓsulit Ezec. xxxiij. Conuertimini a viis vestris pessimis. Et q̄re moziemini. Figura de Joz̄. de q̄ dī iij. Reg. viij. Vulneraueriūt viri iozā q̄ reuersus est vt cuꝛaret. Igit̄ reuertendū est vt caueam⁹ nocumentū eterni meroꝛis. Quare inſt moziemini? q. d. defect⁹ vt erit si mo riamini ꝓpt̄ defectū nō reuertēdi. Iterū dico q̄ reuertendū est ne dissoluam⁹ tenaculū amoꝛis. Et b̄ ostendit cū dī Domus israel. Domus eīm accipit̄ p cognatione vel p ꝓgregatione. q̄ oia significat amoꝛe. Et ī qñ rogat q̄ dom⁹ israel ad dñm reuertat bñ videt̄ supponere vt hmōi reuersio ex amoꝛe ⁊ amicicia cōpleat̄. Domus israel. Juxta illd Abd. j. Erit domus Jacob ignis ⁊ domus ioseph flama. Flama eīm ⁊ ignis ardoꝛe dilectionis designat. Sicut eīm naturaliter oia libenter reuertunt̄ ad illa q̄ diligere tenent̄. ⁊ magis ac ad illa a q̄bus originale ꝓncipiū sortiunt̄. q. s. res de facili reuertunt̄ ad naturā priozē inde est q̄ filius fatuus postq̄ ꝺn̄ vagatus fuerit ad ꝑem reuertit̄. ⁊ ei⁹ mādatis necessario subiugat̄. sicut de filio ꝓdigo exemplū habem⁹ Luc. xv. Qui postq̄ oia ꝓsumpsit ad ꝑez suū sicut ad vltimū refugiū reuersus fuit. Sic q̄ nos deū sicut patrē. ⁊ creatoꝛē. ⁊ originalē omniū fundatoꝛē diligere debem⁹ ipm q̄ naliter diligim⁹ vt ⁊ tenemur. hinc est q̄ si ab ipo p pctm̄ recessimus. necesse est q̄ p dicto amoꝛe repando ad ipm p pniam reuertamur. Dom⁹ inſt israel. ij. Reg. xx. Reuertere in tabernacula tua israel. Ad qd̄ ipe etiā deus monet nos dicēs aie peccatrici illud Hiere. iij. Tu aūt fornicata es cū amatoꝛibus multis. tn̄ reuertere ad me ⁊ ego suscipiam te Qd̄ tn̄ est ꝺ obstinatos q̄ nec amoꝛe paterno nec doloꝛe interno. nec laboꝛe externo pñt moueri q̄ ad dñm debeāt regredi vel reuerti. Quis eīm ꝑdalis ad aucupē damātē voce nō reuertit̄. q̄n in vēti ꝓrarū flatib⁹ delectat̄. q̄n plus debito impinguat̄. vel etiam q̄n laqueis stringit̄ vel ligat̄. Sic vere pctōres ad deum ꝑem suū dedignant̄ reuerti ꝑdicta triplici rōne scz Propter ventum superbie q̄ ipsos agitat. Propter carnalitatē luxurie q̄ ipos impinguat. Et ꝓpt̄ laqueū auaricie q̄ ipos tetinet ⁊ alligat. Istis eīm tribus rōnibus pctōres in vicijs indurant̄. ita q̄ reuerti ad dñm nō dignant̄ Hiere. v. Indurauerūt facies suprā petrā. nolue rūt reuerti. Nō sic ḡ. sed reuertamur ad dñm. q. ipse cepit ⁊ saluabit nos ꝛc. ne dissoluamus ligamentum amoꝛis.

Rursum dico q̄ est reuertendū vt impleam⁹ documentum valoꝛis. Et hoc ostendit̄ cū dī. Reuertimini ⁊ viuite. Istud eīm saluberrimū est documentū. Deus eīm in his docet. imperat. ⁊ ꝓmittit. Reuertimini inſt ⁊ viuite. ac si diceret. Reuertimini ⁊ viuetis. Auersio eīm a deo causat mortem. Reuersio vo ad deū causat vitam. Dñ Ezech. xxxiij. Viuo ego dicit dñs deus. nolo mortem impij sed vt reuertatur impius a via sua ⁊ viuat. Et notandum q̄ ista reuersio est facienda ꝓpter multa. q. videlicet per ipsam

Acquirit̄ honesta pulcritudo. Promittit̄ salutis certitudo. Dimittit̄ culparū turpitudo. Procurat̄ diuina gratitudo. Roborat̄ humana fortitudo. Renodat̄ amoꝛis vicissitudo. Renouat̄ virtutū plenitudo. Preparatur anime quietudo.

Reuertimini igit̄. q. ꝑ boc acquirit̄ honesta pulcritudo Per reuersionē eīm ad deū efficit̄ bō pulcer ⁊ honest⁹ et summe delectabilis ad videndū Esa. xxx. Reuertamini et ḧescatis ⁊ salui eritis. vñ Cant. vj. Reuertere sunamitis vt intueamur te. Itē quia per boc ꝓmittit̄ salutis certitudo Esaie. xxx. Reuertimini ⁊ salui eritis. Itē q. ꝑ boc dimittit̄ culparū turpitudo. Dñ Eccl. xvij. Reuertere ad dñm ⁊ auerte ab iniusticia. Item quia per boc ꝓcurat̄ diuina gratitudo Esaie. xix. Reuertent̄ egyptij ad dñm ⁊ placabitur eis. Item q. per boc roborat̄ vigoris fortitudo. vñ Daniel. x. Nūc reuertar vt ꝓlier aduersus ꝓncipem regis persarum Item q. per boc renodat̄ amoꝛis vicissitudo. Dñs dicit Malach. iij. Reuertimini ad me ⁊ ego reuertar ad vos Item q. per boc renouat̄ virtutis sanctitudo. vnde Job. xxxiij. Consumpta est caro eius a supplicijs. reuertat̄ ad dies adolescentie. ⁊ Ezech. xvj. Tu aūt ⁊ filie tue reuertimini ad antiquitatē tuā. Item q. ꝑ boc ꝓparat̄ aie quietudo. j. Regū. xxij. Reuertere ergo ⁊ vade in pace. Ben ergo dicit. Reuertimini ⁊ viuite. q. sc̄z p talem reuersionem acquirit̄ vita gr̄e. ⁊ vita glorie. Et ista charissimi sunt ꝓtra multos q̄ ad dñm nolunt reuerti. sed ab ipso per peccatū diuerti. ij. Paral. xxxvj. Indurauit cervicē suam ⁊ cor vt nō reuerteret̄ ad dñm. Et qd̄ plus est. Multi sunt q̄ q̄nis tot beneficijs alliciantur. q̄nis etiā multis penis et supplicijs affligant̄. ita tamē corda eorum in vicijs indurant̄

ꝙ sequaꝯ ad dominū reuertūtur. Esa. ix. Adhuc manus eius extenta. ⁊ populus meus non ē reuersus ad percutientem se. ⁊ Iere. xv. Interfeci ⁊ pdidi populū meū. ⁊ tñ a viis suis non sunt reuersi. Non sic charissimi. ℌ reuertimini ⁊ viuite. Iere. iij. Reuertimini filij reuertentes. Sic igitur patet ꝙ reuertendū est ad dominū. vt impleat vtile documentū. vt reungat amoris ligamentū. Ne incurrat eternū nocumentū. Et sic dico ꝙ ē reuersio bois penitentis. ⁊ hoc est secūdū principale. Tercio dico ꝙ ē reuersio hominis delinquētis. ⁊ ista ē illa qua homo reuertitur ad retroacta vicia ⁊ peccata. similis cani q̄ malos humores euomit dum infirmat. ⁊ tandē ad eosdē humeros seu cibos reiectos reuertit cū sanat. Idem aūt facit serpēs q̄ coiturus cū murena venenū euomit. ℌ cōpleta copula ad illud tandē redit. ⁊ ipm iterū recipit ⁊ resumit. Idem etiā de leone dr. q̄. s. cibos ipm grauantes timens venatorem reiicit. ℌ tandē fame compulsus ad eos cibos comedēdos iterū redit. Sic ꝑculdubio faciūt multi q̄ q̄n vident infirmitatem tribulatōis ⁊ uesse. ⁊ venatorē. i. mortē timēt ad esse. tūc vt cū murena. i. cū xpo per gratiā copulent. aliq̄n venenū ⁊ humores peccatoꝝ p confessionē euomere ⁊ dimittere comprobātur. ps. Cū occideret eos q̄rebant eum. ⁊ diluculo reuertebant ⁊ venientes ad eū. Sed ꝑculdubio cessante t. ibulatōne vel infirmitate. ad venenū peccatoꝝ reuertūtur. ⁊ ipi sicut prius imbuūtur ⁊ replent. puerbi. xxvj. Sicut canis reuersus ad vomitū. sic stultus qui iterat stulticiā suā. ⁊ Neem. ix. Reuersi sunt vt facerent malū. ⁊ Iere. xj. Reuersi sunt iniq̄tates patrū suoꝝ priores qd̄ ꝑcerto sancti viri non faciunt. Figurati in sanctis animalibus. Ezech. j. de q̄bus dr. q̄ nō reuertebātur cū incederent. Ista ē ergo reuersio bois delinquentis. Quarto principaliter dico ꝙ ē reuersio hominis moriētis. ⁊ ista est illa qua homo q̄ de terra ē. in terram p mortē reuertit. qz sicut dr Eccls. iij. De terra facta sunt oia. ⁊ in terrā piter reuertētur. Omnia em naturaliter reuertūtur ad illā originalē materiā de q̄ facta sunt ⁊ creata. Et iō cū de terra fuerimus. p creati. necesse est ꝙ ad eam simus finaliter reducti ⁊ in eam cōmutati. Gen. iij. Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris ⁊ in ps. Auferes spūm eoꝝ ⁊ deficient. ⁊ in pulue rem suū reuertētur. Quinto vo dico ꝙ ē reuersio nature resurgētis. ⁊ ista ē illa qua natura est reuersura de morte ad vitam in nouissimo die. de qua potest dici illud p. uerb. vij. Non est vir in domo sua. abiit via longissima. in die plene lune reuersus est. Spūs em hominis q̄diu est a corpe sepatus est sicut peregrinus extra domū suam. qui tūc ad domū corpis reuertit. q̄n in resurrectōne corpori p sonaliter reunit. ps. Exibit spūs eius ⁊ reuertet in terrā suam. Tūc reuertit spūs ad corpus ad resurrectōem. aia ad deū ad reddendū rōem. Deus ad mundū ad rōnis auditionē. Iste est. n. ille homo q̄dam nobilis q̄ modo abiit in regionem longinquā accipere sibi regnū. post multū vo tempis reuertet cuz suis famulis rōem positurus malos seruos p negligentia puniturus. bonos aūt p apportato comodo pmiaturus. Lu. xix. Quia igit ad istū iudicem a quo o creatione ē exiuimus. iterū p resurrectiōem reuersuri sum⁹. debem⁹ facere sicut apes q̄ ad alueare non reuertūtur nisi prius floribꝰ onerētur. Elephantes etiā postq̄ simul cohabitauerūt. ad gregē nō prius dicuntur reuerti q̄ prius fuerint in flumie balneati. Igit anteq̄ reuertamur ad illū magnū gregem ⁊ ad illud magne alueare q̄ in valle ioſaphat congregabit in nouissimo die. oneremus nos floribus virtutū. ⁊ lauem⁹ nos a maculis viciorum. ⁊ sic nō solū reuertemur ad deū corpa resumpturi. immo etiaz reuertemur ad paradisum cum ipo ⁊ p ipm eterna pmia receputi. j. Esdre. ij. Reuersi sunt de babilone in bierusalez ⁊c. sufficit.

Reuuere. Vide vbi viuere. ⁊ resurgere.

Reuocare. Nota ꝙ reuocare idez est ꝙ retro seu iterū vocare. de termino ad quē itur. ad p̄cedentem terminū reducere vl vocare. Et sic dic moraliter ꝙ in scriptura reperit reuocatio. Ad bonū provocatiua. Ad malū redinatiua. Ad statum repatiua. Ad supplicū directiua. Reuocat hō p pniam ad vite brauiū Stultus p insolentiā ad culpe deuiū. Miser p dei grām ad celi gaudiū. Diues per dei pestilentiā ad mortis tediū

Dicam ergo ꝙ ē reuocatio quā facit pnia. Per penitētiam em hō de malo ad bonū reuertit. ⁊ de morte ad vitā de iniq̄tate ad iusticiā reuocat. Sicut em videm⁹ ꝙ venator q̄n videt ꝙ canes p̄dam indebitā consequūt. solet eos clamādo seu comuādo ad se iterū reuocare. qđ etiā venator solet de accipitre p aera vagāte facere. ⁊ eū ad laqueuz ⁊ muscipulā clamādo iterū excitare. sic de⁹ mediāte comu et tuba sacre scripture. vel etiam aucupis seu p̄dicatoris voces peccōres deuios ⁊ errantes. ⁊ p̄das inutiles. hoc est dictu. peccata seu bona terrena seq̄ntes ⁊ diligēres. ad se ⁊ ad viā salutis reuocat. ⁊ eos ad gr̄e statū reformat. Vñ videt ꝙ bonus p̄dicator. pastor vel rector q̄. s. reuocat homines ad salutē similis ē illi regi ioſaphat de quo dicit. ij. Paralip. xix. ꝙ ipe reuocauit pplm israel ad dñm deū patrū suoꝝ. vt ⁊ sic de deo aias interius inspirante. et ad deū reuocante. dicit illud Job. xxxiij. Ecce hec oia opat deus vt reuocet aias singuloꝝ a corruptōne ⁊ illuminet in luce viuentiū. ⁊. ij. Reg. xiiij. Reuoca puerū absalon. Sicut. n. anima reuocat ad corp⁹. ⁊ mortu⁹ reuocat ad vitā suam Sic p pniam hō reuocatur ad gr̄am. Vñ de eo pōt dici illud Eze. xxxvij. Insulta sup interfectos istos ⁊ reuiuiscēt Et ⁊ sic de quolibet sic reuocato dicit illud Lu. xv. Frat tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit. ⁊. ij. Esdre. j. Misit dominus angelū suū ⁊ reuocauit eos. hec ē ergo reuocatio quā facit pnia. Secūdo dico ꝙ ē reuocatio quā facit insolētia. sicut em videm⁹ ꝙ canis rustic⁹ ⁊ indoct⁹ facile reuocatur a psecutōe. sic vir insolens ⁊ inconstans facile solet a psecutōne bonoꝝ operꝝ ⁊ virtutū cessare. vñ de illis qui bonos reuocant ad peccatū pōt dici illud Exod. x. vbi dr. ꝙ serui pharaonis reuocauerūt moysen ⁊ aaron ad pharaonē. qz ꝑcerto serui diaboli sp nitūtur bonos ad pharaonis. i. diaboli. magistri serui seruicū reuocare. Tercio dico ꝙ ē reuocatio quā facit dei gr̄a. ⁊ ista est illa qua miseri ⁊ depressi de hac mūdi miseria ad celi gloriā reuocant. sicut em q̄q̄ de captiuitate reuocat q̄s ad libertatē. sic reuocant ⁊ reducūtur boies de p̄nti miseria ad salutē. vnde dñs dicit Baruch. ij. Reuocabo inquit illos in terrā quā dedi patribus eoꝝ. Sequit. Multiplicabo eos ⁊ non minorabūtur. Quarto dico ꝙ est reuocatio quaz facit dei iusticia. ⁊ hec est illa qua deus iuste iudicās reuocat a p̄sentibus gaudijs pctōres ⁊c. Vide. j. de vocare. E superi⁹ de cōuocare. de reducere. de appellare. ⁊ de restituere. ⁊ reconciliare ⁊c.

Ridere. Risus. Nota breuit ꝙ in scriptura inuenit multiplex risus tā in bono significato. q̄ in malo. Inuenit em risus iusto rum. s. risus.

Spei ⁊ iocunditatis.
Amoris ⁊ charitatis.
Gloie ⁊ felicitatis.
Item inuenit risus malorum. s. risus.
Stulticie ⁊ fatuitatis.
Gaudij ⁊ alacritatis.
Jactantie ⁊ pomposītatis.
Ignauie ⁊ dubietatis.
Blandicie ⁊ fallacitatis.
Derisionis ⁊ puersitatis.
Dissimulatōis ⁊ tepiditatis.
Tpaliꝑ solatōis ⁊ pspitatis.

Dico ergo primo ꝙ rident iusti p spem futurorū ⁊ iocūditatez. ⁊ sic abraam spe future ꝓlis legitur risisse. Gen. xvij. Cecidit abraā in faciā suā ⁊ risit. audito. s. ꝙ erat filiū geniturus. ⁊ sic iusti in tribulatōe rident propter ꝙ eterna pmia tandem sperant. vñ Job. v. In vastitate ⁊ fame ridebis ⁊ bestiam terre nō formidabis Item dico ꝙ iusti ridēt ꝓpter amorē ⁊ ꝓpter charitatem. vñ. ij. Esdre. iij. dr. Si arriserit ridet. vñ sic videtur risisse Daniel. Dan. xiij. vbi dr. ꝙ risit Daniel ⁊ tenuit regem. Et sic videt sara risisse in partu suo filij sui ysaac dicens Gen. xxj. Risum fecit mihi dñs. ⁊ ideo filiū suū ysaac nominauit. qui interptat risus. Item dico ꝙ iusti ridēt propter eternā gl̄iam ⁊ felicitatē. ⁊ iste ē risus ⁊ gaudiū beatorū. de quo Lu. vj. Beati q̄ nunc fletis qz ridebitis. Sardinia em insula hz quandā berbā q̄ dr risus apum. qz p certo in insula celi q̄ ꝓprie dr insula (qz ibi non intrat nisi per fluctus tribulatōnū) ē hec berba gr̄ie eterne. q̄ risus apuꝝ dr. p eo ꝙ apes. j. viri iusti risu hui⁹ cōsolant. vñ puerb. xxxj. Fortitudo ⁊ decor indumentū ei⁹ ⁊ ridebit in die nō

alissimo. Isti sunt ergo diuersi risus bonoꝝ. Sz ꝗtū ad risus maloꝝ dico ꝙ aliꝙ rident ꝓ stultitiā ⁊ iniꝙtatez seu fatuitatē. vñ .puer.x. Quasi p risum stulti opaī sceī. Itē aliꝙ rident ꝓ gaudiū ⁊ alacritatē sicut voluptuosi ⁊ immūdi ꝓsperitatibus ⁊ vanitatiḇ iocūdi. de q̄bus Ecci.xxvij. Narratio peccantiū odiosa. ⁊ risus illoꝝ in delictis peccati. Item aliꝙ rident ꝓ iactantiā ⁊ pomposit atez. Eccī.xxj. Fatuus in risu exaltat vocem suā. Sir aūt sapiēs vix tacite ridebit. Item aliꝙ rident ꝓ scrupulū ⁊ dubietatez. Et sic risit sara credēs impossibile ꝙ posset parere tam antiq̄. vñ Genē.xviij. Risit sara post ostiū ⁊ tandē negauit dicēs. non risi. Item aliꝙ ridēt ꝓ blandiciaz ⁊ fallacitatem. sicut sunt adulatores. vñ Eccls.x. In risu faciūt panem. Item aliꝙ rident ꝓ derisoriā verbositatē. ⁊ sic dr Hieremi.lj. Vana sunt opa ⁊ risu digna. ⁊ sic etiā loquit Job.xxj. Sustinete me vt ego loquar. ⁊ post mea si videbit verba ridete. Item aliqui rident ꝓ dissimulatōem ⁊ tepiditatē. Et tales sunt q̄dam q̄ nihil bñt seueritatis in moꝛibꝰ. de quibꝰ dicitur Eccī.vij. Melior ē ira risu. qz ꝓ tristiciā vultus corrigit animꝰ delinquētis. Item aliꝙ rident ꝓ mūdi consolatōnem ⁊ ꝓsperitatē. Ista. n. ē sicut herba q̄ dr apum risus q̄ interficit boiem ridendo. vñ .puer.xiij. Risus doloꝛi miscebitur. ⁊ extrema gaudij luctus occupat. ⁊ Lu.vj. Vevobis qui nūc ridetis. quia plorabitis ꝛc. sufficit ergo de risu tam in bono ꝗ in malo. Vide. s. de gaudio ⁊ letitia.

Rigare. Nota ꝙ rigare ē aqua seu re humecta vel liquida aliq̄d irrigare. Sed vide supra. de irrigare. vbi dixi satis plene.

Ripa. Nota ꝙ ripa idem est ꝙ littus fluminis seu maris. illa. s. extrema pars terre q̄ aquā immediate ꝓtingit. Cum igit ripa sit illa pars terre ꝓ quā de aqua ad terrā solidā subintratur. possum dicere ꝙ cū ma re vel fluuius significent.

Vitam moꝛtalem.	Possum notare ꝙ ꝓ ripā designat moꝛtis ꝯclusio q̄
Statum vitalem.	vitam terminat. Culpe coꝛ
Culpam letalem.	ruptio q̄ mentē fulminat.
Mundum venalem.	Sancta conuersio q̄ corda
Statum moꝛalem.	rumiat. Celi possessio quā

virtus germinat. Legis instructio q̄ moꝛes semiat. Primo igit est dare ripā moꝛtalis cōclusionis. moꝛs enī ripa ē ⁊ terminꝰ huiꝰ vite. qz. s. qñ de mundi amaritudinibus ⁊ fluctibus exit. tūc ad ripam terre solidē. hoc ē dictu. ad terram ⁊ ad sepulcrū. seu etiā ad ēt̄nū inuariabilē et solidū moꝛtis statū tanq̄ ad finalē terminū puenit. qđ. s. figurat Exo.ij. vbi dr. Qr mī moysi exposuit eū in carecto ripe fluminis. Quia ꝓcerto mī nra. s. natura. deponit nos finaliter in carecto seu in barū dineto fluminis. hoc ē dictu. in cōclusione fluminis huiꝰ vite. et supra ripā toꝛrentis. i. in ripa ⁊ littoꝛe moꝛtis. vbi. s. finaliter ē status ⁊ repositio nr̄e carnis. vñ de Helyseo. dr. iij. Reg.ij. q ipe reuersus stetit in ripa iordanis cū pallio helye. Helyas. n. ē deus pallij aūt ipi humane nature datū ē sudariū. Helyseus ergo. i. quilibet moꝛtalis bō reuersus. i. qñ reuertit de hoc mundo. cū tali pallio in ripa iordanis. i. in statu moꝛtis stat. vbi finaliter seu pmiter pseuerat. Eze.xlvij. Eduxit inquit me ⁊ conuertit me ad ripam toꝛrētis. Ista ē ergo ripa moꝛtalis cōclusionis. Secō dico ꝙ ē ripa letalis coꝛruptiōis. Et sic ꝓ ripā intelligit pctm̄. qz. s. istud ē finis ⁊ meta. et etiā litt? et ripa vbi fluui? gr̄e et mare pnie terminat. Piscis. n. sine aqua nō viuit. et ideo qñ ꝓ violentiā fluctuū et ventoꝛ ad ripā et ad barenā ꝓiit. necesse ē vt moꝛiatur. Sic bō qñ ad ripā et barenā peccati ꝓiit. opoꝛtz ꝙ spūaliē moꝛiat. vt sic de aīa peccatrice dicat illud Josue.xiij. Arober sita ē in ripa toꝛrētis arnon. Arober. n. int̄pt̄atur vacuatio. et signat aiam gr̄a vacuatā. Arnon int̄pt̄at anathema erroꝛis vel ymago tristicie. et signat pctm̄. qz reuera ciuitas arober. i. aīa gr̄a vacuata. sup ripam arnon. i. sup statū peccati ponit. ibiq̄ sedet sistit ⁊ firmat. hec ē ergo ripa letalis coꝛruptōis. Tercio dico ꝙ ē ripa vitalis conuersionis. i. ripa pnie ad quā. s. nauis aie q̄ ꝓ fluct? peccati vagata erat. applicat finaliter et saluat. et ab eterne moꝛtis et damnatōnis pculo liberat. Ripe enī fluminū vt cōiter bñt harenas squalentes. bñt herbas virentes. bñt fluct? ingentes. Et vere dico ꝙ pnie vel religionis status ꝓtinet squalozem ficcitatis ⁊ asperitatis. viroꝝ honestatis et vituositatis. fluctus bone operatōnis ⁊ bonitatis. Ezec.xlvij. Ecce in ripa toꝛrentis ligna multa. Et Dañ.xij. Duo alij stabant. vnus hinc sup ripam fluminis. et alius inde ex altera ripa fluminis. Ligna enī multa. i. multe virtutes ⁊ merita in ripa religionis et penitētie inueniūt. et ibi angeli. i. viri angelici ꝙersant. Hec ē ergo ripa vitalis conuersionis. Quarto dico ꝙ inuenit ripa finalis saluationis. Et ista ē paradisus. q̄. s. finalis termin? seu ripa vbi fluctus ⁊ labores hui? seculi terminat. vt sic de beatis possit dicere illud Genē.xlj. Pascebant inquit in ipsa amnis ripa in locis vberibus et virentib?. Quinto aūt si vis dic ꝙ sine nitur ripa realis instructiōis. ⁊ ista ē sacra scriptura. Ista est enī ripa fluminis inscrutabilis volūtatis diuine. In qua. s. ripa bibūt boies et iumenta. i. docti et indocti. Unde illud ꝓdictū Dañ.xij. Ecce inquit duo alij videlicet angeli stabant. vnus hinc sup ripam. et alius inde ex alia ripa fluminis. quia reuera scriptura duas hz ripas. s. hinc et inde hoc est dictu. duplicem intellectū. Rudē vicz et subtilem Ibi igit duo angeli. i. duo genera hominū. docti. s. et indocti et alij hinc solidū alium inde lac simplicis eruditionis hauriūt ꝛc. sufficit vide de littoꝛe.

Ritus Cū ritus nihil aliud sit ꝙ mos. obseruātis. conditio. siue modus. Et est dare Ritum Justū ⁊ tolerabilem. Sanctū ⁊ admirabilez. Stultū ⁊ detestabilē. Rit? Tolerabilis ē iustoꝝ secularium. Admirabilis seu obseruabilis ē religiosoꝝ ⁊ ecclesiasticoꝝ. Rit? vo detestabilis ēviroꝝ criminaliū. Primo ergo dico ꝙ ē dare ritū supportandū ⁊ tolerabilē. ⁊ iste ē ritus mos ⁊ modus ⁊ obseruantia secularis. iste. n. ⁊ si in plurib? est fugiē dus. est tñ ad euitandū scandalū tolerandus. Et emplo. s. samaritanoꝝ de quib? dr. iij. Re.xvij. q ꝛū quidem colebant ritum tñ gentis sue vñ originaliter ꝓcesserant obseruabant. Quia. s. seculares licet deū colant fidē credendo. diuersos tñ ritus. diuerse nationes seruant. se q̄libet alteri ꝓferendo. Quilibet. n. in sua secta. ritu ⁊ obseruātia credit saluari. Et ideo oportet dei iudicio reseruatos cū patiētia tolerari. sicut etiā de scismaticis videm? ⁊ de grecis quos ecclia tolerat patienter ⁊ maxime de georgianis. armenis. nubianis. ⁊ grecis. quoꝝ diuisiones certe male sunt ⁊ vitande. sicut etiā singularitas rituū atq̄ moꝛū inter fideles ⁊ catholicos ē vitanda. ⁊ vnitas ⁊ cōitas obseruanda. iuxta illud Hume.xv. vbi dr sic. Tam inquit indigene q̄ peregrini eodē ritu offerent sacrificia. vnū erit ꝓceptū atq̄ iudiciū tam vobis q̄ aduenis terre. Est igit dare ritum supportandū ⁊ tolerabilē. Secūdo dico ꝙ ē dare ritum admirandū ⁊ venerabilē. ⁊ iste ē ritus obseruantie ecciastice ⁊ fidei. ⁊ etiā ritus religionis ⁊ honeste cōuersatōnis. Un de ritu bonoꝝ ecciasticoꝝ ⁊ religiosoꝝ dici potest illud. s. Paral.xxiij. Sepatus est aaron vt ministraret in sctāsctōrum ipe ⁊ filij eius in sempiternū. ⁊ adoleret incēsum dño sm ritū suū. sequit in fi. ca. Custodiāt obseruationes tabernaculi federis ⁊ ritum sanctuarij. Hic posses dicere de diuersis ⁊ mirabilib? ritib? orientaliū regionum quos ꝓ certu sanctitatis obseruant. sicut. s. ē apud colūbū vbi boies ꝑ fatua deuotōne ꝙ deo suo se occidūt. seu etiā trucidantes sub curru ydoli se supponūt. Sicut etiā de illis q̄ filios suos dijs suis immolant ⁊ offerūt ⁊ amoꝛē dei sui sibi ⁊ filijs anteponūt. sicut insup de illis mulieribꝰ que in rogū maritoꝝ moꝛtuoꝝ cū ipis cōburēde viue se injiciunt. ⁊ vt cū ipo ad aliud seculū transeūt seipas cū eodem comburūt. sicut hec ⁊ multa alia similia narrant marcus paulus. oroſius. ⁊ odoricus. de mirabilibus orientis. q̄ tñ ad ꝓpositū pñt adduci. ꝙ si isti ꝙ fatuas crudelitates dijs suis. i. demonib? tamincredibilia faciant. equū tñ ⁊ consonū rōni videt ꝙ nos iuste ⁊ rite credendo. vero deo debitas obseruantias faciam? ⁊ ꝙ amoꝛe ipius ritus sanctos et tolerabiles obseruemus. Hñ ergo dicit ille ietro socero suo moysi. Exod.xviij. vbi ait sic. Esto populo in his que ad deū ꝓtinet vt referas ad eū q̄ dicūt. Ostendasq̄ populo cerimonias ritūq̄ colendi. ⁊ bñ dicit. Cerimonias ritūq̄. qz. s. nō ē incōueniēs si diuerse religiones et eccie. diuersos et varios bñt ritus duz tñ oēs sint ritus et obseruātie catholice et diuino cultui opoꝛtune. Ezech.xliij. Hoc dicit

cominus deus. Hi sunt ritus altaris. Et breuiter dic q̄ circa altare. do cē statu religionis ⁊ eccie inuenīt̄ ritus

Circe penitentie. De ritu pmie p̄t dici illud Pure continentie. Numeri. xix. Si quis hoc ritu non Deuote obseruantie. fuerit expiatus. peribit aia ei⁹ de Sumende eucharistie. populo suo. De ritu vo continē tie potest dici illud Matth. viij. Tolle inquit leuitas de me dio filioz israel ⁊ purificabis eos iuxta ritū hūc. Aspergant aqua lustrationis. ⁊ radant oēs pilos carnis sue. Ritus em penitentie req̄rit q̄ hō a societate seculariū sepet aq̄ lacrimaz lustret ⁊ expiet. ⁊q̄ pili carnis sue. i. oēs carnales motus rejciant. radant ⁊ abstergant. De ritu etiam deuote obseruantie dicit. s. ritus obseruantie festoz dicit Exo. xij. Custodietis diem istū ritu ppetuo. De ritu insup sumēde eucharistie dici potest illud qđ de agno paschali dr Exo. xij. Juxta quē ritū tolletis ⁊ beduz. immolabitq̄ bestia vniuersa multitudo filioz israel ⁊c. Sed quid certe multi sūt q̄ rit⁹ tabernaculi. i. ritus ⁊ obseruātias religionis ⁊ ecclesie nunq̄ tenēt. § ad ritus seculares ⁊ fatuos se transportant. ⁊ in estu ⁊ in habitu. actu pariter ⁊ affectu ritibus secularibus ⁊ moribus se gubernant. sicut de filijs israel dr. iij. Reg. xvij. Dr coluerūt deos alienos ⁊ ambulauerūt iuxta ritū gentiū. Et potissime religiosi ⁊ clerici hō stri qui excurtant ⁊ circūcidūt vestes suas ad ritum ⁊ formaz iuuenū secularū fatuoz p̄t dicere illud Gen. xxxiij. Si circūcidamus masculos nostros ritū gētis imitantes. ⁊ substātia eoz ⁊ pecora cuncta q̄ possident nostra erunt Non sic. § obseruemus ritus religionis ⁊ eccie debitos ⁊ honestos. dimittam⁹ seculares ritus inutiles. supuacuos ⁊ funestos. iuxta illud Judith. xiij. Achior relicto gentilitatis ritu credidit deo. vt sic ipsis dicatur illud Leuit. viij. Septem inquit diebus finit consecratio. sicut in p̄sentiarū factū est vt ritus tabernaculi compleret. die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruātes custodias dñi. vt ⁊ dicatur illud. ij. Paral. xxxv. Omnis ergo cultura dñi rite cōpleat. Patet igit̄ q̄ ē dare ritum admirandū ⁊ venerabilem. Tercio vo dico q̄ est dare ritū euitandū ⁊ detestabilem. Et iste certe ē mos ⁊ ritus hominū impioz ⁊ potissime ydolatrarū ⁊ hereticoz. ⁊ diuersis ypocrisibus ⁊ suspectis obseruātijs deditoz. sicut de ꝓphetis baal dr. iij. Reg. xviij. q̄ dabant voce magna ⁊ incidebāt se iuxta ritum suū cultris ⁊ lanceolis. Et breuit̄ dic q̄ mali sequūtur

Ritum Populatis insolentie. Secularis auaricie. Singularis obseruātie.

De ritu insolētie popularis quō. s. omnes mali ipm seqū nitūtur patet de iasone ⁊c q̄ dr. ij. Machab. iiij. Dr post principatū receptū ꝓtribules suos ad gentilē ritū transferre cepit. Quia reuera illi qui in hoc mūdo diuitias ⁊ principatū habēt ꝓtribules suos. i. filios ⁊ amicos ad superfluos mūdi ritus transferre student. De ritu auaricie secularis. dici p̄t illud. ij. Paral. xxviij. vbi dr. q̄ ille pessim⁹ rex achaz adoleuit incēsū i valle bēnon ⁊ lustrauit filios suos i igne iuxta ritum gentiū. quas interfecit dñs. Lustrare. n. i igne nihil aliud ē q̄ ardore auaricie p viribus filios atq̄ subditos inflammare. De ritu insup obseruātie singularis quē. s. ypocrite obseruant ⁊ a cōmuni ritu aliōz se sepant p̄t dici illud. ij. Macha. xj. Audiuimus inquit iudeos non consensisse patri vt transferrētur in ritum grecoz. Sic igit̄ patet quomō ē dare ritū. tolerandū. venerandū ⁊ detestādū. Vide vbi mos. modus. consuetudo ⁊ cetera similia.

Rinus. Rini. Cū rinus nihil aliud sit q̄ ꝓ fluuiū aquaz fluentium de fonte. vel de fonte. Possumus notare breuiter q̄ in scptura inueniūtur multe species rinoz. Sunt em Rini

Cruoris ⁊ afflictionis. Merozis ⁊ cōpūctōnis. Dulcoris ⁊ cōpassionis. Splendoris ⁊ discretōis. Saporis ⁊ vegetatōnis. Valoris ⁊ fruitionis. Fetoris ⁊ infectionis. Laboris ⁊ veratiōnis.

Sic beata virgo compatur soli in claritate. patet qr ha buit inter omnes gratiam dei non solum sicut t ceteri fidem. immo experimenta lem cognitionem. nam ipa sciuit se sine virili semine cōce pisse. sine dolore peperisse t multa alia. Ideo dicamus q beata virgo Fuit clarior in cognitōne. Fuit etiam feruen tior in dilectione. Fuit etiam fecūdior in operatōne. Fuit etiam dulcior in eruditione. Ad in ipa sola. fides in pas sione remansit. Lu. ij. Maria autem conseruabat om ia verba hec in corde suo cē. Mota sex conditiones quas be ata virgo seruauit. vicz Utendo innocenter. Inquirēdo sapienter. Conferendo libenter. Memorando frequēter. Obediendo humiliter. Continuando perseueranter. Ha buit puritatem incorruptionis. qr virgo. Sedulitatē inqi sitionis. Quō fiet istud. Utilitatem collationis. Conferes in corde suo. Assiduitatem rememorationis. Cōseruabat omnia verba hec. Humilitatem obeditionis. Ecce ancilla domini. Firmitatem ptinuatōnis. Actu. j. Hi omes erant vnanimiter perseuerantes in oratione cum mulieribus t Maria matre iesu. Item ipa fuit feruentior in dilectō ne. patet in passione filij sui domini nostri. nec mirū si vni cū filiū diligebat summe. Item ipa fuit fecūdior in ope ratione. vñ beat? Ambro. in li. ij. de virginitate dicit. Quid nobilius dei matre q oim regū nobilissimū genuit deum? qđ splendidius ē ea. quā splendor elegit? qđ castius est ea q corpus sine corpis ptagione generauit? vt de ceteris vir tutibus taceas. virgo erat non solū corpe. s etiam mente. corde humilis. verbis grauis. animo prudēs. loquēdi par cior. legendi studiosior. nō in numero diuitiarum. s in pce pauper spem reponens. intenta operi verecūda sermone arbitrū habens non hoiem s deū q̄rere. nullū ledere. oīm bus bene velle. maioribus cōsurgere. rōnem sequi. virtu tem amare. Q̄ ista fastidiuit humilem. qñ deseruit debi lem. quando vitauit inopē? nihil est in oculis tonū. nihil est in verbis, pcax. nihil in actu verecūdum. nō gestu san ctior. non incessu solutior nō vox speculatior. vt ipsa spes corporis simulatiuū fuerit mentis. figura ,phatis. talem hanc euangelista demonstrauit. talem angelus reperit. ta lem spūssanctus elegit. que digna fuit ex qua filius dei na sceretur. Item ista fuit suauior in eruditōne. Beatus Bern. in quodam sermone dicit. Ille solus sileat o beata virgo Maria laudes tuas. qui te fideliter inuocatā sen serit vnq̄ in suis necessitatibus defuisse. et quid mirum si inuocata adest que etiam non vocata presto adest? Item in alio sermone. Maria omnibus omnia facta ē. sapienti bus t insipientibus copiosissimā charitate debitricē se fe cit. omnibus misericordie saccum aperuit. vt de plenitudi ne ipius accipiant omnes. captiuus redemptionem. eger curationem. tristis consolatōnem. peccator veniam. iust? gratiam. angelus leticiam. denique tota trinitas gloriā. Di ctum est igitur de signo nostre redemptōnis s. de dei filio incarnato. Secundo principaliter dicendum est de si gno nostre defensionis. sez de signo crucis. Crux em signū significat dominicam passionem. nostram per lignū salua tionem. hostium exterminationem. paradisi apertionem. Et sic breuiter notabo q crux est Signū

Amoris	Est dico crux signū amoris. Sicut em
Valoris.	color rubeus significat calidam t fer
Terroris.	uidam complexionem. Sic vere crux
Honoris.	xpi sanguine rubefacta signus summi
Decoris.	amor? t feruidi fuit facta. vt sic ab ipa
Defensionis.	cruce dicatur illud Cantico. viij. Po ne me vt signaculum super cor tuum. Item dico q est si gnum valoris. t sic figuratur per serpentem eneum pro si gno in palo eleuato. quem aspicientes a serpentum mor sibus sanabantur. Numeri. xxj. Fac serpentem eneum et pone eum pro signo cē. Quia salicz si signum crucis t ser pentis. id est xpi in eo pendentis aspereris ab alijs serpē tibus scilicet a demonibus saluus eris. Xpus enim cruci fixus fuit signum. quia positus est in ruinam t resurrectio nem multorum t in signum cui contradicetur Lu. ij. Itē dico q crux est signum terroris. Signum enim t vexillus magni ducis. terror ē ipsis inimicis. signum em saluegar die regis solent homines timere. t ne contra faciant p cauere. Sic vere signū crucis ab hostibus infernalibus ti met. t vbi in corde deuoto t in cōuersatōne sancta signus illud viderint. statim retrocedere cōpellunt. vñ etiā dya bolus de iudeo q signū crucis fecerat inuenisse se dixit vas vacuū s signatū. sicut dr in vita sp tus. Et ideo in ps dicit. Timebunt qui habitant terminos terre a signis tuis. vt t nos dicamus. Ecce signū dñi. fugite ptes aduerse. qr hoc signū crucis erit in celo cū dñs ad iudicandū venerit. Itē dico q crux ē signū honoris. illi. n. q portāt signa et arma regis sibi reputāt ad honorē. Sic vere illi q istud crucis vexillū portāt in corpe t in ore t in corde. vt sic crux dicat

expressa signo sanctitatis. gloria bonoꝝ et opus fortitudinis. Item dico q̄ est signū decoris. q̄ certe istud signuꝫ totū decorat puerilatione fidelīū. q̄ ipm in seipīs p bona opera reputant. ps. Signatū ē sup nos lu. vul. rū. domine

Item dico q̄ crux est signū defensionis. p istam em̄ ab hostibus defendimur. ⁊ a periculis mortis eterne pseruamur. Juxta illud Eze. ix. Signa thau super frontem virorum gementiū ⁊ dolentiū ⁊c. Et dicit ibidem. q̄ omnes illi qui signati fuerūt. a morte preseruati fuerūt omnes autez alij perierūt. Thau aūt littera ē que signū crucis repsentat. Quia ꝑcerto q̄ istud signū in fronte. i. in interiori ⁊ exteriori cōuersatione habuerit a mortis eterne periculo tutus erit. Sic ergo dictū est de signo defensionis. s. de cruce

Tercio principaliter dico de signis pfectōnis. Et sic dico q̄ per signa pñt intelligi gratie ⁊ virtutes. quib⁹ viri iusti sicut peregrini tendentes ad celestem gloriā sunt signati. Peregrini em̄ portātes signa sanctoꝝ viri devoti iudicantur. ⁊ ad suū hospitiū reuerti merito estimantur. Pauperes etiam portantes signū recipiuntur in conuiuium et oues ꝓprie a pastore signate in domicilū introducūt. Sic ꝑcerto charissimi illi qui signa virtutū secū portāt. de peregrinatōne huius mūdi ad celi patriā ꝓperant. ⁊ ad summi regis cōuiuiū sine refutatione intrant. Igitur angelus qui habebat signū dei legit dixisse Apoca. vij. Signemus seruos dei nostri in frontib⁹ eoꝝ. Et cuilibet virtutibus signato dicit illud Ezech. xxviij. Tu signaculū similitudinis. plenus scia. pfectus decore ⁊c. Et potes hic ponere q̄mō equi boni spes ⁊ moneta ad certa signa cognoscūtur. Et applica similiter quomō iusti certis signis celestib⁹ cōparantur. Et nota de septem sigillis alio loco. Et aduerte diuersa diuersis causis solent signari. Signatur em̄

Littera vt expediatur.	Istis signis ꝓpter dubio
Arcba ne aperiatur.	charissimi signat deus si-
Locus vt inueniatur.	gnis virtutuꝫ viros scōs
Res vt cognoscatur.	⁊c. Vide in sermone. Au-
Mercatura vt bona dicit.	diui numeri signatoꝝ vbi
Dom⁹ ne plus inuadat.	de sigillis septem ⁊ de si-

gnatione virtutū inuenies ad plenū ⁊ pone totū h. Istud est dictum de signo pfectionis. Quarto principaliter dico q̄ in scriptura inuenitur signū corruptionis. corruptionis vel infectōnis. Homines em̄ ⁊ pcora leprosi cognoscūtur per certa signa. Sic ꝑcerto peccatores ⁊ infecti ⁊ corrupti per certa indicia cognoscūtur. Un̄ nōta q̄ peccatoꝝ

cognoscitur ꝑ signū.	Dico ergo q̄ sunt q̄dam
Superbie ⁊ pompositatis.	signa superborum. ⁊ ista
Luxurie ⁊ carnalitatis.	sunt elcuatio oculoꝝ. cu
Malicie ⁊ fallacitatis.	riositas vestimentoꝝ.
Auaricie ⁊ cupiditatis.	iactantia verboꝝ ⁊ cete

ra similia. De hoc Hester. xiij. Tu scis q̄ abhominer signū superbie quod ē super caput meū. Superbia em̄ signo leonis comparatur in cui⁹ constellatōne nati. iracūdi et superbi efficiūtur. Est em̄ signū igneū ⁊ diurnū qđ est de prima triplicitate. q̄. s. superbia homines facit vanos. igneos ⁊ crudeles. primā triplicitatē. i. prima loca diligētes ⁊ diem manifestatōnis suoꝝ laudabiliū operū appetentes. Item est signū immūdoꝝ. q̄ ꝑcerto luxuriosi cognoscūtur p plura signa mala. Luxuria. n. similis est signo capricorni qđ homines facit turpes. ⁊ p se in immūdicijs delectantes. Est em̄ signū terreū ⁊ nocturnū. in quo dominat saturn⁹. Sic vere luxuria homines turpes ⁊ infames facit. ipōsq̄ ad delectationē immūdiciarū allicit ⁊ nocturnū signū dr. eo q̄ in obscuro ⁊ in occulto opera sua facit. Et de isto signo luxurie dr. Apoca. xiij. Qr bestia q̄ ascēdit de abysso. faciebat signa ita vt ignem faceret de celo descendere. Bestia. n. i. bestialitas luxurie. q̄ de abysso. i. de insatiabilitate carnis ascēdit ignē malor⁹ desideriorꝝ in hoibus accēdit. et tūc plura mala signa exterius oñdit. vñ luxuriosis psonis dicitur illud Eze. xvj. pdictū. Fecisti tibi ꝓ fibulū in cūctis plateis ⁊ ad omne caput vie. i. publice. Quia. s. mali ornat⁹. dissoluti gressus. ⁊ inhonesti affatus. ac immūdi aspectus que a mulieribus in publico fiūt. signa luxurie sunt manifesta Equo. n. qui est videndus ponit certū signū sup caput. sic istis ⁊c. Item dico q̄ est signū ꝑditoꝝ hominū. ⁊ istud est signū hypocrisis ⁊ fallacis amicicie. Signū. n. q̄q̄ est falsum quod non suū repñtat significatū. vñ latrones q̄nq̄ ponūt signa publica in vijs periculosis. vt homines ibi signis inducti ⁊ decepti ad periculū trabant. Sic diabolus ponit falsa signa hypocrisis in malis hominibus ⁊ proditoribus. vt per eos leuius transeūtes per mūdū ad inferni periculuꝫ trabant. De quibus Matb. xxiij. Surgent pseudochristi ⁊ pseudoprophete. ⁊ dabūt signa et multos seducent. Istud signū simile est signo scorpionis. q̄ scorpio facie lambit. ⁊ cauda pungit. Sic proditor osculando blandit. ⁊ tamē blandiēdo decipit atq̄ ledit. Mat. xxvj. Traditor aūt dedit eis signū dicens. quēcunq̄ osculatus fuero ipse est tenete eū. Item est signū auaroꝝ. ⁊ istud est signū cayn qui interp̄tatur possessio. s. tremor capitis. quia sez solent continue formidari. de talibus igit malis signis vide infra de inuentionibus septem sigillorū. et hec igitur sufficiant quo ad pñs.

Silentiū. silere. Nota q̄ silē accipit pro tacere. accipitur ꝓ quiescere. accipitur pro cessare. accipitur pro non audere. Pro tacere sumitur. j. Macbab. vij. Siluit terra iuda paucos dies. Pro quiescere sumitur. Job. iij. Nūc enim dormiēs silerem ⁊ somno meo requiescerem. Pro cessare sumitur. Ezeb. xxj. vbi dicitur. Mucro domini ingredere in vaginam tuam ⁊ refragrare ⁊ sile. Pro non audere sumitur. j. Macbabeo. j. vbi de alexandro dicitur. Qr ipse obtinuit spolia gentium. ⁊ siluit terra in conspectu eius. Non prosequor. quia infra de taciturnitate dicetur ⁊ quere in loco suo.

Similitudo. Nota q̄ i scriptura inuenitur multiplex similitudo. s. Quedā mirabilis ⁊ stupenda. Quedā laudabilis ⁊ babēda. Quedam damnabilis ⁊ cauenda. Prima est similitudo xp̄i incarnati. Secunda est similitudo iusti repati. Tercia est similitudo impij damnati. Primo modo fuit xp̄us mortalibus assimilatus. Quia sicut dicitur Philip. ij. Ipse fuit i similitudinem hominū factus ⁊ habitu inuent⁹ vt homo. Secūdo modo iustus semper est melioribus cōformatus Luce. xij. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs. Tercio mō impius semper est deterioribus comparatus. Qr ia sicut in Psal. Homo vanitati similis factus est. Et de ista igit triplici similitudine aliquid est per ordinem dicendū. Dicamus ergo primo q̄ est similitudo mirabilis et gloriosa. ⁊ ista est illa qua deus similis factus est hominibus p carnis assumptionem ⁊ per mortalem conditōnem ⁊ completionē. Sol em̄ videtur aliquādo eclypsari. ⁊ obscurari ad similitudinem lune. q̄uis in veritate nec eclypset nec mutetur. hoc em̄ facit vmbra ⁊ interpositio lune que quando q̄ visum solis impedit. quando sibi in nouilunio se coniūgit. Sic vere ipse sol dei filius ad lune. id est ad mortalis inflexibilis nature similitudinem obscuratus fuit. quando ipse lune. id est mortali ⁊ carnali nature ert rit vnitus ⁊ cōiunctus q̄uis in re veritate nūq̄ in se fuerit immutat⁹. Juxta illud Malab. iij. Ego dominus qui non mutor. vnde de ista similitudine dicit Roma. viij. q̄ deus filiū suū misit in mūdum in similitudinez carnis peccati. Radius em̄ transiens per vitrū. vitri colorē ⁊ similitudinem secū portat. ⁊ tamē vitrū non violat neq̄ cassat. Sic vere eū xp̄us per carnē virginis transiuit ipam non corrupit nec violauit. ⁊ tm̄ carnis similitudinem. s. corpus qđ assumpsit propriū secū tranit. Un̄ iste videt posse dicē illud qđ samson Judic. xvj. Si ligatus fuero nouis funibus que nūq̄ fuerūt in opere infirmus ero ⁊ alioꝝ bominū similis. Bene em̄ funes fuerūt viscera ꝗginis glorioſe. quoꝝ amor samsonem dei filiū traxit ⁊ ligauit. que in opere carnali nūq̄ fuerunt inquantū illā p carnis copulā nullus bominum maculauit. Istis igitur ligatus infirmus factus est carnē assumēdo. ⁊ similis alijs hoibus humanitus cōuersat do. illud Sap. vij. Sum q̄dē ⁊ ego mortalis bō filius boib⁹. Ubi aduerte q̄ iste similis est hominibus. s. q̄tum ad

Naturę veritatem	Primū probat realis
Propriam diuinitatem.	q̄ditas. sum quidem.
Corporis qualitatem.	Secundum ꝓbat no-
Intimam charitatem.	minis dignitas. Ego.

Tercīū probat carnis raritas. Mortalis homo. Quartū probat cōmunis paritas. Similis hominibus. Dico q̄ deus est similis nobis q̄tum ad nature veritatem. Verā em̄ carnem habuit z non fictam. sicut dixerūt here. ici. qō ostenditur cum dicitur. Sum quidem. Unde cū discipuli turbaretur de xp̄o. d. quia fantasma est. ipe respondit. habete fiduciā q̄ ego sum. q. dicat: non sum fantasticus. immo verus vt sic ei dicatur illud Esa. xiij. Et tu vulneratꝰ es sicut z nos. nostri similis effectus es. Et illud Exo. iij. Erat similis carni reliqe. Deinde dico q̄ nobis ē similis q̄tum ad p̄iam diuinitatem. Ego inquit. quod ē p̄me persone. signans illum qui dicit ego sum primus z nouissimus. Esa. xliij. Quia. s. deus habet similitudinem cū anima rōnali. q̄tum ad intellectum. memoriam z voluntatem. d. illud Gene. ij. Faciamus hominem ad ymaginem z similitudinem nostram. Denicq̄ dico q̄ est nobis similis q̄tum ad corporis qualitatez. quia. s. ipe fuit mortalis homo. Unde Pbūp. q. dicit. q̄ in similitudinem hominū factus est. z habitu inuentus vt homo būiliauit semetipm factus obediens vsq̄ ad mortē. Insuper fuit nobis similis q̄tum ad mutuam charitatē. Similis inquit hominibus. Similitudo em̄ significat amorem. quia. s. similitudo mater est amicicie. ip̄s autē hominibus se charitative assimilauit. z omniū salutem appetens se diuersis diuersimode conformauit. vnde z aliquādo cū apostolis orabat. aliquādo cū peccatoribus manducabat. vt de ipō dicam̄ illud Jaco. v. Helyas homo erat similis nobis. Et ideo si valiter p̄ter istā quadruplicem similitudinē quā ad būanū genus habuit. sancti in gloria summe gaudent. quando deum sibi simile videbūt. Juxta illud. j. Jobā. iij. Scim̄ quoniā cū apparuerit similes ei erimus. Ista est igitur similitudo mirabilis z gloriosa. Verūtamen adhuc possumus dicere q̄ iste p̄m diuersas conditiones. ad diuersas referē assimilatones. Unde iste dicitur similis Homini q̄tum ad incarnationem. Boui q̄tum ad passionem. Leoni q̄tum ad resurrectōem. Aui. s. aquile q̄tum ad ascēsionem. Iste figurat in similitudine quā vidit Ezechiel q̄ vidit vnū animal quod erat simile in quatuor suis partibus quatuor dictis animalibus ꝛc. Unde ipe de seipō potest dicere illud p̄s. Similis factus sum pellicano solitudinis factus sum sicut passer solitarius in tecto. Marra si vis de pellicano qui se vulnerat p viuificatiōe pullorū ꝛc. Ista ē ergo similitudo mirabilis z gloriosa. Secūdo dico q̄ est quedam similitudo laudabilis z virtuosa. z ista ē illa qua quilibet debet esse p posse suo similis. s. deo z sanctis. q̄nis em̄ dicatur illud p̄s. Nō ē similis tui in dīs domine. z non est p̄m opera tua. nihilominus tñ in quantum est humane conditioni possibile. semper debz homo conari q̄ deo z sanctis in virtutibus assimiletur. z q̄ eis in moribus conformet. Omnia em̄ appetūt assimilari suo p̄incipio z suo esse. z inde est q̄ in omni p̄fecta generatōne semper p̄ducitur simile. sicut de homine generatur homo. de frumento frumentū. de vite vinū. z sic de alijs. q̄uis in imperfecta p̄ductione quandoq̄ dissimile de dissimili oriat. sicut patet. quia pediculus nascit de homine. z vermis de carne. Sic p̄culdubio chariſſimi nos debemus naturaliter appetere assimilari in moribus deo z sanctis qui fidei z salutis nr̄e sunt cā. z totius bonitatis p̄incipiū z origo. Gen. j. Faciamus hominē ad similitudinem nostram. Sapbyrus em̄ quāto est melior. tanto ē coloris celestis p̄inquior z similior. Sic p̄certo illi qui sunt i moribus meliores. sunt in colore. i. in conuersatione celo. id ē celestibus hominibus similiores. vt sic dicat homo illud Esa. xliij. Ascendam in celum sup astra dei exaltabo solium meū. similis ero altissimo. Videe eam supra de ascendere. vt z sic figuretur homo in illis similitudinibus. de quibus. iij. Reg. vij. q̄ salomō sculpsit in tabulis cherubin leones z palmas z similitudinem hominis stantis. Ubi aduerte q̄ nos debemus deo z sanctis in quatuor cōditionibus assimilari. vicz In scientie splendore limpido. Cherubin. In audacie rigore ferūdo. Leones. In dementie dulcore fluido. Palmas. In cōstantie vigore solido. Hominis stantis. Igit̄ simus homines similes viris Limpidis z prudentibus. Rigidis z audacibus. Fluidis z dementibus. Solidis z constantibus.

Dico q̄ debem̄ esse similes viris prudentibus z limpidis. Et istud denotat similitudo cherubin que erat q̄dam figura vergens ad similitudinem aquile que est auis clarissimi visus. z denotat illos qui in templo ecclesie visum discretionis z prudentie habent clarum. ita q̄ prudenter videnᵗ. considerant z cognoscūt illa que pertinent ad salutem. Deutro. xxviij. Adducet dominus super te gentez in similitudinem aquile volantis. Ut sic figurentur tales in illis similitudinibus animalium que vidit Ezechiel. vbi erat similitudo aquile z similitudo animaliū. z aspect⁹ q̄si carbonū ignis ardentiū. z q̄si aspectus lāpadaꝝ. Sicut dr̄ Eze. j. Quia p̄certo chariſſimi inter sctā aialia. i. int̄ sanctos viros illi sunt p̄cipue ammirandi. q̄ sunt sicles aquile clare videntiq̄ splendorē sapiētie. Carboni ardenti per fauorē amicicie. lampadi splendēti p fulgorē honeste apparentie. Et istud etiā signat ista interp̄tatio nois cherubin. q. s. cherubin p̄m Hiero interp̄tat̄ scie plenitudo. Et ideo de similitudine aliuz pōt dici illud. j. Paral. xxviij. Dedit eis aurum multū vt ex ipō fieret similitudo quadrige cherubin. z Ezech. xxviij. dr̄. Tu signaculū similitudinis plenus sapientia z pfectus decore. Sequit̄. Tu cherubin et tentus z ptegens. Vide si vis. ē. de cherub. Simus igitur similes vt dictū est viris prudentibus z fluidis. Simꝰ etiā similes viris audacibus z rigidis. leones inquit. quia scz ad modū leonū debemus esse audaces ad oīne opꝰ bonū agendū. q. s. sicut dr̄. puer. xxx. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. Ista p̄tinet ad p̄latos. q̄ debent esse rigidi z seui in iusticia p̄sequēda. Ista etiaz apparuerūt in martyribus q̄ audaciores leone tyrannis intrepide restiterūt. Leones inquit. vt sic de quolibet tali dicat illud. j. Macha. iij. Similis factus est leoni in operibꝰ suis. vide. ē. de leone. z assimila virū iustū q̄ibus volueris cōditionibus. Leones inquit. Simus insuper similes viris dementibus z fluidis. palmas inquit. Palma. n. que fructus dulces dactilos p̄ducit. p̄ter qō ab elephantibus frequētat̄. viros misericordes designat. qui portant fructū dulcē misericordie z operuz pietatis. q̄ scz elephātes. i. pauper nutriūt. qui ipos frequētant z circueunt. Un de assimilatōne viroz piorz z dementiū dicit Lu. x. vbi dīs petit q̄s videret̄ prim⁹ illi sauciato. z rñdit legisperitꝰ. q̄ ille q̄ miam fecerat in illo. Xp̄us ḃo dixit ei. vade z tu fac similit̄. Palmas inquit. vt sic dicat quilibet pauper illud Cañ. vij. Ascendā in palmā z apprehēdam fructꝰ eius. vide. ē. de palma. z compa virū pīm. etiaz in alijs conditionibꝰ palme. Similes ergo simꝰ viris dementibus z fluidis. Denicq̄ simus similes viris cōstantibus z solidis. Et similitudinē inq̄t bonis stantis. Stare em̄ p̄stantiā signat z virtutē. sicut cadere designat incōstantiam z infirmitatē. Quia p̄culdubio nos debemus esse similes sanctis viris. q̄ in fide z in moribꝰ fuerūt stabiles z manentes. vt sunt similes nō stellis erraticis. immo firmis q̄ scz berent q̄petuo firmamēto. Juxta illud. j. Cor. x. Qui stat videat ne cadat. Similitudinez inquit bois stātis. vñ Lu. xij. Et vos similes hoibus expectantibꝰ dñm suū. Ut de infra de stare. Et sic igit̄ dico q̄ nos debemus esse similes viris p̄stantibꝰ. dementibꝰ. audientibꝰ z prudentibus. Quetñ p̄culdubio sunt hodie p̄ multos q̄ magis volunt z student esse similes malis p̄sonis q̄ bonis viris. impīs q̄ honestis. vñ p̄culdubio chariſſimi. isti non sunt cherubin sices seu aq̄le ℔ noctue. nō leonibꝰ ℔ lepozibꝰ. non palme ℔ spine. nō homi stāti. ℔ potiꝰ boi corrūpti. Isti. n. non bñt more aq̄le visum. ℔ potiꝰ more noctue oculoz cordiū ceatatem. Isti etiā more leonis nō sunt audaces. ℔ more lepoz sunt fugaces. Isti insup more palme nō sunt hominū p elemosinas nutritiui. ℔ more spine sunt eoz rapīas z eractionibus pungitiui. Isti nihilominus more hominis stantis nō sunt in bono p̄severantes. ℔ potius more ruentis hominis ab omni bono opere desistentes. Et ideo breuiter de istis potest dici illud Lu. vij. Cui similes sunt pueris sedētibꝰ in foro. q. s. puer. nec ē sagax nec ē audax. nec ē p elymā fluidꝰ. nec ē p stātiā solidus. Nō bēamus igit̄ similitudinē sicut isti pueri q̄ nō sunt p cōstantiam solidi.

Non sic chariſſimi. ſ habeamus bonā ſimilitudinez ⁊ nō malam. quia ſicut dictū eſt quedam eſt ſimilitudo laudabilis ⁊ virtuoſa. De hoc autez q̄ homo libenter aſſimilat illi cui aſſociatur. vide infra de ſocietate. Tercio dico q̄ eſt quedam ſimilitudo viciosa ⁊ damnabilis. ⁊ iſta eſt illa qua mali alijs malis libenter aſſimilantur. Quia ſicut cera murat diſpoſitionem ſuā ⁊ figuram ſuam ad diſpoſitionem ſigilli cui imprimit. ⁊ ſigillo ſimilis efficitur. Sic vere homo aliox moribus ſe aſſimilat. ⁊ ſic quando eis per ſocietatem adiūgitur. ipox malis impreſſionibus ⁊ conditōnibus ſe conformat. Juxta illud ,puerb. xxij. Amicus ſtultox ſimilis efficit. Poſſum igitur notare q̄ mali libēter ſe conformant viris

Impijs ⁊ crudelibus.
Immūdis ⁊ carnalibus.
Auaris ⁊ tenacibus.
Hypocritis ⁊ fallacibus.
Superbis ⁊ inanibus.
Laſciuis ⁊ ludentibus.
Obſtinatis ⁊ ſeipōs indurātib⁹.

Habent igit̄ iſti ſimilitudinem crudelitū. vñ iſti ſunt figurati in illa boxribili beſtia. de q̄ fit mentio Apoca. xiij de qua ibidem dicitur q̄ ſimilis erat pardo. Pardus .n. e animal crudele ad ſanguinem preceps valde. Item gerūt ſimilitudinem carnaliū. Unde iſti ſunt ſimiles beſtijs que naturaliter ſunt immūde. Eccls. iij. Dixi de filijs hominū vt p̄baret eos deus ⁊ oſtenderet eos ſimiles eſſe beſtijs. Unde de luxurioſis dicitur Hiere. xxiij. In ,pbetis hieruſalem vidi ſimilitudinē adulterantiū. Item gerunt ſimilitudinē tenaciū. Et ſic ſunt ſimiles vrſo qui cibos ſuos nulli vult libenter dimittere. ſic nec auarus bona ſua. Ūñ Dañ. vij. Ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte. Item iſte gerūt ſimilitudinē fallaciū hypocritarum. De quibus Matb. xxiij. Ue vobis hypocrite qui ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis Item gerunt ſimilitudinē inaniū. de quibus pſal. Homo vanitati ſimilis factus eſt. Item gerunt ſimilitudinem ludentium. quia. ſ. iſti nihil aliud querūt q̄ in ludis et ſpaciamentis occupari. Matb. xj. Similis factus eſt pueris ludentibus in foro. Item gerūt ſimilitudinē ſeipōs indurātiū. Unde Job. xxxviij. In ſimilitudinē lapidis indurantur aque. Hoc igit̄ de ſimilitudine ſuff. cit. Vide. ſ. de ymagine. de imitari. de ſicut. de quaſi. ⁊ in alijs ſimilibus. ⁊ infra vide de ſocietate.

Symon. Vide ſupra vbi beatitudo i illa auctoritate. Beatus es ſymon bariona. et ſi non ſufficit adiūge q̄ tabula indicat adiūgēda.

Simplex. Simplicitas. Cum ſimplex dicatur quaſi ſine plica. Notandū q̄ ſimplicitas idem eſt q̄ innocentie veritas et puritas. Vir enim innocens ⁊ ſimplex in ſuis moribus ⁊ actibus ſemp̄ ē planus. nunq̄ per duplicitatem et fallaciam plicatus. Plica eñ obſcuritatem continet. ⁊ duplicitatem habet. Quādo eñ pannus plicatur. tūc duplicatur. ⁊ tūc ſub plica aliq̄d occultatur. Sic vere plica falſitatis ⁊ malicie duplicitatē imporxat. ⁊ ſemper aliquid de veritate abſcondit in corde interius ⁊ occultat. Sed ,pcerto ſimplex qui nūq̄ vtit tali plica ſemper eſt planus ⁊ apertus. ⁊ nūq̄ abſconditus aut velatus. Juxta illud eſtote prudētes ſicut ſerpentes ⁊ ſimplices ſicut colūbe. Mat. x. Ubi aduerte q̄ ſimplex ⁊ innocens habet. Longitudinē in duratōne. Eſtote. Limpitudinem in cognitione. Prudentes. Aptitudinem in cōiunctione. Sicut. Mititudinem in conditōne. Serpētes. Firmitudinem in dilectione. Et. Rectitudinem in intētione. Simplices. Promptitudinē in affectōne Sicut. Pulcritudinē in conuerſatione. Colūbe. Iſte eñ ſunt octo cōditiones viri ſimplicis. Primo dico q̄ iſti habent durationis longitudinē. Quia ſicut res ſimplices i natura ſua magis ſunt durabiles q̄ compoſite. Sic viri innocentes ⁊ ſimplices magis ſunt in moribus perſeuerantes. quod oſtenditur cum dicitur. Eſtote. Juxta illud Eccli. v. Eſto firmus in via domini. Unde Job. ij. Adhuc permanes in ſimplicitate. Elephas eñ eſt animal ſimpliciſſimum. in vi endo diuturniſſimū. ⁊ in ſtando fortiſſimū. Unde de durabilitate talū dicitur ,puerbio. ij. Qui eñ recti ſunt habitabūt in terra ⁊ ſimplices permanebūt in ea. Secundo dico q̄ iſti habent cognitionis limpitudinem. Res .n. quāto ſimpliciores. tanto ſunt cōmuniter clariores. patet i corporibus celeſtibus. ⁊ in luce que ſimplicia dicuntur. eo q̄ de elementis minime componūtur. Sic ſimplex homo a deo plus illuminatur vera prudentia q̄ illi qui confidunt in ſua ſapientia. Capra eñ que eſt animal ſimpliciſſimū. viſum habet limpidiſſimū ⁊ acutiſſimū. Sic vere ſimplices viſum diſcretionis habent ſubtiliſſimū. Et de hoc poteſt dici illud Lu. xj. Si oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuū luminoſum erit. ⁊ hoc oſtenditur cum dicitur prudentes. De quo Matb. xxv. Prudentes virgines aptauerūt lampades ſuas. Tercio dico q̄ iſti habēt conīūctionis aptitudinem. De natura eñ ſimplicis eſt faciliter credere. ⁊ ſe libenter alija conformare. Res eñ q̄ ſunt puriores ⁊ ſimpliciores. ſunt naturaliter conuertibiliores patet in aqua pluuiali. Etiaz ouis que eſt animal ſimplex faciliter ſequitur preceſſorem. Sic iſti. quod oſtendit cuz dicitur. Sicut. quia iſti faciliter fiūt ſicut alij per imitationem vt dictū ē. Unde Philip. ij. Sitis ſine querela ſicut ſimplices filij dei. Quarto dico q̄ iſti habent conditionis mititudinē. Mite eñ plane. dulciter ⁊ ſuauiter cōuerſantur. quod oſtendit cū dicit. Serpentes. Quia. ſ. ſerpētes non currēdo nec ſaltando ſ ſuauiter collabendo incedunt. Unde ,puerbio. xj. Juſticia ſimplicis diriget viā ei⁹ Concordia de ſerpente ſicut ſupra. Quinto dico q̄ iſti habent dilectionis firmitudinem. Simplices eñ veraciſſime ⁊ tenaciſſime diligunt quicquid amant. quod oſtēditur cū dicit. Et. qđ eſt coniunctio copulatiua. vñ Actu. ij. Sumebant cibum cum exultatione ⁊ ſimplicitate. Sexto dico q̄ iſti habent intentionis rectitudinem. qđ oſtenditur cū dicitur ſimplices. id ē ſine plica. quia. ſ. res recta ſine plicatione nullam habet plicam. vt de quolibet dicit illud Job. j. Erat vir ille ſimplex ⁊ rectus ac timens deū.

Septimo dico q̄ iſti habent affectionis ,pmptitudinem quia ſ. ſtatiui volunt facere ſicut p̄cipiūt ſupiores. Sicut inquit. dicentes illud. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu. Et Epbe. vj. Serui obedite dominis in ſimplicitate cordis.

Octauo dico q̄ iſti habēt cōuerſatōnis pulcritudinē q̄ oſtendit cuz dr columbe. q̄. ſ. in collo pulcerrimas habet pennas. ⁊ que eſt auicula valde ſimplex. ij. Cor. j. In ſimplicitate ⁊ ſinceritate cōuerſati ſumus in boc mūdo. Vide ſupra de colūba. Sufficiat ergo vide de innocentia.

Simul. Cum illa que ſimul habitāt. ſolent vt cōter ſe magis diligere et ſe melius cognoſcere. ⁊ inter ſe melius conuenire. patet q̄ per iſtud aduerbiū ſimul poteſt intelligi ſocietas ⁊ coniunctio. amicicia ⁊ dilectio ſiue bona ſiue mala. Nota ergo in ſcriptura inuenit̄ quadruplex ſimul ⁊ q̄druplex ſocietas. vidz Simul

Charitatiue dilectōnis.
Maculatiue p̄iūctionis.
Suplatiue religionis.
Copulatiue punitōnis.

Primū eſt ſimul hominū p̄fectox. quia. ſ. p̄fecti habitāt ſimul p̄charitatez. vñ Gen. xxxiij. Habitātes ſil' vnū efficiam⁹ pplm. Scdm ē ſimul boim pctox. Mali .n. ⁊ peccatores ſil' p̄ malas p̄cordias cōbinant. ⁊ p̄ malarū ſocietatū vinculū inuicē adunant. de quo in ps. Simul inutiles facti ſunt. Terciuz ē ſimul boim beatox. beati eñ oēs ſimul habitant in paradiſo. ſicut oēs ſtelle ſimul ſunt i firmamento. Unde Eſa. lx. Gloria libani ad te veniet. abies ⁊ pinus. ⁊ buxus ſimul. Quartū eſt ſimul hominū reproboz. qui. ſ. ſimul in inferno punīūtur. ⁊ ſicut vue in torcular ſimul p̄mūtur. vnde in pſal. Simul inſipiēs ⁊ ſtulti⁹ peribūt. Jgit̄ de duob⁹ primis. ſ. de copulatione ⁊ ſocietate bonox ⁊ malox aliquid dicamus. Boni eñ ſimul cōmanent. inquantum in vna fide firmātur. vno amore ligantur. vni deo famulant. ⁊ in vna eccia. religione vel patria cōmorātur. Oues eñ q̄ ſunt aialia innocētia. Apes q̄ ſunt aialia fructificantia. Formice que ſunt aialia prudētia. Cerui q̄ ſunt aialia valde ſimplicia. ſimul cōſueuerūt cōmorari. ⁊ in vno loco pacifice ſimul cōuerſari. Sic proculdubio ⁊ nos ſi innocentes. vtiles prudentes et ſimplices eſſe volumus. ſimul p̄ charitatē ⁊ cōitatē ⁊ p̄ morox cōformitatem eſſe debemus. Juxta illud p̄s. Simul in vnū diues ⁊ paup. Ubi aduerte q̄ vbicūq̄ de cōi vtilitate agit̄ vel de cōcordie vnitate. oportet tria facere. videlicet

Personaliter cōuenire. Cordialiter consentire. Corpalit subuenire. Primū facit plurium congregatio. Simul. Secūdum cordiū copulatio. In vnū. Terciū omniū contributo. diues ⁊ pauper. Iste ēn est triplex modus quo boni debent esse simul. Tenendo conformitatēm personalē. Habendo concordiatem cordialem. Regendo cōmunitatem temporalem. Igit primo dico. q nos debemus cōuenire personaliter. Simul inquit. Simul ēn oportet cōuenire cōmunitatem qñ de republica vult tractare. nūq ēn negocia publica bene fierent. nisi illi quos tangit inuicē cōuenirent. bonū ēn cōmune debet ꝑponi priuato. Mā etiā ipi planete ⁊ stelle simul omni die super nostrū emisperiū transeūt. ⁊ non sibi immo cōmunitati creaturaꝝ. prudent ⁊ succurrūt. Quādo etiā planete plures in vno signo conueniūt. tunc opa rerum mirabilia faciūt. ⁊ effectus mirabiles quos sepati non facerent introducūt. Simul igit conuenamus. vt vtilitatem cōem tractemus ⁊ faciamus. Juxta illud Job. xxj. Erant simul petrus ⁊ thomas ⁊ nathanael. Quod ē contra multos qui ad colloquia publica cōuenire nolūt ⁊c. Istud etiam simul pōt pertinere ad illos qui sunt eiusdem collegij vel consilij. qui. s. non solū debēt esse simul per cōem habitatōnem. immo etiā qtū ad moꝝ ⁊ actuū conformitatem. Apes. n. que simul in eodē alueari morant. simul laborant ⁊ opantur. et simul in viuendo altera alteri conformātur. Ꝺō vtiq est contra singulares qui sunt in ecclesia vel religione q̄ non sunt sil cū aliis cōiter viuendo. ⁊ sunt sepati ab aliis singulariter viuendo et partialiter cōuersando. Et tales ꝓculdubio sunt hypocrite inter regulares. diuites. ꝺo ⁊ superbi inter seculares. qz sez isti de cōmunitate ⁊ concordia non curāt ⁊ discordant vnde Gen. xxxvj. Diuites erāt valde ⁊ simul habitare nō poterant. Non sic. quia nos debemus vt dictū est conuenire personaliter. Simul inquit. vt de diuersis generibus hoim dicaf illud Esa. xj. Vitulus leo ⁊ ouis simul morabūtur. Cōuenire igit dēm? potissime religiosi ad simul

Laudandum. Debemus igitur simul dñm laudare.
Tractandum. Job. xxxviij. Cū me laudarent simul
Laborandum. astra celi ⁊ iubilarent omnes filij dei.
Habitandū. Item simul negocia tractare. Esa. xlj.
Manducandū. Simul ad iudiciū ꝓpinquamus. Itē simul laborem tolerare. vnde ij. Macha. xj. Hortatus ē ceteros simul secū periculū subire. Item simul in vnū habitare. vñ illud ꝓdictum Esa. xj. Vitulus. leo ⁊ ouis simul morabūtur. Item simul adinuicem manducare. vñ Esa. lxv. Lupus ⁊ agnus pascent simul. Dico ergo q nos debemus cōuenire personaliter. Secūdo dico q nos debemus cōsentire cordialiter. In vnū inquit. Nihil ēn valerent corpa esse simul si corda in vnū non iūgerent. sicut. n. anima ⁊ corpus q̄uis sint res diuerse. efficiūtur tn vnum qñ simul iunguntur. vicz vnus homo. Sic et nobis q̄uis diuersis debet mō fieri vnū p vnitatē cōcordie in negocio qd tractaf. vt dicaf q vn? spūs. vna fides erat in eis. Et illud dictū Gen. xxxiij. Simul habitātes vnū efficiamus populū. Igit debem? consentire cordialiter. vide infra de vno. Tercio oportet subuenire generaliter. qd oñditur cū dr. Pauper ⁊ diues. quia. s. ad diuites ⁊ paupes pertinet cōtribuere ꝓm c'nditōem cuiuslibet. qz negociū est cōmune. Juxta illud ꝓuerb. xxij. Diues ⁊ pauper obuiauerūt sibi. Inuebe si vis ꝓtra diuites q̄ min? volūt contribuere ꝙ egeni. ⁊ min? ad istam simultatē venire ⁊c. Non sic simus ⁊ simul subueniamus. Juxta illud Esa. xlv. Accedite simul qz saluati estis. Istud ē ergo sil in bono. In malo vo dico q simul maloꝝ ꝯcordiam designat. Canes ēn ⁊ lupi q̄uis nō sint animalia simul gregatim naturaliter incedentia. nec simul vt cōiter pascentia vel viuentia. ⁊ magis inter se discordantia ⁊ pugnātia. simul tn multotiens cōueniūt. qñ. s. aliquā bestiā simul deuorant aut inuadūt. Sic mali q̄uis inter se non habeant ꝯcordiā nec pacē. simul tn qūq ꝯueniūt ad nocendū ⁊ ad diuersa crimina faciendū. ꝑs. Congregati sunt ⁊ conuenerūt in vnū aduersus dñm ⁊ aduersus xp̄m ei?. Nota dracones volētes trasire mare simul ꝯueniūt. et deinde p caudas se ligāt ⁊ inuoluūt ⁊ sic rutius transeūt. vt dicit Pli. Sic isti etiaꝫ Et ideo mali solēt cōuenire multipliciter. vicz ad simul Deficiendum. Isti ēn solēt simul deficere. ꝑs. Simul inutiles facti sunt nō est qui faciat bonū. Item solent simul decipere. ꝑs. Simul aduersum te testamenta disposuerunt tabernacula ydumeoꝝ ⁊ ysmaelite. Item solent simul se ledere. Unde Esa. ix. Manasses deuorabit effraym. ⁊ effraym manassen. simul ipi contra iudam. Item solent simul alios invadere. Uñ in ꝑs. Circūdederūt me tota die. circūdederunt me simul. Ista igit de simul sufficiant tam in bono q̄ in malo. Vide de congregare. de concordia. de pariter. ⁊ de vno.

Simulachrū. Nota q simulachrū dicit a simulo las. ꝓ eo q simulachrum seu ydolū res est ficta ⁊ simulata. nō existens. nec ꝓpria nec vera. Dico igit q per simulachra possunt intelligi omnia illa que nullam habēt veram essentiam nec durabilem veritatē. Et sic dico q signat Vanitatem bonorū terrenoꝝ. Falsitatem hominū deceptoꝝ. Qualitatem vanorum amicoꝝ. Fallacitatem diuitum mundanoꝝ. Dicō primo q simulachrū signat terrenā vanitatem. quia. s. bona mūdi non sunt bona. quia sunt q̄dam bonoꝝ ymagines ⁊ simulachra. ꝑs. Simulachra gentiū argentū ⁊ aurū. Et Ozee. x. dicit. Qz iuxta vbertatem terre sue exuberauerūt simulachris. Ista ēn simulachra bodie adorant. ⁊ sicut dij a mūdi cupidis reputant. ꝑs. Confundant q̄ glorianur in simulachris suis. Verūtamen ista sunt ꝓcienda ⁊ a cordibus hominū expellenda. Esa. ij. Proiciet homo ydola argenti sui ⁊ simulachra auri sui. Significat igit terrenam vanitatem. Secundo significat hominū prauitatem. ⁊ significat propue hypocritas qui sunt simulati ⁊ ficti. ⁊ qui sunt ymagines ⁊ non res. ⁊ qui aliud simulant et aliud cogitāt. Juxta illud ij. Regum. xviij. Lugere te simula ⁊ induere veste lugubri. Talia enim simulachra debēt de domo dei que est ecclesia proici. ⁊ exinde omnis hypocrisis relegari. sicut de Manasse dicitur. id est de bono p̄lato. ij. Paralip. xxxiij. q abstulit deos alienos et simulachra de domo dei. Per simulachra etiam intelliguntur luxuriosi qui sciūt simulare falsos amores ⁊ dolores vt decipiant mulieres. ⁊ isti sunt simulachra priapi. Priapus ēn fuerat quidam magnus rusticus qui habuit virile membrum valde ⁊ excessiue magnum. ideo sicut deus a multe gentilibus fuit cultus. Unde. ij. Paralip. xv. dicitur Qz rex proiecit in luto simulachrum priapi. Ad denotandum q luxuriosi sunt semper lutei ⁊ fimosi. Per simulachra etiam possunt intelligi ignorantes homines qui bodie in ecclesia pro dijs. id est loco hominum sanctoꝝ sunt positi ⁊ exculti. et ibidem ab iniustis promotoribus introducti. Figurati. j. Regum. xix. Ubi inuentum est simulachrum super lectum dauid. Et nota de illo simulachro sicut supra de dea. ⁊ inuebe bene contra nepotes prelatoꝝ qui sunt simulachra muta ⁊c. j. Corint. xij. Ad simulachra muta ducebamini euntes. nesciunt enim nec bene operari nec bene loqui. Zacha. x. Simulachra locuta sunt inutile. ⁊ tamen ista simulachra oportet adorare ⁊ honorare. ⁊ ipsis per adulationem tb̄ificare. Actuū. vij. Obtulerūt hostiam simulachro. Sed procerto de istis simulachris ⁊ simulatis dicit Seneca vnum notabile. Nihil inquit qd simulatum ⁊ fictum est potest esse diuturnum. Quia vere tales ficti non diu perseverant. Unde Ezechiels. vj. Confringentur simulachra vestra. Quod etiam de hypocritis ⁊ de malis diuitibus ⁊ de falsis amicis videmus. tales. n. cito deficiūt ⁊ non durant. ij. Paralip. xxxj. Egressus ois israel confregit simulachra. Igitur dico q simulachra signant hominum prauitatem. Tercio dico q signāt mūdanam charitatem ⁊ mundanam amiciciam. quia scilicet mundi amici non sunt veri amici nec perseverantes. ⁊ simulati ⁊ apparentes. ⁊ in necessitatis tempore desistētes. Et ideo consulitur bene. j. Johannis. v. Custoditeuos a simulachris. Quarto etiam signant diuitum vilitatem. qz scilicet sicut diuites mundi sunt simulachra. qui q̄uis nō valeant nec bene operentur. tamē per prosperitatem pinguntur ⁊ deaurantur. ⁊ principaliter ab alijs honorantur Ozee. xj. Simulachris sacrificabant. Sufficit vide supra de ydolo.

Synagoga. Cum synagoga ꝓprie loquēdo nihil aliud sit ꝙ iudeoꝝ cōgregatio vel ecclesia. Possumus breuiter dicere ꝙ per synagogam potest intelligi omnis congregatio hominū iniꝙ de quibus Apoca.iij. Ecce dabo tibi de synagoga sathane qui se dicūt iudeos ⁊ non sunt ⁊ mentiūtur. Et ideo breuiter nota ꝙ sicut possum videre ꝓcurrēdo scripturam ista synagoga.i. malorū collectio habet generaliter ista vicia.s.

Superbie tumore.
Sevicie furorem.
Malicie liuorem.
Iracundie frigore.
Auaricie ardorem.

De superbia patz Ecci.iij. vbi dr ꝙ synagoge superboꝝ nō erit sanitas. De sevicia dicit Matth.v. In synagogis suis flagellabunt vos. De malicia.i. de hypocrisi dicit Matth.vj. ꝙ hypocrite facūt elemosinas ⁊c. De iracūdia dicit in Luce.iij. Repleti sunt omnes in synagoga ira. De auaricia dicit ps. Exarsit ignis in synagoga peccatorꝝ. Sufficit.

Sine. Nota ꝙ ista dictio sine est prepositio consignificatiua: per se em̄ non signat. sed cū alio. Semper autem habet aliquid tollere ⁊ priuate siue bonū siue malū fuerit. Et ideo ꝑm ꝙ sunt quatuor genera psonarum. s. viri iusti. viri impy. viri beati. viri damnati. ꝑm hoc pōt hec dictio sine diuersimode signare. signat. n. ꝙ ad

Perfectos carentiam viciorꝝ.
Impfectos carētiā meritorꝝ.
Beatos carētiā tormētorꝝ.
Damnatos carētiā gaudiorꝝ.

Dico em̄ ꝙ sunt perfecti sine crimibus. Impfecti sine virtutibꝫ. Beati sine supplicijs. Dānati sine solatijs. Dico ergo primo ꝙ ēvnum sine quod pertinet ad viros perfectos. Viri em̄ iusti sunt sine vicijs ⁊ sine alijs que suam possent impedire salutem. ⁊ ad hoc potest applicare omnia illa que supra dicta sunt de relinq̄re ⁊ de abstinere. quia sine illis debem⁹ esse. que de necessitate salutis sunt relinquenda. vel etiam fugienda. Et ideo breuiter nota ꝙ beati sunt ⁊ debent esse Sine

Luxurie fetore.
Desidie torpore.
Inuidie liuore.
Tristicie merore.
Auaricie ardore

Dico igitur ꝙ debent esse sine fetore luxurie. mūdi em̄ ⁊ puri sunt ⁊ sicut apes sine carnis copula. ⁊ sine luxurie macula vitā ducūt. ps. Qui ille q̄ habitabit in tabernaculo tuo. ⁊ quiescet in monte sancto tuo. Qui ingreditur sine macula. et operatur iusticiam. Quod bene sciuit Judas machabe⁹. de quo dicitur. j. Macha. iiij. Qui ipe elegit sacerdotes sine macula. quia. s. isti debent esse speculū sine macula ⁊ ymago bonitatis dei. sicut dicitur Sapiē. vij. Item debēt esse sine torpore desidie. Exemplo. s. solis ⁊ celi. qui sine requie semper currunt ⁊ fluūt. vt sic dicat iustus illud ps. Sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Homo enim sine intermissiōe precipitur orare. s. ad Thimo.v. Sine torpore precipitur laborare. Quia sicut dicitur Jaco.ij. Fides sine opibus mortua est. Item debent esse sine liuore inuidie. exemplo creaturarū irrationabiliū. que. s. sine inuidia cōmunicāt alijs bona sua. De quo Sapiē. vij. Sapientiam inquam sine fictione didici. ⁊ sine inuidia cōmunico. Item debent esse sine merore tristicie. De quo Eccle.iij. Declina pauperi aurem tuam sine tristicia. Item debent esse sine ardore auaricie. Exemplo arborum que fructus suos hominibus in estate dimittūt. ⁊ sine fructibus in hyeme ꝑsistunt. quia. s. fructus diuitiarū alijs debem⁹ dimittere. ⁊ sine eorum affectu in hyeme ꝑsentis vite viuere ⁊ manere. quia sicut dicitur Ecclesia.xxxj. Beatus vir qui inuentus est sine macula. ⁊ qui post aurum non abijt. nec speravit in pecunie thesauris. Istud est ergo sine. i. carētia que pertinet ad viros perfectos. Vide exempla in morali ꝓpter atum in tabula de carcere. Secūdo dico ꝙ est vnum sine qđ pertinet ad viros imperfectos. Et sic dico ꝙ mali sunt sine virtutibus ⁊ gratijs ⁊ sine rebus pertinentibus ad salutem. Quia. s. vrsa parit catulum suū in specie frusti carnis sine pedibus. sine auribus. sine oculis. sine quibusuis alijs membris. Sic vere peccatores qui vrsi diaboli sunt filij. carent pedibus. id est virtute perfectionis. carent auribus. id est auditu obedientie ⁊ subiectionis. carent oculis. i. visu prudentie ⁊ discretionis. carēt etiam mēbris moralis perfectionis. Quia breuiter sicut limax est sine viribus. sic peccator sine virtutibus. Breuiter igitur nota ꝙ peccator est.

Sine vigore.
Sine timore.
Sine dulcore.
Sine bonore.
Sine rege.
Sine lege.
Sine auxilio.
Sine consilio.
Sine deuotione.
Sine quietione.
Sine cognitione.
Sine operatione.

Sunt dico sine vigore. Ethi. Judith.v. Homines sunt sine virtute ⁊ sine pua arctis pugne. Item sunt sine timore. ideo dicitur Eccli. j. Qui sine timore ē nō poterit iustificari. Item sunt sine dulcore. s. misericordie Sap.xix. Illis sine misericordia ira superueniet. Item sūt sine bonore. Judith.viij Humiliabit omnes gentes ⁊ faciet illas sine bonore. Item sunt sine rege. nolūt em̄ regi nec a ratōne nec a deo. nec a bono prelato. Ozee.iij. Longo tempe sedebunt filij israel sine rege ⁊ sine principe. Item sunt sine lege. nō em̄ sequūtur regulam neq; legem. cum tamen dicat Apostolus Roma.ij. Qui sine lege peccaverūt sine lege peribūt. Item sunt sine auxilio. non em̄ habent auxiliū gratie dei. ps. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos. Item sunt sine consilio. non em̄ sequūtur consiliū sapientum. cum tamē dicatur Ecclesiastici.xxxij. Fili sine consilio nihil facias. Item sunt sine deuotione. Unde Ozee.iij. dicit. ꝙ filij israel sedebunt sine sacrificio. sine altari. sine ephot ⁊ sine terapbin. Item sunt sine quietione. hoc ē dicere sine pace. Cum tamen dicat Hebre.xij. Pacem sequimini cum omnibus ⁊ sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. Item sunt sine cognitione. id ē sine lumine fidei et scientie. Cum tamen dicatur ad Hebre.xj. Sine fide impossibile est placere deo ⁊c. Item sunt sine bona operatione. cum tamen dicatur Jaco.ij. ꝙ fides sine operibus mortua est. Et sic patet ꝙ est vnū sine. id ē vna carentia que pertinet ad viros infectos. s. ad peccatores. Tercō dico ꝙ est vnū aliud sine quod pertinet ad viros beatos. quia. s. isti sunt in patria sine quocūq; malo dicentes illud Lu.j. Ut sine timore de manu inimicorū nrorū liberati seruiamus illi. Quarto vo dico. ꝙ est vnū sine. qđ pertinet ad viros damnatos. qz. s. isti sunt perpetuo sine omnibono. vñ Eccl.xx. Mors hominū medaciuz sine bonore. bene igitur de sine gratia collationis sufficiant.

Sinere Vide vbi de cessare. de permittere. de relinquere. ⁊ de dimittere.

Singularis. Vide de singularitate. id est de excellentia virtutum. vel de singularitate. i. de partialis vite vanitate. Infra de solus ⁊ de vnus. ⁊ in tabula in locis infinitis.

Sinistra. Cuz pars sinistra hominis sit illa que min⁹ habet de calore ⁊ de naturali virtute ⁊ vigore. ⁊ cum qua homo non bene et cōmūiter operatur. ꝙuis. s. in locis ⁊ exemplis pluribus. ⁊ potissime in titulo de dextra sint de ea multa dicta. Possum tamen notare ꝙ sinistra multipliciter significat in scriptura. Significat enim sinistra.

Prosperitatis successum.
Iniquitatis processum.
Aduersitatis excessum.

Dico primo ꝙ signat successum prosperitatis. Quia. s. in scriptura per partē dextera intelligūtur eterna. per ptē sinistrā intelligūē trena. Dextera. n. mundi ps. s. meridionalis ē clara. calida ⁊ lucida. qz ibi ē sp sol pfecte influens ⁊ lucens. Mūdi vo sinistra ps. s. septētrionalis. sp est frigida ⁊ obscura. qz. s. sol ad partes illas nūq; totaliter se cōuertit. Sic vere charissimi in dextera pte bonoz spūaliū ⁊ eternoz ibi. s. sol iusticie semp lucet. sp calor charitatis feruet. ⁊ splendor veritatis fulget. In parte vo sinistra ꝓsperitatis mūdane. obscuritas ignorantie abūdat. ⁊ frigus indeuotionis viget. ibiq; solis xpi pūtia nūq; apparet. De ista ergo parte duplici dicitur Proverb.iij. Longitudo dierum in dextera eius ⁊ in sinistra illius diuitie ⁊ gloria. Et sinistrā diligūt multi magis ꝙ dextrā. quia. s. multi sunt q̄ plus amant tempalia q̄ eterna. ⁊ plus pūt in tēporalibus q̄ in spūalibus. ⁊ multi sunt q̄ minus valent in parte dextra q̄ in sinistra. Unde de stulto dr Eccē. x. ꝙ cor sapiētis in dextra eius. ⁊ cor stulti in sinistra illius. Cor. n. stulti ⁊ affectio semp est in sinistra terrenoz. ꝙuis in ipsa nō sit satietas animoz. iuxta illud Esa.ix. Comedet ad si-

sinistram ⁊ non saturabit. Etiam dr q̃ oīe animal habet cor in sinistra parte excepto illo monstro marino qđ dicit̃ xylion ⁊c. Videbis multa de ista materia in oculo morali. signat igit̃ sinistra successum ꝓsperitatis. Secūdo significat ꝓcessum iniquitatis. Status em̄ peccati signat̃ p sinistram. Sinistra em̄ minus ē digna immo etiā ad similtram ponūtur illa que minus diligitur. Sinistra etiā dicūtur illa. q̃ mala ⁊ improba dicūtur. Et de hoc puer. iiij. Perverse vie q̃ a sinistris sunt. Tercio dico q̃ signat excessum aduersitatis. Dextera. n. quandoq; ꝓsperitatez signat. sinistra vo aduersitatē. ij. Cor. vj. Per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris. vñ etiā de peccatorib⁹ dr Mat. xxv. Dr xp̃us in iudicio ponet agnos. i. iustos a dextris. hedos id ē peccatores a sinistris ⁊c. Vide. s. de dextra ⁊ adiunge plura exempla si vis sicut ponit̃ infra dividere. quomodo dividitur visus. ⁊ sic sufficit.

Syon. Nota q̃ hystorice loquendo syon erat que dam pars ciuitatis hierusalem. vbi erat castrū ⁊ fortalitū ciuitatis. ⁊ ideo pars illa erat altior. ⁊ tutior ⁊ mūdior ⁊ pulcrior. et ideo quia castrū illud eminebat ciuitati. ita q̃ per illud poterat tota ciuitas hierusalem defendi. sicut per matrē filia defendit̃ ⁊ tenet̃. Hinc est q̃ in plerisq; scripture locis syon mater dicit̃. ⁊ hierusalez filia nūcupatur. Et inde ē q̃ in ps. dicit̃ ym aliam translatōem Mater syon dicet homo. ⁊ illud Treno. j. Egressus est a filia syon. i. a hierusalem omnis decor eius. q̃. s. hierusalē q̃ erat ciuitas inferior dr filia. ⁊ syon q̃ erat pars ciuitatis superior dr mater eius. Igit̃ cū p syon in scriptura possit intelligi ecclesia militans. eccia triumphantis. beata virgo ⁊ anima sancta. Possum notare q̃ in anima inuenitur

Syon inferior.	Prima ē locus saluatōnis.
Syon superior.	Secūda est locus refectōnis.
Syon interior.	Tercia est locus deuotionis.
Syon exterior.	Quarta est locus defensionis.

Dico primo q̃ est syon inferior. que ē locus saluatōnis quia. s. in ecclesia solūmodo inuenit̃ salus animaz. oīes em̄ alie secte hominū sunt extra salutē p̃ter illos qui sunt in ecclesia p fidem ⁊ gratiā collocati. Syon em̄ erat locus magne fortitudinis vbi tutius morabat̃. iuxta illud Esa. xxvj. Urbs fortitudinis nostre syon. Sic vere eccia est locus in quo qui bene stat per gratiam ⁊ p fidem non timet aliquem spūalem impugnatorē. nec aliquē animē temptatorē. Ibi. n. ⁊ nō alibi ē defensio tuta. Et hoc est quod dicitur Abdie. In monte syon erit saluatio. Compa si vis syon. i. regionē ecclesie vel religionis illi insule hybernie. vbi dum homo fuit nō moritur. ⁊ illi vbi corpus nūq̃ putrescit aut corrumpitur. q̃. s. in ista syon. i. in religione vel eccia si quis debite viterit ⁊ manserit. nunq̃ corrūpit̃ p vicia. nec morit̃ p supplicia. Ideo breuiter de laudibus ⁊ cōditionibus istius syon. s. de statu religionis vel eccie potest dici illud Esa. xlvj. Dabo in syon salutem ⁊ in hierusalem gloriā meā. Vbi aduerte q̃ in ista syon ē vel debet esse locus valde famosus ⁊ virtute plen⁹. s. locus Liberalis collationis. Dabo. Virtualis cognitōnis. in syon q̃ interp̃tat̃ specula. Specialis tuitionis. Salutem. Supernalis coniunctionis. Hierlm. Virtualis laudatōis. gloriā. Dico igitur q̃ hec debet esse locus libere collationis. q̃. s. ibi debēt libere dari ⁊ conferri bñficia. ⁊ libere ministrari sacra. Dabo. q̃si dicat. do gratis. non do si detis. Juxta illud. Gratis accepistis grate date. Mat. x. Thus em̄ qđ libere exit de arbore. multoplus valet q̃ illud qđ cū vinculis ferreis p fractionē corticis extorquet̃. Sicut etiaz de myrrha dicit Pli. Quia ꝓcerto viri eccliastici debent liberalit̃ dare sua bñficia siue elemosinas. ⁊ nō expectare q̃ precibus vel pcijs extorquant̃. vel qđ per symoniam acquirātur. Dabo inquit. Psal. Quis dabit ex syon salutare israel. Sit igitur ibi locus libere collatōis. Qđ est cōtra multos ⁊c. Jnuehe cōtra auaros. ⁊ contra symoniacos. q̃ nō libere dāt immo vendūt. Deinde dico q̃ iste debet esse locus limpide cognitōnis. Syon inquit. qđ interp̃tatur specula. q̃ scz in ista syon debēt esse homines speculatiui. q̃. s. viri ecclesiastici debēt speculari ⁊ circūspicere p se ⁊ p alijs illa que p ertinēt ad salutē. Debent em̄ esse sicut speculatores in exercitu xp̃iano. quia. s. aduentū inimicorū debent p̃uidere ⁊ alijs intimare. Ezech. xxxiij. Fi i hominis speculatorem te dedi domui israel. Sz procerto multi ecclesiastici sic nō faciūt. immo sunt speculatores pulcraz mulierū. Non sic charissimi. Nota in exercitu apum dicūtur alię esse quevice speculatorz fungūtur. ⁊ que pro sui ⁊ exercit⁹ custodia alijs quiescētibus vigilare dicūtur. quod etiaz in grubus dicitur esse notum. Tales igitur debēt esse ecclesiastici in exercitu xp̃iano. quia. s. debent esse vigiles ⁊ speculatiui vt p̃seruēt se ⁊ alios a nociuis. s. ab insidijs infernaliū proditorz. Quod etiam bene designant ⁊ nomē ⁊ locus syon. quia. s. nomen interp̃tatur specula. ⁊ locus altus ⁊ aptus ad speculandū. ⁊ delonge insultus hostiū intuendū. Et hoc est quod videtur supponere in p̃s. vbi dicitur. Circūdate syon ⁊ complectimini eam. narrate i turribus eius. Narrate inquit. s. aduentus ⁊ insidias hostiū. Est igit̃ religio vel ecclesia locus limpide cognitōnis. Syon inquit. ⁊ hoc potissime. quia ibi debet deus diligi ⁊ cognosci. p̃s. Videbitur deus deorū in syon. Denicq; dico iste est locus secure tuitionis. Salutem inquit. quia. s. ibi ⁊ non alibi est salus ⁊ securitas animaruz. Syon em̄ erat pars fortior ⁊ tutior ciuitas. Ideo dicitur de ecclesia. iij. Reg. xix. Dr saluator exiet de mōte syon. vide supra de salute ⁊ salutare. Jnsuper dico q̃ iste ē locus fraterne q̃cionis vel concordis cōiunctionis. quod ostendit̃ cum dicitur hierusalem que interp̃tatur visio pacis. Quia. s. sicut in superiori parte aeris nō fiūt tonitrua nec grādines sic nec in ecclesia vel religione debēt esse litigia nec dissensionū turbines. Vide. s. de hierusalem. vnde in p̃s dicitur Benedicat tibi dominus ex syon ⁊ videas bona hierusalē omnibus diebus vite tue. Est igit̃ locus concordis coniunctionis. Etiam dico q̃ iste est locus solennis laudatōis. Gloriā inquit meaz. Quia. s. in ista syon debet esse gloria. laus. honor ⁊ magnificentia dei. q̃. ad lr̃am in latere montis syon dñs iugiter laudabat̃. sic debet ⁊ in ecclesia. psal. Lauda hierusalem dominū lauda deum tuū syon. Gloriā meam inquit. p̃s. Diligit dominus portas syon super oia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Et vere gloriosa fuerūt dicta. quia ibi fuit dei gloria collaudata. Juxta illud p̃s. Psallite domino qui habitat i syon. annūciate inf̃ gentes studia eius. Jsta est igit̃ ciuitas que vt dictum est est locus.

Letus.	Dr ipm diligat patet in p̃s. vbi dr. Diligit dñs portas syon.
Quietus.	Dr ipm eligat patet in p̃s vbi dicit̃
Tutus.	Elegit dñs syon. q̃ etiam ipm habitat. patet in p̃s. vbi dicitur
Clarus.	Mōs syon in quo habitasti in eo. q̃ insuper ipm cōseruet ꝓz

Et ideo istis. rationibus istū locū dicit̃ deus

Diligere.	in p̃s. vbi dr. Deus saluū faciet̃ syon ⁊ edificabūt̃ ciuitates iude
Eligere.	Sed adhuc ꝓcul dubio ⁊ p certo p̃s eccia vel religio nō vi
Habitare.	det̃ bodie talis syon. q̃ procul dubio bodie in ea nō sunt ꝓ
Conseruare.	dicte q̃nq; vtutes. ⁊ potiꝰ loco q̃nq; vtutū ē ibi q̃ntuplicitas vicioz. Uñ ꝓcerto sic bodie video. ibi sūt bodie isti. s.

Superbia tumentes.	Dico q̃ ibi est bodie copia hominū supboz. vñ Esa. iij. Eleuate sunt filie syon ⁊ ambulauerūt extento collo. Et nota q̃
Fallacia pallentes.	
Pigricia torpentes.	
Cultura dei spernētes.	
Mūdi bona vellētes.	iste dicit̃ filie ⁊ non filij. p eo quasi ipsi sunt quasi femine effecti. ⁊ per carnalitatez ⁊ inconstantiam ad femineitatem deduci. Item ibi est copia hominū deceptorz. s. hypocritaz. Unde Esa. xxxiij. Cōteriti sunt in syon peccatores. possedit tremor hypocritas. Item est ibi copia hominū torpentiū et pigroz. Uñ Esa. lij. Solue vincula colli tui captiua filia syon. Item ibi est copia hominū dei cultum contemnentiū ⁊ lascivoz. quia scz nec deo dignātur diuinū officiū celebrare. Treñ. j. Vie syon lugent eo q̃ non sit q̃ veniat ad solennitatē. Item ibi est copia boim crudeliū ⁊ iniquoz. q̃. s. nō faciūt cōsciam acquirere per extorsionē auaricie vl rapine. de q̃ Mich. iij. Ue qui edificatis syon in sanguinibus ⁊ hierusalem in

iniquitate. Non sic charissimi q; ꝓcerto syon inferior. vt dictum ē. s. ecclesia debet esse locus saluatonis. ⁊ hoc ē ꝓmū principale. Secūdo dico principaliter q; est syon superior que est status refectionis. ⁊ ista est ciuitas paradisi vbi est salus ⁊ refectio beatoꝝ. Ista ēm est syon superior

Vbi apparet dei magnitudo
Vbi eminet dei celsitudo.
Vbi abūdat laudis gratitudo.
Vbi fulget luminis limpitudo.

De magnitudine dr in ps. De⁹ in syon magn⁹.
De dei celsitudine dr in ps. Ego aūt constitut⁹ sum rex ab eo super syon montem sanctū eius. De laudis plenitudine dr Esa. xxxv. Veniet in syon cū laudibus. De luminis limpitudine dr in ps. Videbitur deus deoꝝ in syon. Est ergo syon superior locus refectionis seu ꝓmotōis

Tercio dico q; inuenīt syon interior que ē locus deuotionis. Et sic per syon intelligīt anima sancta. vbi. s. deus spūaliter cōmorat. ⁊ que deū mentaliter contemplat. Iuxta illud Joel. iij. In syon dñs cōmorabit. Quarto ꝑticipaliter dico q; ē syon exterior q̄ est locus defensionis. Et sic ꝓcerto dico q; per syon intelligīt beata virgo a qua et in qua omnis homo potest defendi ⁊ saluari. qui ad istum locū per spem voluerit fugere ⁊ ibi per deuotoem morari Ideo docet in psalmis. Circūdate syon et complectimini eam. Ista est ēm syon spūalis in qua de⁹ ꝓsonaliter habitauit. Quā cordialiter illustrauit. Quā domin⁹ mirabilit adamauit. ⁊ quā domin⁹ specialiter dedicauit. Beata ēm

Beata ēm virgo ⁊ etiam q̄libet sancta ꝓsona sicut in scriptura patet a deo
Spūaliter habitatur.
Cordialiter consolat.
Efficaciter adiuuat.
Supnaliter adamatur.
Specialiter dedicat.
Virtualiter roborat.

Deus ēm ē istius syon spūaliter habitator. Joel. iij. Ego dñs deus vr habitās in syon. Itē ē istius syon amicabilis cōsolator. Esa. lj. Consolabit de⁹ syon Item est isti⁹ syon ꝑmptissimus adiuuator. ps. Diligit dñs portas syon. Item ē istius syon supnaliter adamator. Zach. viij. Zelatus sum syon zelo magno. Item est illius syon specialissimus dedicator. ps. Elegit deus syon. Item ē istius syon virtualissim⁹ roborator. q; ipse dicit. j. Pet. ij. Ponā in syon lapidē angularem. q; s. deus semp adiuuat roborat ⁊ fortificat personā sanctā. ⁊ maxime virginē gloriosam. ⁊ ideo de ipa dr Esa. xxvj. Urbs fortitudinis nostre syon. saluator ponet in ea murus. Ista igit ad syon ptinēt q̄ dicta sunt. ⁊ sic de syon sufficit ꝯtū ad oēs partes.

Sitis. sitire.

Cū sitis nihil aliud sit q̄ bibēdi appetit⁹ ex interiori calore causatus. Possumus notare q; tam in bono q̄ in malo sitis diuersimode sumīt in scriptura. vñ nota q; inuenīt Sitis

Amoris charitatiui.
Ardoris inflamatiui.
Doloris maceratiui.
Feruoris cōcrematiui.
Dulcoris delectatiui.

Prima signat desideriū hominū ꝓfectoꝝ. de qua dr in Psal. Sitiuit anima mea ad deū fontem viuū. Secūda designat desideriū malignoꝝ. de quo i ps. Esurientes ⁊ sitientes anima eoꝝ in ipsis defecit. Tercia denotat suspiriū ⁊ indigentiā miseroꝝ. de qua Ro. xij. Si esurierit inimic⁹ tu⁹ ciba illū. si sitit potum da illi. Quarta denotat supplicīū damnatoꝝ. q; pena valde grauis est sitis excessiua. vñ de anima pōt dici illud Ozee. ij. Ponaꝝ eam quasi solitudinē. ⁊ statuā eā velut terrā inuiā. ⁊ interficiam eā siti. Quinta vo significat appetitū beatoꝝ. q̄ scz quantoplus deū vidēt. tanto amplius ipm sitiūt ⁊ cupiūt. vñ Eccl. xxiij. Qui edūt me adhuc esuriēt. ⁊ qui bibūt me adhuc sitiēt. De duplici ergo siti bona ⁊ mala in genere aliq̄d specialiter ē tractandū. Dicamus ergo q; est sitis beatoꝝ. que ē virtuosa. ⁊ ista ē. p; dubio sitis illa qua sancti sitiūt. desiderāt ⁊ cupiūt omne bonū. Nota onager intantū diligit aquā claram. q; licet multū sitiat nūq̄ vult bibere. dato q; inueniat aquā turbidā. immo sitim suā dicīt tolerare quousq; reperiat aquam puram. Vō etiam videtur supponere dauid in ps. cū dicīt. Expectabunt onagri in siti sua. vide. s. de expectare. Sic vere homo naturaliter sitiat ⁊ appetat aquam purā. s. deū ⁊ bona spūalia ⁊ eterna. nūq̄ ꝓcerto debet aquā turbidam. s. delectabilia bonoꝝ temꝑaliū bibere. nec ex illis sitim sui desiderij refrigerare. ⁊ potius ipm deū ⁊ bona eterna vsq; post istam vite miseriam expectare. d. in ps. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū quādo veniam ⁊ apparebo ante faciem dei Ubi aduerte q; tria sunt principaliter sitienda ⁊ toto desiderio appetenda. vicz Stabilitas desiderij. Fecūditas refrigerij. Nobilitas ministerij. Primā sitim ꝓuocat gra. Sitiuit inquit. a. m. ad deuz. Secūdā ꝓuocat gloria. ad fontem viuū. Terciam ꝓuocat patria. quādo veniā ⁊c. Igitur sitiamus gratie societatem. glorie satietatem. pīe securitatem. Dico ergo primo q; nos debem⁹ sitire dulcem societatem que fit a gratia. ad deum inquit. Sponsa ēm desiderat ad sponsum suū attingere. ⁊ ipm amplexari personaliter ⁊ tenere. sic anima debet deuz amplexari per charitatem. tenere ⁊ attingere per gratie societatē. ad deū inquit. Ad deū. n. significat dependentiam ad terminū ad quem. Ām ipe deus dixit Joban. vij. Qui sitit veniat ad me ⁊ bibat. s. aquam vite gratis. Quādo ēm homo sitiēs nō pōt inuenire aquā solet quādoq; temꝑare sitim suā cū malogranato. vel cum lapide candi in ore posito quousq; per aquā penitus satietur. Sic vere q; nos ad ꝑsens non possumus attingere ad fontem glorie sempiterne vbi ē refrigerij plenitudo. necesse ē q; sitim desiderij cordis nostri temperemus cū lapide ⁊ cū malogranato. id ē cū illo qui lapis angularis dicitur. ⁊ qui in scriptura malūpunicū nūcupatur. Unde scriptura dicit Sap̄. xj. Sitierunt ⁊ inuocauerūt te. ⁊ data ē eis de petra altissima aqua. ⁊ requies sitis de lapide duro. ad deum ergo. ps. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum. ita desiderat anima mea ad te deus. Debemus ergo sitire dulcem societatē que fit a gratia. ad deum inquit. Secūdo debemus sitire plenam satietatem q̄ fit a gloria. fontem inquit viuū. Ceru⁹. s. sitiens non bibit in riuulo. immo currit ad fontem vbi satiet ad plenū. Sic ⁊ non non debemus bibere in riuulo bonoꝝ mūdi. quia ibi non est requies sitis nostre. quia. s. de aqua ista dicitur Joban. iij. Qui bibit ex hac aqua sitiet iterū. quinimmo debemus ꝓperare ad fontem viuū glorie paradisi qui ad plenū refrigerat ⁊ satiat cor humanū. Unde Joban. iiij. Qui biberit ex aqua quā ego dabo nō sitiet in eternū. ⁊ aqua quam dabo illi fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Unde breuiter de temꝑamento isti⁹ sitis dicitur Apoca. vij. vbi loquitur de beatis. non esurient neq; sitient amplius. neq; cadet super eos sol neq; vllus estus. quoniā agnus qui ē in medio throni reget eos ⁊ deducet eos ad fontes aquaꝝ ⁊c. Igitur sitiamus plenā satietatem que fit a gloria. Tercio dico sitiamus tutā securitatem que fit in patria. quādo inquit veniam ⁊ apparebo ⁊c. Sicut ēm peregrinus valde sitit ⁊ appetit reuenire ad patriam. Miles bannitus de curia valde desiderat reuerti ad regis presentiā. Mulier repudiata valde cupit redire ad viri grām. Sic homo qui in Adam de patria paradisi fuit bannitus ⁊ in hoc mūdo relegatus ⁊ peregrinatus. ⁊ dei regis ⁊ viri sui presentia destitutus. valde debet sitire ⁊ appetere q; ibi sit iterum restitutus. quādo inquit veniam ⁊ apparebo ante faciem domini. Ita faciebat absalon qui bannitus ꝓpter fratricidiū dicebat ioab. ij. Reg. xiiij. Obsecro ergo vt videaz facie regis. q̄n ingt veniā. vñ de isto desiderio ⁊ de ista siti veniendi ad patriā dr Apoc. xxij. Sponsus ⁊ sponsa dicūt veni. ⁊ q; sitit veniat. ⁊ q; vult accipiat aquā vite gratis. Sic igit patet quō sitienda est bonitas beatoꝝ q̄ est virtuosa. q; procerto bonoꝝ ē sitire bona. j. Coꝝ. iiij. Esurimus ⁊ sitimus ⁊ nudi sumus. quia sicut dicitur Matth. v. Beati qui esuriūt ⁊ sitiūt iusticiam q̄m ipsoꝝ ē regnū celoꝝ. Sed adhuc dico q; ē sitis maloꝝ q̄ ē vicīosa. Malī. n. semp sitiūt et desiderāt mala. Situla ēm serpēs est quē q; momorderit siti perit. Sic diabolus postq; hoiem peccato mortali inuenenauerit facit eū taliter per mala desideria sitire. q; eternā mortem solet incurrere ⁊ sentire. ⁊ de talibus sic mortis dicat illud Ezec. xix. Transplantata in desertū in terra inuia ⁊ sitienti. Et ideo nota q; mali sitiūt.

Sitiūt ergo auari facultatem diuitiarum. Sicut ēm draco animal sitibundum sitit sanguinē elephantis. ⁊ cognoscit eum esse melancolicum ⁊ frigidum. ꝓpter quod contra eū solet pugnare ⁊

Diuitias ⁊ facultates.
Delicias ⁊ voluptates.
Eminētias ⁊ dignitates.
Violentias ⁊ feritates.

sanguinē eius bibere et haurire. Sic auari sitiūt pauperū sanguinē ⁊ substantiā tpalem. ut os ēm impetūt ad terraz id est ad miseriā trahunt. ⁊ eoz diuitias viuis et rapinis edūnt. Et de hoc Job. v. Cui⁹ messem famelicus comedet. ⁊ ipm rapiet armatus. ⁊ bibent sitientes diuitias ei⁹.

Item sitiūt luxuriosi voluptatē deliciarū. ⁊ de istis dicitur. Esa. l. Cōputrēscēt pisces sine aqua ⁊ morient in siti. Nota quō dicūtur pisces sicut supra i titulo suo. Pisces ēm nunq̄ vident posse satiari aqua. ipam ēm semp bñt in tus et extra. ⁊ sic et isti deliciaz ꝛc. Fons ēm deliciaz est fons tantali. quia est in aqua vsq; ad os: ⁊ tamē nunq̄ satiatur. imo perpetuo est in siti. Job. xxiij. Calcatis torculariōus sitiūt. Itē sitiūt ambitiosi vanitatem eminētiarum. Isti ēm sunt sicut draco q̄ tanto ardore sitis vrtur. q̄ totū mare nō potest eū refrigerare sufficiēter. ⁊ iō surssum volat ad vela nauiū vt refrigeret sitim suam. Sic isti non possunt satiari beneficijs vel officijs. ⁊ ideo ad vela nauiū. i. ad alta culmina dignitatū semp nitūtur volare. vt sitim sue ambitōis valeant satiare: ⁊ ipam vento inanis glorie recreare. vnde de ambitiosis pōt dici illō Esa. liij. Ascendet quasi radix de terra sitienti. Item seditiosi sitiūt feritatē violentiaz. Multi ēm sunt sicut leo semp vindictā et sanguinē sitientes. ⁊ oppressionē boim appetentes. de q̄bus Esa. xxv. Spūs robustoz sicut turbo impellens parietē: ⁊ sicut estus in siti. Et tales potissime sūt nostri moderni nobiles. q̄ sēp sunt p appetitū rapine sitibundi. Iuxta illud Esa. v. Nobiles interierūt fame multitudo eius siti exaruit. Ista est igit quadruplex sitis q̄ inflāmat et fatigat peccatores. Nam sicut ebriosi sitiētes tātum bibūt: q̄ quicq̄d habent expendūt. Sic peccatoz siti ti maloz desideriōz accensus: bibit ita ad plenū iniq̄tatē q̄ ipe perdit glīe et gratie bonitatē. ⁊ paradisi etiam habitationē seu ciuitatē. Judith. vij. Fatigati siti tradent ciuitatem suam. Et sic ergo ptz q̄ est sitis mala et viciosa. ⁊ ē sitis bona ⁊ vtuosa. Sufficit de siti. vide supra de fame.

Sobrius. Sobrietas. Cum sobrietas nihil aliud est q̄ tēperantia. Vt citare possum⁹ breuiter. q̄ in trib⁹ principaliter sobrietas ⁊ tpantia ē habēda. Debet. n. bñ

In sensu ne nimiū presumam⁹. De sobrietate enim
In actu ne nimiū effluamus. sensus dicit Rom.
In victu ne nimiū excedamus. xij. Nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. De sobrietate actus scz operū et verboz pōt dici Eccl. xxxj. Infirmitas carnis sobriam facit animaz. De sobrietate vō victus abi scz atq; potus: potest dici illud Eccl. xxxj. Equa vita hominib⁹ vitā in sobrietate potatū. Talem q̄ sobrietatē triplicem debent homines habere: ⁊ a cūctis rebus supfluis abstinere Iuxta illud. j. Tym. v. Nos q̄ dici sum⁹ sobrij simus. Unde etiam notandū. q̄ sm scripturā q̄nq; genera boim ꝓcipiūtur sobrietatē bre. vicz.

Prelati vt debite possint principari. De sobrietate ēm prelatorū dicit. ij. Tymoth. iij. Ubi
Religiosi vt attente possint cōtemplari.
Viri series vt discrete possint meditari.
Viri iuuenes vt astute possint famulari.
Mulieres vt pudice possint cōuersari.

scopo apostolus loq̄tur sic. Tu vō vigila. in omnibus labora. opus fac euāgeliste. ministeriū tuū imple. sobrius esto De sobrietate religioso⁹ dicit. j. Pet. v. Fratres sobrij estote ⁊ vigilate. De sobrietate senū dicit Tytū. ij. Admone senes: vt sobrij sint. De sobrietate iuuenū dicit similē Tytū. ij. Juuenes similiter hortare vt sobrij sint. De sobrietate mulierū dicit. j. Tymo. iij. Oz oportet esse mulieres pudicas. sobrias. ⁊ fideles in oibus: vt sic generaliter de omnibus istis dicat illud. j. Pet. j. Sobrij et pfecti sperate i eaz que offertur vobis gratiam. Nō allego exempla: nec alīs prosequor: sed vide supra de abstinentia. ⁊ de ieiunio. vbi est illa auctoritas prosecuta. ministeriū tuū imple. sobrius esto. ⁊ sic sufficit.

Societas. Socius. Nota q̄ societas est plurū psonaz pūcta cōitas. Est aūt societas bona et mala. acceptāda et refutāda. frequntāda ⁊ fugiēda. vez. q̄ supra i loc⁹ plurib⁹ de societate et fedele ē tractatū. vt supra de amicicia ⁊ conuictione. ⁊ de pgregatione. ⁊ de simul ⁊ de pariter. ⁊ in titulis similib⁹. Ideo de societate in breuiloqo est loquēdū maxime q̄ nomen societatis est rarū in scriptura. nihilominus tamen inuenitur societas multiplex. vicz societas

Unita virtuose. Prima est societas hominū p
Juncta viciose. fectoz̄ que est laudabilis. Secū
Stricta dolorose. da est societas hominū perfectoz.
Uincta dulcorose. que est horribilis. Tercia est societas hominū damnatoz. que est tristabilis. Quarta ē societas hominum saluatoz. que est letabilis. Prima societas est desideranda. s. societas bonoz et sociabilitas et affabilitas cū eisdem. de qua dicit Prouerbi. xviij. Qz vir amabilis ad societatē magis amicus erit q̄ frater. Secūda societas est vituperāda. scz societas maloz. de q̄ Job xxx. Frater fui draconū et socius strutionū. Tercia societas est considerāda. s. societas reproborum. De qua Job xvij. vbi de dyabolo dicit. q̄ habitent in tabernaculo ei⁹ socij eius q̄ non est scz dyaboli. Quarta societas est remuneranda. s. societas bonoz vel beatoz. De hoc. ij. Cor. j. Sicut passionū socij estis. ita et cōsolationū eritis. Igit tur in genere de bona ⁊ mala societate ē aliquid dicendū. Et dicamus de societate bona q̄ sūmopere est querēda. Valde ēm est vtile homini se bonis socijs iūgere. ⁊ se bonis hominib⁹ copulare. Cupriū ēm ductum et rubeū. si diuitro liquefactū bulliat ductibile et clarum efficit. ⁊ a rubore et fragilitate aliqualiter immutat. Sic vō homo q̄q̄ sit p carnalitatem rubeus. ⁊ p obstinationē durus: ⁊ p impatientiam fragilis ⁊ impur⁹. si tamē nitro. i. bonis ⁊ claris psonis adiūgat. solz immutari ⁊ tempari. ⁊ a suis malis conditionib⁹ alterari. ⁊ in bonis si ipas habeat cōseruari. Exemplū babem⁹ de saul. ⁊ seruis eius. q̄ q̄uis prophetie spiritū nō haberēt. imo ad psequendū dauid i mōlo ꝓpositō essent. Dicit tamen. j. Regū. xix. Qz venientes ad cuneū prophetaz: ceperūt cum eis ꝓphetare: ⁊ conditionē propriā alterare. Unde de saul dicit. j. Regum. x. q̄ mutat⁹ est in virū alterū. qñ scz venit ad ꝓphetarū cuneū Item de ramo siluestri olive domestice inserto. i. de malo homine p bonā societatē alterato: dicit aplus Roma. xj. Socius radicis et pinguedinis olive factus es. quasi dicat. sicut surculus radici vel stipiti insert⁹ participat ipsius radicis influentiā ⁊ virtutem. ita q̄ siccari nō p̄mittit. ⁊ potius virtute radicis viret. fructificat et augmentat. Sic ille q̄ adiūgit cum bona societate. participat cū ipsius bonitate. ij. Macha. v. Particeps malo⁹. fiet postea socius bonoz̄. vt sic q̄libet socius dicat illud Apocal. j. Ego iohānes frater vester ⁊ particeps in tribulatione ⁊ regno. Et possumus notare. q̄ illi qui volunt esse socij. debēt omnia cōmuniter habere. Et ideo dico. q̄ isti

Cōmuniter gratiose debent cōuersari. Dico ergo
Cōmuniter amorose debēt amplexari. primo. Qz isti
Cōmuniter seriose debent coaptari. debēt puersari inuicē gratiose. ḡa scz socij teneāt amicabilit ⁊ socialiter se bre.
Cōmuniter vigorose debent fatigari.
Cōmuniter gaudiose debēt prosperari.
Cōiter dico gratiose. Johānes.
Cōmunit amorose. Frater vester.
Cōmuniter seriose. Particeps.
Cōmuniter vigorose. In tribulatione.
Cōmuniter gaudiose. ⁊ regno.

q̄z sicut dicit Prouer. xviij Uir amicabilis ad societatē magis amicus erit q̄ frater. et hoc ostendit cum dicit. Johānes. q̄ interptat in quo ē gra. Unde supra de Johanne. Nō est ptraistos q̄ in societate se nō exhibent nec amicabiles nec benignos. Secūdo dico. q̄ isti debēt copulari inuicem amorose. Frater inqt. Frēs ēm debēt eē. i. fraternaliter se diligere. sicut ⁊ alia bruta socios suos diligūt ⁊ cognoscūt. sicut de bobus et equis plurib⁹ est exptum. Unde supra de fratre. j. Macha. viij. Quare grauasti iugū sup amicos nostros ⁊ socios iudeos. q. d. illi sicut socij sunt et amici. Cui⁹ tamen in multis ptrariū inuenit. Tercio dico. q̄ isti debent coaptari inuicem seriose. Particeps inqt. Quia vicz ad socios ptinet q̄ sint eiusdem similitudinis ⁊ paritatis. q̄z scz non decet socios esse diuersi status ⁊ gradus. Unde Eccl. xiij Dimitte nō te ne socius fueris. Et ibidem. Omnis nō sibi simili sociabit. particeps inqt. Quarto dico. q̄ isti debent se

tigari inuicem vigorose. in tribulatione ingt. Quia scz illi qui sunt in vna societate: debent simul esse in laboze z ad uersitate. quia scz alij nō debent viuere in solatio. z alij in laboze z supplicio. Quia sicut dicit. ij. Coz. j. Si fuerim⁹ socij passionū: erimus et consolationū. Quinto dico. q̄ ista debēt ꝓsperari inuicē gaudiose. Et regno inquit. Per regnū em̄ ꝓsperitas intelligit i qua debēt esse ꝑticipes socij sicut ꝑticipes in laboze. Mat. xxv. Percipite paratum vobis regnū. vnde Eccl's. iij. Melius est duos esse simul q̄ vnū. habent em̄ emolumentū societatis sue. si vn⁹ ceciderit ab altero fulcietur. z si simul duo dormierint fouebūtur mutuo. Ista tamen sunt cōtra multos malos socios q̄ bene volūt cum alijs: imo pre alijs gaudere. z tamen cū alijs nolūt laborare. volūt soli ꝑpere ꝓspera. z tamen nolūt sentire aspera. volūt habere societatis emolumentū: & nullum recipe nocumentū. De quo dicit aug⁹ Oz multi volūt gaudere cū sanctis. z tribulatōnes mūdi nolūt sustinere cū ipis. Mō sic: & fm eūdem. Si nūc laborabimus z cōregnabim⁹. Habeam⁹ igitur ista q̄ntuplicē conditionē. z sic erimus socij competentes. Et sic patet q̄ dictū est aliq̄d de societate bona. Patet ē q̄ societas bona debet frequentari. q̄ sicut videm⁹ alia domestica in societate viuūt. z se inuicem diligunt z cognoscūt. q̄ sicut dicit Judith. xvij. Ille popul⁹ q̄ in remotis solitari⁹ habitabat. z cuz nullo hoim societatem habebat. fuit a tribu dan depopulat⁹. z bonis omnibus viduatus. Et breuiter multa mala eueniūt solitarijs z singularib⁹ que nō eueniunt socialib⁹. Ut breui⁹ concludam. verū est verbū Senece dicentis in epla. Oz nullius boni sine socio iocunda est possessio. Sed adhuc dico. q̄ inuenit societas mala. q̄a sunt socij

Litigiosi. De litigiosis. i. de murmuratoꝛibus z querulosis. iracundis et litigiosis dicit
Proditiosi. Job. xxx. Frater fui draconū z socius strationū. De ꝓditiosis q̄ scz tm̄ se socient hominī in ꝓsperitate. z statim ipm̄
Raptores. dimittūt in aduersitate. Poeta. Fronte capillata post est occasio calua. Et Eccl'. vj. Est amic⁹ socius mense: & non pmanebit in die necessitatis. De desidiosis q̄ scz volūt quiescere z societatis onera nō sufferre pōt dici illud predictū Judicū. xvij. q̄ cū nullo hominuz habeant quicq̄ societatis z negocij. De raptoꝛib⁹ pōt dici illud Job. xvij. Predam pollicent socijs tc. De deceptoꝛibus vo dicit Esa. j. Oz principes infideles socij furū. Sufficiat ergo gratia breuitatis. Vide de amicicia. de fraternitate. de pūgere. cōgregare. inter pariter simul. z alijs titulis similibus.

Sol. Cum em̄ sol sit ꝓncipium luminis et calozis. possum dicere q̄ in scriptura in bono sumit et in malo. Unde nota q̄ per solem intelligitur

Conditio regis eternalis. Dico ergo primo q̄ sol
Perfectio viri virtualis. significat regem eternalē.
Cōbustio pene tēpoꝛalis. scz q̄: sol dicit quasi solus
Elatio gloue mundialis. lucens p excellentiā. z iste dicit solus omipotēs. Et de boc dicit Eccl. xxvj. q̄ ipse sicut sol oziens mūdo in altissimis. Sc̄do signat virū vtualem. q̄: scz sol inter z sup oīa coꝛpoza est sūme perfectionis z virtutis. vnde Eccl. xxvij. dicit. q̄ bō sanctus in sapientia manet sicut sol. Tercio signat penam tpalem. q̄a vicz sol habet cōburere et desiccare z etiā affligere coꝛ bumanū. Unde de beatis q̄ ab ista pena sunt liberi: dr̄ Esaie xlix. Mō percutiet eos estus z sol. Et Apocal'. vij. Mō cadet sup eos sol neq; vllus estus. Quarto dico. q̄ designat gloriā mūdialem. q̄: scz sol summe est pulcer et fulgidus. oculoz tamen intuentiū est nociu⁹. sic et mūdi gloria ē delectabilis. z suis amatoꝛib⁹ nociua et dānabilis. vnde Ecclesiastici. xliij. Tripliciter sol exurens mōtes excecat oculos. Et dicit tripliciter ꝓter tria genera bonoz gloꝛie et ꝓsperitatis mūdane que sūt delicie: diuitie. z honoꝛes. de duob⁹ autē primis aliq̄d est dicēdū. Dicam⁹ ergo ꝓio de sole: q̄ signat diuinā conditionē. Deus em̄ ꝑtū ad diuitatē z ꝑtū ad hūanitatē pōt dici sol. Quia sicut sol habet

Claritatem q̄ nō obfuscat. Sic ꝓnldubio xp̄s habuit claritatē sapientie.
Celeritatē que nō retardat. qua p̄dicādo mūdū illuminauit. Eccl. xlij. Sol
Caliditatem q̄ nō refrigerat. illuminās per oīa respexit. Item habuit celeritatē potentie qua mūdū creauit ps. Fecit solem in potestate dei. Item habuit caliditatem amoꝛis p quē mūdū fouit z reformauit. j. Regum. xj Cras erit vobis salus cum incaluerit sol. Item habet et habuit vtilitatē oīs sufficientie qua mūdū ditauit. Eccliastici. xxvj. Sol oziens mūdo. i. ad oim que in mūdo sūt vtilitatem. Item habet et habuit mobilitatē occulte z imꝓceptibilis ꝓuidentie. qua mūdum gubernauit. q̄: scz sicut motus solis non percipit. cū tamen constet ipm̄ valde celeriter moueri. sic motus ꝓuidentie non ꝓcipit. q̄uis oia regendo continue moueat. vnde de sole dicit Eccl's. j. q̄ oritur sol et occidit. z p circulos suos reuertit. girat ad meridiem. et flectit ad aq̄lonem. quasi dicat. deus p suam ꝓuidentiā vndiq; circuit z girat. Et ideo breuiter de isto sole xp̄o z de eius cōditionib⁹ z affectibus pōt exponi illud Joelis. ij. Sol cōuertet in tenebras: z luna in sanguinem vide eam diuisam fm aliū intellectū in sermone. Resplenduit facies eius sicut sol. Ubi aduerte q̄ sicut aliq̄n inuenit

Sol velatus. Sic xp̄s Fuit velat⁹ per carnis assumptionē. Fuit obscurat⁹ p mortis afflictionē. Fuit illuminat⁹ p vi
Sol eclypsat⁹.
Sol illuminatus.
Sol rubricatus. te resumptionē. Erit rubricat⁹ p iudicij ꝓlationē vel correctionē. Iste em̄ sunt quatuoꝛ reuolutiones istius solis xp̄i. s. natiuitas. z moꝛs z vita. z status post moꝛtem. s. resurrectio z ascensio z finalis aduentus ad iudiciū. Dico igit. q̄ iste sol describit ꝑtum ad q̄tuoꝛ in his verbis. Oz tū ad assumptionē carnalis nature Oz tū ad afflictionē moꝛtalis iacture. Oz tū ad resumptionem noue vestiture. Oz tū ad correctōnem dure ꝓlature Primū ꝓbat vigoꝛ imutatus. cōuertet. Secūdū splendoꝛ obscurat⁹. in tenebras. Terciū fulgoꝛ renouat⁹. luna Quartū ardoꝛ inflēmatus. in sanguinē. Dico igitur. q̄ xp̄s sol iustitie fuit imutatus assumendo carnis naturam cōuertetur. Cōuerti em̄ nihil aliud est q̄ mutari. Et iō ipse dicit cōuersus q̄n in boiem est mutatus. Ista em̄ fuit conuersio nō per se: & per accidens. nō simpliciter: sed fm q̄d non in toto: & in tanto. q̄uis em̄ sol nō mutetur nec cōuertatur formaliter aut realiter. mutat tamen z cōuertit superficialiter et localiter. q̄: scz q̄n velatur nubib⁹. tūc mutat in colozū varietatem. q̄n vo de oriente in occidentē ꝓgreditur: tūc mutatur ad locozū diuersitatem. Sic ve charissimi: dei filius q̄uis in se sit imutabilis et etern⁹. Juxta illud Malach. iij. Ego dns qui nō muto:. Quādo tamen nubibus. i. puris et sanctis carnib⁹ fuit vestit⁹: tūc fuit visus superficialiter mutatus. z de celo ad terram localit̄ inclinatus. cōuertet. vnde Act. ij. Dabo ꝓdigia in celo sursum: et signa in terra deorsum. Sequit. sol vertetur. Ponesi vis quō elytropia lapis q̄ interptatur solis cōuersio. facit solem cōuerti in sanguineū colozem. Applica. Vide supza titulo de applicare. Figura quomō sol tempe Ezechie regis reuersus est i horologio achaz decem lineis vide eam supza vbi signare vel signū. Ista aūt puersio fuit facta in ortu solis istius. i. in natiuitate z incarnatōe dei filij. Sol em̄ ad litteram in ozu suo apparet alteri⁹ coloꝛ q̄ sit fm rei veritatem. Possum⁹ ergo notare q̄ in isto ortu facte sunt mirabiles cōuersiones. videlicet.

Humilitas cōuertit in sublimitatē. Oz em̄ tūc puer
Maternitas ꝓuertitur in virginitatē. sa in sublimita-
Deformitas cōuertitur in formositatē. tem fuerit humi
Diuersitas cōuertit in concorditatē. litas apparuit i

pastoꝛib⁹ et gentilib⁹. q̄bus fuit ista natiuitas plus q̄ magnis boibus reuelata. cū tm̄ a iudeis reputarent̄ viles bumiles et dejecti. Et de boc dicit Hester. xj. Sol ozt⁹ est z būiles exaltati sunt. Item q̄ tūc in virginitatē cōuertatur maternitas. ptz ex boc. q̄: vgo et mater Maria simul fuit. Et de boc. ij. Regū. xxiij. Lux auroze. i. virginitas marie oriente sole mane absq; nubib⁹ rutilat. Item q̄ in virtutiz formositatē puertat vicioz deformitas. ptz in p̄. vbi dicit. A solis ozt⁹ vsq; ad occasum ex syon species decoꝛis eius. Oz etiam in concordiā cōuertat diuersitas. patz ex boc q̄ tūc gentiles populi z iudei q̄ semp fuerant contrarij et diuersi. in vnitate fidei sunt ꝓiuncti. pō. Ozt⁹ est

sol et congregati sunt: z in cubilibus suis collocabuntur. Ecce ergo quō isto cōuerso etiam alia sunt cōuersa. conuertet inqt. Tūc em̄ fuit alia claritas solis. alia lune. alia stellarū. j. Cor. xv. Vide eam supra de claritate. Ptz igitur. q̄ hic fuit alterat⁹ assumēdo carnis naturā. Deinde dico de isto sole. q̄ hic fuit eclypsat⁹ sustinendo mortis iacturam. z hoc ostendit cum dicit. in tenebras. Sol em̄ q̄uis in sui existentia semp sit clarissim⁹: in nostra tamen apparentia: qn̄ eclypsat efficit obscurissim⁹. Sol em̄ i nouilunio qn̄q; eclypsim patit. z in exteriori apparentia obfuscatur. Sic xp̄s quia q̄uis q̄tū ad diuinitatē semp fuit lucidus: p mortem tn̄ factus est appareter in humanitate eclypsat⁹. obscurus z pallid⁹. z in nouilunio. i. in nouitate et ortu nostre fidei mortis tenebris obscurat⁹. in tenebris inqt. Joelis. iij. Sol et luna obtenebrati sunt. Sol in quit et luna. i. xp̄s et fides sua. q: sc̄z tūc verificatū fuit illud Ezech. xxxij. Solem nube tegā. z luna nō dabit splendorē suū. q: sc̄z qn̄ sol iste fuit nube. i. mort̄ turbine obscuratus. tūc splendor lune. i. fides fuit in discipulis oīm̄bus excepta Maria v̄gine eclypsat⁹. Mat. xxiij. Post tribulationem dier̄ illor̄ sol obscurabit. Mors em̄ fuit occasus istius solis. q̄ quidē occasus ab ipo sole fuit p̄cognit⁹. p̄s. Sol cognouit occasum suū. In meridie fuit dispositus. Amos. viij. Occidet sol in meridiem. Juxta ir̄m fuit completus. Judicū. xix. Occubuit sol iuxta gabaon. Ad salutē populi fuit cōfectus. Leuit. xxj. Cū occubuerit sol mūdatus vescet sanctificatis. Et tandē per sepulturā fuit pfectus. Thob. ij. vbi de Joseph̄ pōt dici. q cū sol occubuisset abijt et sepeliuit eū. Fuit igit eclypsat⁹ sustinēdo mortis iacturā. in tenebras inqt. Nō etiam bene apparuit in morte sua. vbi sol materialis fuit obscurat⁹. in signum q̄ sol eternalis p mortem fuerat eclypsat⁹. Nō bene figuratū est Apocal. ix. vbi dicit. q obscurat⁹ est sol z aer de fumo putei abyssi. Ad deno tandū q fum⁹. i. inuidia q̄ processit de puteo abyssi. i. de cordib⁹ iudeor̄ fecit solem christū per mortē obscurari. z vite lumine spoliari. Fuit igit vt dictū est eclypsat⁹ sustinendo mortis iacturā. Deni q̄ dico. q iste sol fuit renouat⁹ acq̄rendo vite vestituram Et istud ꝓuldubio fuit in resurrectōe et ascensione: vbi per corpis glorificationē z p eterne p̄latur adeptionem iste sol fact⁹ est lucidus atq; clarus. sicut sol q̄ postq̄ fuit sub nubilo: ad suam tamē reuertit claritatē. z hoc ostēditur cū dicit. luna. Quia sc̄z luna est stella q̄ de claritate ad obscuritatem reducit. z itez de obscuritate ad claritatez reducit. z de vetustate ad nouitatez renouat. signās istū qui primo p immortalitatē erat clar⁹. tandē fact⁹ est mortalis z obscur⁹. finaliter tamen in resurrectōe et ascensione ad immortalitatē extitit renouat⁹. et claritate glie perpetuo illustrat⁹. luna inqt. Unde de xp̄o dicit deus pater illud p̄s. Thron⁹ eius sicut sol in conspectu meo. sicut luna pfecta in eternū. z testis in celo fidelis. vt etiam possimus dicere illud Esa. lx. Nō occidet amplⁱ vltra sol tu⁹? z luna nō minuet? Fuit igit iste sol renouat⁹ acq̄rendo vite vestituram. Insup dico de isto sole. q iste erit inflāmat⁹ exercendo mūdi prelaturam. sc̄z in iudicio vbi ipe erit rigidus z seuer⁹. qd̄ ostendit cum dicit. in sanguine. Quia sc̄z iste erit tūc totus feruid⁹ z sanguine⁹ per iusticiā z rigorem. Sol em̄ q̄ est in medio orbis. s. in p̄cto meridiei. solet esse feruētissim⁹. sic xp̄s q̄ in medio celi z in medio terre sc̄z in iudicio apparebit. z q̄ se in valle iosaphat: q̄ est in medio mūdi demonstrabit. vbi sc̄z mūdū iudicabit et mediabit. tūc dico p rigorem. iusticie erit feruid⁹. z condemnando peccatores sanguine⁹ z seuerus. Nō bene figuratū fuit Apocal. xvj. vbi dicit. q datū fuit soli affligere homies estu et igni. et estuauerūt homies estu magno. et blaspbemauerūt deū. Sol em̄ feruore suo in estate q̄ndo est in leone solet herbas siccare. que tēpore veris contigerat reuirere. Sic xp̄s in illo feruore iudicij vir ferus z leonin⁹ apparebit. p̄tōres siccabit. z virorem ꝓsperitat̄ qua in mūdo viruerant deuastabit. Jaco. j. Exort⁹ est sol cuz ardore suo z arefecit fenū. z flos eius decidit. z decor vult⁹ eius deperijt. Sic igit patet quō sol iste signat diuinam conditōem. qd̄ est primū principale. Secdo principaliter dico. q sol designat virtualem perfectōem. Et sic dico q p solem pōt intelligi homo iustus qui ad modū solis habet calefacere per charitatem. habet illuminare p doctrine veritatem. z p exemplor̄ bonitatem z honestatē Sol em̄ nunq̄ perdit lumen suū. sic nec iust⁹ gratiam. Et breuiter sicut sol pseuerat semp infra ambitū celi. sic iusti semp manent p gratiam infra ambitū ecclesie sponse dei. Juxta illud Josue. x. Stetit sol in medio celi. Ubi aduerte q sol habet quatuor conditōes. quas debēt habere generaliter viri iusti. Sol est ꝓpetu⁹. stetit. Sol est ꝓspicuus vel assidu⁹. sol. i. sol⁹ lucens. Sol est planetarū medi⁹ vel parduus in medio. Sol est elementis alti⁹. celi. Sic v̄e iusti debēt habere

Jgit dico. q iust⁹ debet habere duracionis longitudinez

Longitudinem in duratōe. stetit.
Limpitudinem in cognitōe. sol.
Rectitudinē in intētione. in medio.
Celsitudinē in affectione. celi.

perpetuo⁹ manet in eadem q̄litate. nunq̄ em̄ amittit ꝓprie essentie quantitatē nec ꝓpriū luminis claritatem. nec sui mot⁹ cōtinuitatem. Sic v̄e nec vir iustus lumen gr̄e perdit: ꝙ per diligentiam semp currit. z p perseuerantiā in bono sp manet z existit. vnde Esa. lx. Non occidet vltra sol tu⁹. stetit inqt. j. Paral. xxij. In domo iuramenti stare fecit solem suū. Nō tn̄ ē contra multos: nō soli ꝙ lune cōparandos. q̄ q̄uis aliq̄ndo habeant ꝓseuerantie stabilitatē: nō habent tamē duram bilem. imo statim vertūtur ad desistentie mobilitatē. Juxta illud Eccl. xxvij. Nō sanct⁹ in iusticia manet vt sol. stultus aūt vt luna mutat. Nō sic iust⁹ charissimi. q: semper vt dictū est: est durationis longitudinē faciens. Juxta illud Josue. x. c. Sol contra gabeon ne mouearis. Item iste debet habere cognitōis limpitudinem. sol inqt. q: sc̄z quasi sol⁹ lucens. Solus dico. s. per excellentiam. Quia p certo sicut sol lucet interi⁹ et exteri⁹. intantū etiam q̄ lux ipius illuminat totū mūdū. Sic iust⁹ lucet interi⁹ p discretionem z sapiam. z p fidei veritatem et sciam. exteri⁹ autē lucet p honestam apparētiam. z p bonor̄ exemplor̄ redūdantiā. Et ideo q̄tum ad primū: ipe illuminat alios docēdo z predicando. Et q̄tū ad scd̄m. exemplū vite p̄bendo et ostendēdo. j. Mach. vj. Refulsit sol in clypeos aureos et ereos z resplenduerūt montes ab eis. Eccl. xlvij. Quid lucidi⁹ sole z hic supra solem. Jsta tn̄ sunt cōtra multos. qui sc̄z nec discretōe nec puersatione sunt splendētes. Sicut em̄ lune interpositio obscurat solem et eam facit eclypsari. nubiū etiam oppositio ip̄m aut totaliter impedit aut alteri⁹ colorꝫ ostendit. Sic v̄e charissimi: nubes carnalis būiditatis. z luna fluxibilis z mutabilis ꝓsperitatis. facit multos turbidos z obscuros z lumine scientie et honeste apparentie denudatos. Apocal. vj. Sol fact⁹ est niger sicut saccus cicilin⁹. Non sic: ꝙ habeat homo iust⁹ cognitionis limpitudinem. sol inqt. Tercio dico. q iust⁹ debet habere intentōis rectitudinē. qd̄ ostendit cuz dicit. in medio. Medium em̄ rectitudinem designat. q: illud qd̄ medium est nō declinat ad dexteram nec ad sinistram. Sol etiam in medio planetar̄ dicit esse situs. Et ideo dicit q iste alios planetas in suis modulationib⁹ cōcordare facit sicut corda media instrumenti. Sic v̄e charissimi viri iusti vel iust⁹: z maxime iustus ꝓlat⁹ debet mediū z iusticie tenere rectitudinem: z in medio alior̄ p iusticiam incedere. z alios sicut mediator ad cōcordiā reducere. z ipsos in pace z concordia retinere. Et sic talis dicetur sol iusticie a deo datus z ordinat⁹ ad iustum regimen alior̄. p̄s Justicia eius sicut sol in conspectu meo. z Malach. iij. c. Timentib⁹ nomen meū orietur sol iusticie. in medio inqt vnde Job. xx. dicit. Or stetit iesus in medio z dixit discipulis suis. pax vobis ꝛc. Vide supra de medio. Habeat igitur homo iustus rectitudinē intentionis. Itē iustus debet habere celsitudinē affectionis. celi. Quia sicut sol sursum persistit. nunq̄ vo ad terram puenit et descendit. Sic iustus semp debet mentaliter in celo morari: z nunq̄ in terra seu terrenis mentaliter cōuersari di. Phyl. iij. Conuersatio nostra in celis est. et Eccl. xxvj. Sol oriēs mūdo in altissimis dei. Sic ergo ptz quō sol significat virum iustum p dictas quatuor rōnes. Et ꝓpter hoc videt q iustus vel pfect⁹ potest cōparari vel figurari in illo filio hominis. q̄ tenebat septem stellas in dextera sua: z ambula-

bat in medio septem candelabroꝝ: cuius facies erat sicut sol in regno patris eoꝝ. Patet igit̄. q̄ sol significat viri iusti perfectionem. Sed adhuc potest dici q̄ sol significat virtutū conditionem. Sol em̄ inquantū seruet significat charitatē. Inquantū splendet signat fidei ⁊ sciētie claritatem. Inquantū cōtinue se mouet signat diligentie sedulitatem. Inquātū lumen suū oīb⁹ exhibet signat largitatem. Inquantū in medio p̄manet signat equitatē. Inquātū sursum residet signat cōtemplatōis sblimitatē. Quia sol. id est diuina gratia est iste sol. qui

Per charitatem seruet.
Per fidei claritatem splendet.
Per diligentiam currit.
Per pietatem influit.
Per iusticiam medium tenet.
Per cōtemplationē sursuz residet.

Oꝛ ferueat p charitatē. patet Jaco. j. Exoꝛ⁹ est sol cum ardoꝛe. Item q̄ splēdeat p veritatē patet. ij. Macha. j. vbi dicit̄. q̄ sol refulsit q̄ prius erat in nubilo. Multi tm̄ dicūt illud Sap̄. v. Sol intelligētie nō est oꝛt⁹ nobis. Item q̄ p diligentiā se moueat: patet Maum. iij. Oꝛtus ē sol et auolauerūt. Et Ecci. xlviij. Retrocessit sol ⁊ addidit regi vitam. Item q̄ per pietatē alios foueat: patet in p̄s. Oꝛt⁹ est sol et cōgregati sunt. supple pauper ad elemosynā accipiendam. Item q̄ per iusticiā medium teneat. ptz Josue. x. Stetit sol in medio celi. Item q̄ sursum p contēplationē resideat. ptz Ecci. xxvj. Sol oriens mūdo in altissimis dei Vel etiā p̄nt iste cōditōes ppetere viro iusto. q. ſ. vir iust⁹

Fertur per charitatem.
Splendet per honestatem.
Se mouet per sedulitatē.
Alios fouet p pietatem.
In medio est p pauptatem.
In celo manet per contem-

plationis sublimitatez ⁊c̄. Concordia sicut in precedenti de sole. Sufficit. Vide quasi in titulis infinitis ⁊c̄.

Solennitas. Cum solennitates fuerint instituite ad deū laudandū. collaudandū ⁊ honorandū. Possuz tamē dicere. q̄ solēnitas sumitur in bono et in malo. Unde nota. q̄ inuenit̄ quadruplex solennitas in sacra scriptura. scilicet.

Interioꝛ. Solēnitas interioꝛ est cōmendanda.
Exterioꝛ. Solēnitas exterioꝛ est celebranda.
Superioꝛ. Solennitas superioꝛ est affectanda.
Inferioꝛ. Solennitas inferioꝛ est detestanda.

Dico primo. q̄ est solēnitas interioꝛ. que debet cōmendari. Et ista ē solennitas spūalis. quā faciūt ỽtutes in coꝛde viri iusti. vbi fides inuitat ceteras ⁊ illuminat: deuotio est sacerdos. honestas ē sacrista. q̄ altaria ornat. oꝛo ỽo est sacrista q̄ campanilia tangit ⁊ pulsat. Et de hoc dicitur in p̄s. Bucc̄ nate in neomenia tuba in insigni die solēnitatis vestre. gratiarūactio tenet librū que cantat et laudat. Secūdo dico. q̄ est solēnitas exterioꝛ que debet celebrari. Et ista ē solennitas sanctoꝛ. iij. Regū. viij. Cōuenit vniuersus ysrael ad salomonē in die solēni. Tercio dico q̄ ē solennitas superioꝛ q̄ debet affectari. Et ista ē solēnitas beatoꝛū. De qua. ij. Paral. xxx. Cōgregatiq̄ sunt in ir̄m multi vt facerēt ibi solēnitatē azimoꝛ. Quarta ē solennitas inferioꝛ q̄ debet detestari. Et ista ē solennitas. gaudium et iocūditas mūdanoꝛ. De qua Esa. j. Solēnitates vestras odiuit aia mea. Vide de festo supra de celebritate.

Sollicitus. Sollicitudo. Nota. q̄ sollicitudo idem est q̄ diligentia seu cura. Unde possum⁹ notare breuiter. q̄ in sacra scriptura inuenitur.

Soilicitudo naturalis. Prima ē mortaliū vniuersoꝛ.
Sollicitudo virtualis. Secūda ē mortaliū ỽtuosoꝛ.
Sollicitudo criminalis. Tercia ē mortaliū viciosoꝛ.

Dico ergo primo. q̄ est q̄dam sollicitudo q̄ est naturalis. Et ista ē illa qua nos sumus naturaliter solliciti et attenti de cōseruatione vite. de euasione pene. de aboꝛ prouisione. ⁊ de moꝛboꝛ curatōe. qō etiam nō solū homines: ſ etiā animalia faciūt ⁊ procurāt. De ista dicit̄. j. Coꝛ. xij. Pro se inuicē sollicita sunt mēbra. Et Math. vj. Crastina dies sollicita erit sibiipsi. Ista tm̄ sollicitudo reprobāt in viris pfectis q̄ ipos retrahit ne solliciti sint de his q̄ pertinent ad salutē. Puer em̄ pro quo pater ⁊ mater continue cogitant: nō debet esse sollicit⁹ q̄d induat seu manducet. satis em̄ parentes curabūt. ⁊ vlterius. q̄ cura pueri nō sufficeret nec valeret. Sed procerto nec bō ⁊ maxime vir perfectus debet esse nimis sollicit⁹ de predictis. Habet em̄ patrem in celis q̄ cogitat et prouidet sup ipsis. Luce. xij. Nolite solliciti esse anime vestre q̄d manducetis. Et sequitur Pater em̄ vester scit q̄ his oibus indigetis. Et ideo sicut pulli auiū nunq̄ sollicitant querere cibum. ſ solum solliciant clamare ad patrem ⁊ ad matrē. qui solliciti sunt p ipsis. Sic nec viri pfecti debent solliciti necessaria q̄rere. ſ in deo sperare et ad ip̄m recurrere ⁊ clamare. Juxta illud j. Petri. v. Om̄ sollicitudinē vestram ꝓiacientes in eum q̄m ipsi cura est de vobis. Ista est ꝑ sollicitudo naturalis

Secūdo dico. q̄ est sollicitudo ỽtualis. Et ista est illa q̄ sancti et iusti sunt solliciti de ptinentib⁹ ad salutem. Exemplo creaturarū que sollicite sunt. ⁊ in cōtinuo motu ⁊ exercitio. de exequēdo officiū qō sibi datū est a nā sicut patz

In celo sollicite currente.
In sole sollicite illumināte.
In aqua cōtinue fluente et refrigerante.

Et sic de alijs. Exēplo etiam boni seruitoꝛis. q̄ valde est sollicit⁹ ⁊ attentus q̄ magistro suo bene seruiat et placeat. Exēplo canis q̄ in multitudine hominū sequens dom̄ suū valde sollicite attendit ne ipsum perdat. Quia ꝓcerto charissimi iusti debent esse solliciti facere officia sua sibi iuncta. Josue. xxiij. Estote solliciti vt custodiatis cūcta que scripta sunt. Et facere deo ⁊ magistro aut dño suo seruicia debita et honesta. vnde Mich. vj. dicit. Indicabo tibi homo q̄d sit bonū. ⁊ q̄d dñs a te requirat. vtiq̄ facere iudiciū. misericordiam ⁊ iusticiaz. ⁊ sollicite ambulare cū deo tuo. Vide eam supra positā ⁊ diuisam in titulo de bonitate. Unde nota. q̄ debem⁹ esse solliciti de multis. vicz.

De faciendo oratiōnem.
De exhibendo compassionē.
De ꝑseuādo pacis vnctionē.
De gubernādo sumptā plationē.

Simus igit̄ solliciti ꝑ alijs orare. Juxta illd Colo. iij. Salutat vos epaphras semp̄ sollicitus ꝑ vobis in oꝛōnibus. Item simus solliciti alios adiuuare. Juxta illud. j. Coꝛinth. xij. Pro se inuicē sollicita sunt mēbra. Item simus solliciti federa conseruare Eph̄. iij. Solliciti seruare vnitatem in vinculo pacis. Item simus solliciti sumpta officia gubernare. Rom̄. xij. Qui p̄est in sollicitudine ⁊c̄. Ista est igit̄ sollicitudo ỽtualis. Tercio dico. q̄ est sollicitudo criminalis. Et ista ē illa qua pcōres sunt solliciti ⁊ attenti de rebus nō ptinentib⁹ ad salutē. ſ. de diuitijs. ⁊ deliciis ⁊ honoꝛib⁹ acq̄rendis ⁊c̄. Contra illud Phyl. iij. Nihil solliciti sitis: ſ oratōnes vestre innotescāt apud deum. Pueri em̄ et fatui magis solliciti sunt de rebus inutilibus q̄ de vtilib⁹. Non em̄ cessant pueri opa puerilia facere. ⁊ circa illa sollicite vigilare. in q̄bus tm̄ nihil ꝓficiūt: sed se ipsos maculāt ⁊ inficiūt. sic pcōres. Tm̄ nō q̄ isti sē solliciti

De carnis voluptatibus.
De mūdi facultatibus.
De negocioꝝ magistratib⁹.

Solliciti sūt de carnis voluptatib⁹. Luc. viij. A sollicitudinib⁹ ⁊ voluptatibus vite eūtes suffocant̄. Item de mūdi facultatibus. de qua Mat. xiij. Sollicitudo seculi et fallacia diuitiarū suffocant ỽbum. Item de mūdi dignitatib⁹. de qua Luce. xij. c. Nolite solliciti esse anie vestre. Et seq̄tur. Nolite tm̄ sublime extolli. Item de negocioꝝ ministratōibus. De hoc dicit̄ est Luc. x. Martha sollicita es ⁊ turbaris erga plurima. vnde etiā de figulo dicit̄ Ecci. xxxviij. In sollicitudine posit⁹ est ꝓpter opus. Sic igit̄ ptz quō triplex inuenit̄ generalit̄ in sacra scriptura sollicitudo. vide in libro de oculo et attentione oculi. Vide ſ supra de exercitio. ⁊ in alijs similibus.

Solium. Nota. q̄ solium ꝓprie dicit̄ vel est sedes seu thronus regalis vel iudiciarie maiestatis. Et possum⁹ breuiter notare. q̄ in scriptura inuenit̄ multiplex solium. videlicet.

Solium eternū. Primū est soliū diuine maiestatis.
Solium internū. Secūdū est soliū mētalis volūtat.
Solium supernū. Terciū est soliū sūme felicitatis.
Solium externū. Quartū est soliū mūdane auctis.

Soliū eternū debet venerari. In solio maiestat̄ sedet deus eternalit̄.
Soliū eternū debet ꝓparari.
Soliū supernū debet affectari. Esa. vj. Vidi dñm se-

Soliū externū debet refutari.

dentē sup solium excelsum.et plena erat omnis terra maiestate eius. In solio voluntatis sedet deus spualiter.vnde de anima sancta dicit Hiere.iij. Vocabit hierlm solium dñi. In solio felicitatis sedent sancti supnaliter.vnde de deo dicit Job xxxvj. Qui reges in solio collocat.qz sez ibi qlibet btūs est rex. In solio vo auctoritatis sedent prelati virtualiter et etiaz tyranni criminaliter.vt de bono iudice vel plato: dicit illō Prouer.xx. Rex q sedet in solio iudicij dissipat oīe malū intuitu suo. Quia sicut dicit Prouer.xvj. Iustitia firmabit soliū. De malo vo iudice vel tyrāno dicit illud Amos.vj. Ve q opulenti estis in syon. Sequit. Qui sepati estis in diem malā.t appropinqtis solio iniqtatis.q dormitis tē. Soliū maiestatis est adorandum.vt dicam⁹ deo illud Esa.lxvj. Vide de habitaculo sancto tuo:t solio glie tue. Soliū voluntatis est pparandum. Esa.xvj. Preparabit in misericordia solium eius. Soliū felicitatis est affectandū. Job.xxiij. Quis mihi det vt videam t vt cognoscā illū t veniā vsq ad soliū eius. Soliū auctoritatis mūdane est refutandū. Jone.iij. Surrexit rex de solio suo t abiecit vestes tē. vide supra de sede sedere.t infra de throno. Sufficit tē.

Solus. Cū solus dicit iste q nec alij est associat⁹ vel pūctus. Possum⁹ dicere q aliqñ soli tudo sumit in bono:aliqñ etiam in malo inuenit. Significat em qñq

Dei subhmitatē inattigibilem.
Justi sanctitatē incōpabilem.
Imperij prauitatē inenarrabilē.
Paupis ptēptibilitatē miserabilē.
Dānator. aduersitatē inestimabilē

Deus em dicit solus. qui superat in oīm q. litate. Unde.ij. Machab.j. Deus creator. terribilis.oīmpotens solus:iustus:t solus prestans. Just⁹ dicit solus.qz se separat a mūdi cōmunitate. Hiere.xv. Solus sedebā quoniā amaritudine repleti me. Peccator dicit solus qz caret dei societate. Eccls. iij. Ve soli qz si ceciderit nō est q subleuet eū. Paup dicit solus:qz caret amicor. fertilitate. Esa.lxiij. Torcular calcaui sol⁹ tē. Dānatus vo dicit solus:qz caret et sanctorū amore et charitate.t totius auxilij securitate. Leuit.xij.c. Quicūq maculatus fuerit lepra solus habitabit extra castra. Dicam⁹ ergo breuiter.q est solitudo pertinens

Ad deitatem.
Ad sanctitatē.
Ad prauitatē.

Tercio dico q est turris interior q̄ est amabilis.z ista est turris cōtemplationis q̄ interius in ciuitate aie construit. vt ꝓ rōnem ibi speculantē hostiū insultus ꝓuideant z ipsa ciuitas defenset Judic.ix.Erat turris excelsa in media ciuitate. Quarto dico q est turris exterior q̄ est laudabilis z ista turris est quilibet vir iustus p cōtemplationē altus:p cōstantiam z pseuerantiā robustus.tunc ēm ciuitas religionis vel ecclesie fortis dicit.q̄n turribus id ē sancti et altis doibus roborat.ij.Para.xiiij.Edificemus ciuitates z roborem⁹ eas turribus z portis. Ūñ Judith.j. Qr ille rex edificauit ciuitatem potētissimā z turres posuit in altitudine cubitoꝝ centū.Quia scī ciuitas ecclesie fundata supra firmā petrā:turribus id ē sanctis doibus munit.q̄ cē tum cubitis.i.oīmoda virtutū pfectione dotant.j.Mach. iij.Edificauerūt murum syon z ꝑ circuitū ei9 turres. Jsta est turris exterior q̄ est laudabilis. Quinto dico q ē turris posterior q̄ est mutabilis.z ista turris est status excellētie mundane.q2 ꝑcerto ista est turris transitoria:mutabilis z vana.z est turris babel quā gygantes edificauerūt.et quā vsq; ad celū erigere voluerūt Gen.xj. Faciamus ciuitatem z turrim cuius cacumē celos tangat. Sicut tñ turris illa excellētissima fuit destructa. z edificiū ꝑ confusionem linguaruꝝ frustratum.sic turris mundane eminentie destruet.z p̄ edificantiū suoꝝ supbia cōfundet Eze.xxvj. Diffabunt muros tyri z destruent eius turres. Sexto dico q est turris deterior q̄ est damnabilis.z ista turris nihil aliud est q̄ peccatoꝝ supbus q̄ quasi more turris per supbiam est erectus. Ūñ de dyabolo z supbis pōt dici illud p̄ dictum Judith.j.Qr ciuitatis sue turres posuit in altitudinem cubitoꝝ centū.Et sic ergo ptz q sunt sex genera turrium.z sic sufficit ad p̄sens.

Turpitudo. Cum turpitudo nihil aliud est spūaliter loquēdo q̄ pauī vel inhonestas conuersationis. Possum notare q sunt turpes z deformes scī

Quidam in intentione.
Quidam in affectione.
Quidam in locutione.
Quidam in operatione.

Est igit turpitudo intentionis. de qua Ephe.v. Que in occulto ab eis fiunt turpe est dicere. Jtem est turpitudo affectionis.z ista est turpis af

fectus tpalium. Ūō apls. j. Thy. iij. Decet dyacōnos non esse bilingues: nec multo vino deditos. non turpe lucrum sectantes. Item est turpitudo locutionis. De qua ꝓmo Coz. xiij. Turpe est in ecclesia mulieri loqui. Item est turpitudo opationis ⁊ maxime carnalis delectationis. vñ Exo. xxviij. Precepit dñs ꝙ sacerdotes habeant femoralia linea quibus opiant carnem turpitudinis sue. Et ideo dicit apls Eph. v. Fornicatio ⁊ oīs immundicia aut turpitudo aut stultiloquiū nō nominet in vobis ⁊c. Vide supra de pulcritudine ⁊c.

Thus. Thuribulum. Nota ꝙ taz per thus ꝙꝫ per thuribulum intelligit virtus oōnis. vel deuotionis. ꝙ sup carbones ferventis charitatis posita fumū sanctorum desideriorum emittūt. sed de isto vide in tabula: quia omitto gratia breuitatis. Finit litera. T.

Incipit litera. V.

Acuꝰ. vacuitas. Nota ꝙ vacuitas contraria est plenitudini: et ideo in scriptura sumit in bono ⁊ in malo. sicut etiam plenitudo vt contrarioꝝ sit eadem disciplina. Notandū ergo ꝙ est vacuitas pfectoꝝ: egenoꝝ iniquoꝝ: damnatoꝝ. Prima ē affectanda. Secunda est supportanda. Tercia est detestanda. Quarta est formidanda. Dico primo ꝙ est vacuitas affectanda que est perfectorum. Nam

Perfecti vacuant crimiū fecibus.
Egeni vacuant terrenis opibus.
Iniqui vacuant virtutum moribus.
Damnati vacuant mundanis risibus.

Dico igit primo ꝙ est vacuitas affectāda ꝙ est perfectoꝝ. Quia ꝓcerto pfectoꝝ est vel pertinet ꝙ a vicijs vacuent. ⁊ ꝙ virtutibus impleant. Instrumentum em musicum si terra vel liquoribus esset plenum. nunꝙ daret sonū. Oportet enim vt talibus vacuetur. vt intrante aere sonuꝫ armonicum operet. Medicina etiam quando stomacho vacuo porrigitur melius operat. Et etiam de lupo legitur. ꝙ quā do pre fame terram comedit. ⁊ inde ventrem suum repleuerit. tandem inuētis bonis cibarijs solet pristina euacuare. vt ipsis se possit reficere ⁊ replere. Sic vere charissimi viri sancti solent criminibus ⁊ terrenis effectibus esse vacui ⁊ spūalibus bonis esse pleni. Cum em homo talib⁹ criminibus vacuat: tunc sonum diuine laudis melius modulatur. Medicina penitētie in ipso citius operat: ⁊ bonus cibus eucharistie dignius sumit ⁊ baurit. Unde. j. Coz. xiij Cum essem paruulus: loquebar vt paruulus ⁊c. Et talis vacuitas figurat Exod. xxxviij. vbi dicit. Or altare bolocausti erat quadratū: ⁊ concauū: ⁊ intus vacuū ⁊c. Judic. vij. dicit. Or gedeon militibus suis cōtra madian pugnaturis dedit tubas in manu. lagenas q̄z vacuas: ⁊ lampades in medio lagenarū. Quia ꝓcerto charissimi altare cordis nostri debet esse quatuor cardinalibus virtutibus quadratum. per humilitatē curuum ⁊ concauū: ⁊ a cunctis vicijs ⁊ terrenis cupiditatibus mūdum ⁊ vacuum. Nam illi qui contra madian dyabolum volunt preliari. tubas p̄dicationis ⁊ orationis debent tenere: lampadibus honeste cōuersationis debent splendere: ⁊ lagenas vacuas mūdez bumilis affectionis debent habere. Ista igit est illa vacuitas de qua dicit Eccl. xxxviij. Sapientiā scribe in tpe vacuitatis. Ista tn sunt cōtra multos iudices ⁊ plates qui nunꝙ volunt esse vacui: sed muneribꝰ semp pleni. dicentes omi bomini qui habet facere cum illis illud Exo. xxiij. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Natura em abboret vacuum. compa eos ventose: ꝙ vacua attrabit ad se saguinez vt impleat ⁊c. sicut in sequenti. §. Ceruus ⁊ vnicornis babent cornua non vacua: sed repleta contra naturā omniū animaliū cornutoꝝ. Sic vere cornua iurisditionis talium non sunt bodie muneribꝰ vacua sed volunt esse plena. Unde. ij. Regū. j. Gladius saul nō est reuersus vacuus. Non sic boni. sed ꝓcerto ipsi a criminibus sunt vacuati. muneribus sunt nudi. j. Reg. xx. Apparuit locꝰ dauid vacuꝰ. Unde apls in pſona viri iusti dicit. j. Coz. xiij. Cum factꝰ sum vir euacuaui que erant paruuli. Ista est ergo vacuitas affectanda que est perfectoꝝ. Secdo dico ꝙ est vacuitas supportanda que est egenoꝝ. Egeni em dicunt vacui: q̄a diuitijs tpalibus non sunt pleni. Vas em vacuū minꝰ poderat q̄ plenū: ⁊ ideo pauperes q̄ non sunt diuitijs pleni sed vacui. minus criminib⁹ sunt aggrauati: ⁊ ideo ad celū sunt leuiores: erūtq̄z facilius subleuati. Isti em sunt vacui modo. sed finaliter erūt pleni. Unde ouis duos babet ventres: quoꝝ vnus in pascuis replet: ⁊ alter euacuat: ⁊ inde est ꝙ ouis dū est in pascuis nunꝙ satiat: immo in sero duz ruminat: ad ventrem vacuū cibum transferendo plene reficit ⁊ replet. Tales ꝓcul dubio sunt pauperes huius mūdi. in sero tamē qn sunt in morte: qn ducent ad hospitium paradisi. tūc perfecte replebunt: ⁊ oīm bono satiabunt. Unde de istis in p̄senti potest dici illud Marci. xij. vbi dicit ꝙ agricole seruū patrisfamilias ceciderūt ⁊ dimiserūt vacuū Quia ꝓcerto pauperes q̄ sunt serui dei ab agricolis. i. diuitibus terrenis tribulationib⁹ cedunt: ⁊ per rapinas nudi ⁊ vacui dimittunt. Natura em abboret vacuū: ⁊ ido vas qđ dicatur ventosa: per actionem ignis aere vacuatū. solet de membris hominū sanguinē attrabere. vt vacuitatē suā possit replere. Sicut dicit Matb. v. Beati q̄ esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam qm ipsi saturabunt. Sic vere diuites bui⁹ mūdi quoꝝ cor per actionē ignis auaricie vacuati. quāto magis babent: tanto magis sunt vacui ⁊ inanes: vacuum paupertatis abborrent: ⁊ ideo non cessant sanguinem substantie alioꝝ sugere ⁊ attrabere. ⁊ per rapinam ⁊ vsurā aquirere. vt vacuitatez sui cordis possint replere: ⁊ alios bonis ꝓprijs euacuare Eccl. xiij. Euacuabit te ⁊ nō volebit dete. Unde breuiter de talib⁹ vacuis pauperib⁹ dicit Hieremie. xiij. Venerūt ad hauriendū aquā ⁊ nō inuenerūt: reportauerūt vasa vacua. Ista est ergo vacuitas que est toleranda: ꝙ est egenoꝝ. Tercio dico ꝙ est vacuitas detestanda ꝙ est iniquoꝝ. Peccator em dicitur vacuꝰ ⁊ nō plenus. Peccatū em nihil est: ⁊ ideo non replet locum quē inhabitat. sed semp seipm vacuū relinquit. Unde de peccatore dicitur Hiere. iij. Respexi terram ⁊ ecce vacua erat. Gratia ꝺo dei est aliud: ⁊ ideo quem inhabitat plenū facit. j. Coz. xv. Gratia dei sum id qđ sum ⁊ gratia eiꝰ in me vacua non fuit. ⁊ gratia eius semp in me manet. Et bene dicitur peccatoꝝ vacuꝰ: quia res vacua faciliter erigit: sicut patet de spica ꝙ plena granis solet incuruari: vacua ꝺo solet eleuari: sicut etiam patet de dolio qđ plenū solet submergi vacuū ꝺo solet natare. Item res vacua percussa sonat. Item res vacua faciliter mouet. Sic vere charissimi peccator ꝙ est virtutib⁹ vacuꝰ. per superbiam erigit faciliter. per impatientiam cito sonat ⁊ loquit: per inconstantiam faciliter agitat. Timor em dei q̄ corda habet deprimere talibꝰ defecit. ⁊ ideo cor eorum faciliter erigit per supbiam: ⁊ insurgit Job. xv. Quantū in te est euacuasti timorē. Et ideo de peccatore breuiter dicit Gen. j. Or terra erat inanis ⁊ vacua ⁊ tenebre erant super faciem abyssi. Nam sicut videmꝰ ꝙ vas ad ignem positū vacuum. faciliter frangit ⁊ liquefacit. Sic vere peccator si ad ignem tribulationū vel tentationū applicat faciliter: per impatientiā solet frangi: vel per luxuriaz eliquari. Unde Ezech. xxiij. De ciuitate peccatrice in figura vni⁹ olle: pone eam sup prunas vacuā vt incalescat ⁊ calescat es ei⁹ ⁊ liquefiat. Et non mirū si peccator sit vacuus: qui scilicet bonis terrenis ꝙ vacua sunt ⁊ vana inniti tur: ⁊ infirmitate eternoꝝ bonoꝝ per bonum desideriuz non solidat. Contra illud Eccl. iij. In supuacuis reb⁹ nolite scrutari. Et ideo breuiter concludit scriptura Sap. iij. Vacua est spes illoꝝ: ⁊ labores sine fructu: ⁊ inutilia eorū opera. Et Sapien. xv. dicit de peccatore. Cinis est cor ei⁹. ⁊ terra supuacua spes illi⁹: ⁊ luto vilior vita illius. Ista est ergo vacuitas detestanda ꝙ est iniquoꝝ. Quarto dico ꝙ est vacuitas formidanda ꝙ est damnatoꝝ. Peccatores em nunc vident esse pleni: sed ꝓcerto in fine inuenient bonis operib⁹ vacui. Sicut em ioculator videt ponere aliqn sub aliquo vase multa ⁊ infinita: sed qn aperit totū vacuū inuenit. Sic modo dyabolus videtur implere peccatores multis ⁊ mirandis. s. diuitijs: bonoꝝ ⁊ mūdi bonis: sed vere in fine postq̄ mors ipsos tulerit de medio: tunc vacui inuenient: ⁊ oia q̄ videbant eis inesse ab eis subtrabent. Esaie. xxix. Somniat esuries ꝙ comedat: ⁊ cū expgefactus fuerit vacua est anima ei⁹. Et merito isti fiūt vacui: quia si-

cūt de duabus situlis in vno puteo ista videm⁹ q alternatim plena efficiē vacua: t ecouerso vacua efficiē plena. sic fit duobus generib⁹ pauperū. s. t diuitū. Quia illi q̄ modo sunt vacui. s. pauperes. finaliter bonis oīnibus replebunt illi vo qui modo sunt pleni. s. diuites bonis oīnibus nudabunt. Luce. j. Esurientes impleuit bonis: t diuites dimisit inanes. Illi ergo vacui erunt bonis spūalibus: tpalibus et eternis. Spūalibus dico. de q̄bus Gal. v. Euacuati estis a xp̄o. Tpalibus etiā Prouer. xxvij. Oleum dextre sue euacuet. Eternis vo. de quibus Judith. j. dicit. Qui oīes remiserunt eos vacuas t sine honore abiecerūt. Sic ḡ patet q quadruplex est vacuitas.

Vado. vadere. Cum supra satis sit tractatum de ambulare: ire: gradi t similibus. Hinc est q de vadere modicū est dicendum Breuiter ergo dico q istud verbum vado denotat motum de termino a quo ad terminū ad quem. t significare potest quemcunq; incessum profectum t pgressum spiritualem. sine bonus sit siue malus. Proceditur igitur

Naturaliter.
Virtualiter.
Criminaliter.
Tēporaliter.
Infernaliter.
Supnaliter.

Ista em̄ sunt sex genera processuum bonorum: quibus tam boni q̄ mali diuersimode incedūt. Dico ergo primo q istud verbum vado significat processum naturalem. Vita em̄ nostra non est nisi vnum vado: q. s. bō naturaliē vadit

De natiuitate ad mortem.
De sanitate ad infirmitatē.
De iuuentute ad senectutē.

Et ideo homi dī Jone. j. Qō est opus tuū: q̄ terra tua: t quo vadis: vel ex q̄ pplo es tu. Iste em̄ sunt q̄uor q̄stiones attēdende. Dicet ergo homi. Quid est opus tuum qō defectuose facis. Que terra tua de q̄ materialiter exis. Quo vadis. i. quo p mortē cōtinue tendis. Ex q̄ pplo es tu. i. ex q̄bus parentib⁹ p originem descendis. Quia breuiter bō debet notare vñ venit nascendo: t quo vadit moriēdo. vt sic breuiter dicat sibi illud Gen. xvj. Agar ancilla sarai vnde venis t quo vadis? Et ipse respondeat illud Job. viij. Scio vñ venio t q̄ vado. Patet ḡ q vado significat pcessum naturalē. Scdo dico q signat pcessum virtualē. Quia. s. vir pfectus nunq̄ a virtutū pcessu desistit: ḡ de bono in melius transit t vadit sitis flumini qō ptinue vadit vltra. Sic possuz notare q iustus vadit spūaliter

Ad humilitatem vt occultetur.
Ad baptismum vt depuretur.
Ad eucharistiam vt satietur.
Ad amiciciam vt concordetur.
Ad obedientiam vt operetur.
Ad penitentiam vt lamentetur.
Ad confessionem vt emundet.
Ad predicationē vt in ea occupet.
Ad bonoz pditōez vt i ea pformet.
Ad pauperū collationem vt pfoleet.
Ad mortem vt meditetur.
Ad infernum vt conturbetur.
Ad paradisum vt iocundetur.

Isti em̄ sunt termini tredecim. ad quos diuersimode vadūt iusti. Dico em̄ q iusti vadunt ad humilitatez vt possint occultari. Exēplo cerui pinguis. qui fugit t vadit ad abdita ne inueniat. vñ. iij. Regū. xvij. Vade ad orientem t abscondere in torrēte carith Esa. xxvj. Vade pplis meus cubicula tua. claude ostia sup te t absondere. Item vadunt ad baptismū vt possint expiari. siles elephātibus q̄ libenter vadunt ad fluuiū balneari. Iñ. iiij. Reg. v. Vade lauare in natatoria syloe. Itē vadūt ad sacramentū eucharistie vt possint satiari. Unde. iiij. Reg. vj. Comedāt t bibant t vadant ad domū suam. Item vadūt ad amiciciā vt possint pcordari Matth. v. Si offers munus tuū ante altare vade prius reconciliari fratri tuo. Itē vadūt ad obedientiā vt possint opari Mat. viij. Habeo sub me milites t dico huic vade t vadit. Item vadunt ad pniam vt possint lamētari. vñ Mich. j. Sup hoc plangā t vlulabo: vadā spoliat⁹ t nudus. Item vadūt ad pfessionē vt possint emūdari. vñ Matth. viij. Vade t ostē de te sacerdoti. Et Job. viij. Vade t ampli⁹ noli peccare. Itē vadūt ad p̄dicationē vt possint occupari. vñ Jone. iij. Vade in niniuen ciuitatē magnā t p̄dica ibi verbū dñi. Et Luce. ix. Vade t annūcia regnuz dei. Itē vadūt ad bonos vt eis possint pformari Prouer. vj. Vade ad formicā o piger t p̄sidera vias eius t disce sapiam. vñ Luc. x. Vade et tu fac silr. Itē vadūt ad pauges vt ipsos possint cōsolari. Unde Matth. xix. Vade t vende oīa q̄ habes t da pauperibus. Itē vadūt ad mortē vt possint eam meditari Joban. xj. Vadit ad monumentū vt ploret. Itē vadūt ad infernū vt p hunc possint pturbari. vñ Esaie. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meoz va. ad portas inferi. Itez vadūt ad paradisum vt ipm possint contemplari: t vt p eum possint iocundari Hiere. xxxj. Vadet ad requiē suam israel. Isti ḡ sunt tredecim passus quib⁹ ad deum vadit iustus t quib⁹ ad paradisuz gradit iustus t deuot⁹. d. illud Job. xvj. Relinquo mundū t vado ad patrē. Oz de xp̄i ascensione t assumptione virginis. vel etiam cuiuslibet sancti. vel etiā de depositione vel festo pōt esse thema. Ubi ostenditur q ille abhorruit locum inficientē. relinquo inquit mundū. Exercuit actum ,pficientē: vade inquit. Obtinuit fructū reficientem. ad patrē inḡt. Vide eam supra diuisam t psecutam. Patet ergo q istud verbum vado signat incessum virtualem. Tercio dico q signat incessum criminalem. Male em̄ t criminosi semp ad malū aliq̄d vadūt: t de vno vicio ad aliud vadunt. Et ideo breuiter notandum q isti vadūt

Ad delicias t carnalitates.
Ad sentias t crudelitates.
Ad discordias t puersitates.
Ad stulticias t mobilitates.

Vadunt isti ad delicias. t patz Eccl. ij. vbi dī. Vadaz t affluam delicijs t fruar bonis. Item q vadūt ad sentias. patz Ezech. xxj. vbi gladio limato dicit. Accede et exacuere: t vade ad dexteraz t sinistram. Itē q vadāt ad discordias. patz Matth. xvj. vbi petro p̄ntanti dño dī. vade retro me satbanas scandalū mihi es. Satbanas aduersarius interpretat. Itē q vadūt ad stulticias. patz Hiere. viij vbi dī. Oīnes cōuersi sunt ad cursum s̄ui equ⁹ impetuvadens in p̄liuz. Et breuiter malus semp dicit ire: t nunq̄ in eodem statu sistere vel manere: q: sicut dī in p̄s. de ipis malis. Recordatus est q: caro sunt spūs vadēs t nō rediens. Patet ergo q vado significat incessuz criminalē. Quarto dico q significat defluxum tpalem. Mundus em̄ t temporalis ,pperitas semp vadit t transit t nunq̄ in eodem statu pmanet siue subsistat. Quia sicut dicit Sap̄. v. Transierunt omnia velut vmbra. Quinto dico q significat descensum infernalem Apoca. xvij. Bestia quā vidi fuit t nō est t in interitū vadit loquit de bestiali peccatore q̄ ptinue vadit ad infernū. Sexto vo signat accessum supnalem. t sic istud dicit ire quo iusti vadunt post mortem ad gloriam paradisi. quibus potest dici. j. Regū. xxv. Vide pacifice in domū tuam. Sed adhuc dico q de xp̄o possumus dicere q ipse multotiens dicit vado. Quia ipse vadit

Ad infirmos ipsos medicandū.
Ad socium ad ipsum visitandū.
Ad celum ad locum p̄parandū.
Ad dñm ad ipm famulandū. et
Ad patrem ad ipsum honorādū.

Vadit dico ad infirmos sicut medicator doctissim⁹. Iñ de Lazaro mortuo sanādo t suscitādo dī Joh. xj. Lazarus amicus nr̄ dormit. vado vt a somno excitē illū

Vadit ad socios sicut visitator dulcissim⁹. vñ Joh. xiij. Audistis q ego dixi vobis vado t venio ad vos. Vadit insup ad celū sicut p̄parator altissim⁹. Iñ ipse dicit apls Joh. xiij. Vado vobis parare locū. Vadit ad dñm t ad patrē Joh. xiij. Vado ad patrē: q: pater maior me ē. Ista ergo de vado sufficiant quo ad p̄sens. vide supra de ambulare Ire. Gradi t Currere. Transire. t alijs vocabulis motum significantibus.

Vagus. vagabilitas. Nō q̄ ille dicit⁹ vagus. qui sine ,pria vel certa mansione vndequaq; vagat. Notabo ergo q vagi possunt dici tria genera personarum. scilicet

Sanctitate pollentes.
Facultate carentes.
Uanitate mutantes.

Sunt ḡ vagi viri sancti t virtuosi: q. s. sancti certas habitationes nō elegerūt in mūdo: ḡ vagi p diuersas ptes mūdi circuierūt: t habitatōnē celestē tantūmō q̄sierūt: siles pegrinis. Unde. s. d̄ pegrinis i titulo Dicebat. n. istud Heb. xiij. Nō bem⁹ hic manētē ciuitatē ḡ futurā inq̄rim⁹. Iñ etiā de xp̄o dī Hiere. xiij. Quasi colonus futur⁹ es in terra: t q̄si viator declinās ad manēdū: q̄re futur⁹ es q̄si vagus. Itē vagi dicunt inopes viri et penuriosi: q̄ sine ,pprietate domoz t rerū mēdicādo vangātur. Et sic dī Esa. lviij. Frāge esurienti panē tuū: t egenos vagosq; induc in domū tuā ꝛc. Item vagi dicunt vani t

defectuosi: quia .s. viri inconstantes ⁊ mutabiles ⁊ vani mentem suā in stabilitate boni ꝓpositi nō ꝓnt figere. ⁊ desideria sua ad mūdi delectabilia detrectūt. sicut sunt ambitiosi. q̄rū mens ꝑ omnia mūdi officia ⁊ bñficia vagat. sicut etiaz sunt inconstantes: qui nunq̄ in eodem ꝓposito firmant. Sicut auari qui terminū nō ponūt in acquirendo: ⁊ semp ad amplius accendunt. Tales figurant in chaym: qui interpretat possessio: qui fuit vagus ⁊ ꝓfugus. sup̄ terrā. sicut dicitur Gen. iiij. Unde etiā de vana ⁊ instabili muliere dicitur Prouer. v. Or vagi sunt gressus eius ⁊ inuestigabiles. Et Prouer. vij. di. q̄ ipsa est garrula ⁊ vaga: quietis impatiēs ⁊ nō valens in vno loco ꝓsistere pedibus suis. Ideo breuiter de peccatorib⁹ instabilib⁹ dicit Osee. ix. Abijciet eos deus meus: q: nō audierūt eū: ⁊ erunt vagi in nationib⁹ ⁊c. Vide infra de vanitate.

Valere Vide supra vbi Bonitas: ⁊ infra vbi Utilitas.

Validus Vide vbi Fortis.

Valde. Nota q̄ istud aduerbiū valde qualitat̄ sp signat excessuz vel excellentiā ipi⁹ cui aduū gīt: pōt igīt cōpetere bonis ⁊ malis. Et ideo possum⁹ notare. q̄ quilibet vir iustus ⁊ bonus debet habere istud aduerbiū valde: q: i suis q̄litatib⁹ valde efficax ⁊ sūme dz ee. Dico ꝙ q̄ iustus dz esse

Valde fortis ⁊ vigorosus.
Valde diligens ⁊ amorosus.
Valde pauidus ⁊ timorosus.
Valde formosus ⁊ speciosus.
Valde subtilis ⁊ luminosus.
Valde letus ⁊ gaudiosus.
Valde humilis ⁊ obsequiosus.
Valde mirabilis ⁊ gloriosus.

Sit igit̄ vir iustus fortis ⁊ vigorosus Josue .j. Confortare et esto roboratus valde Mat̄. ij. Contēplare viam: confortā lūbos. robora virtutem valde. Itē sit valde feruens ⁊ amorosus. Aū .j. Reg. xix. dī. q̄ Jonathas diligebat dauid valde. Itē sit valde pauidus ⁊ timorosus. vñ. iij. Reg. xviij. Abdyas timebat dñm deum israel valde. Itē sit valde pulcer ⁊ speciosus. scz ꝑ honestam ꝓuersationē. Aū de arcu celesti dī Ecci. xliij. Uide arcum ⁊ benedic qui fecit illum. valde eñ speciosus est in splendore suo. Itez sit valde subtilis ⁊ luminosus seu industriosus Esaie. lij. Ecce intelliget seruus meus iacob. eleuabit̄ ⁊ exaltabit̄ ⁊ sublimis erit valde. Itē sit valde iocundus ⁊ gaudiosus. j. Mach. iij. Et factaq̄ letitia magna in ꝓlo valde. Itē sit valde humilis ⁊ obsequiosus. vñ Ecci. vij. Humilia valde spm̄ tuū: quia vindicta carnis impij ignis ⁊ vermis. Item sit valde mirabilis ⁊ gloriosus. vt ei dicat̄ illud Hester. xv. Valde mirabilis es dñe. et facies tua plena est grārū. Sic ꝙ ptz ꝙ valde signat virtutum excellentiam que ptinet ad bonos. Sed adhuc dico ꝙ significat excellentiam vicioz que pertinet ad malos sine iniquos. vnde Ezechiel. ix. Iniquitas domus iuda et israel nimis magna est valde: sed ita sufficit. vide supra ⁊c.

Vallis. Cum vallis sit locus terre bassus ⁊ infim⁹ ⁊ in medio montiū constitutus. Possum⁹ dicere ꝙ multipliciter sumit̄ in scriptura. Et sic dico ꝙ fm conditiones naturales vallis. possunt quatuor valles spiritualiter denotari. quia sicut vallis naturaliter est

Locus inferior.
Locus fecundior.
Locus obscurior.
Locus immūdior

Sic inuenio. Valle būles q̄ est infima. Uallem fertilē que est optima
Uallem obscuram q̄ est diuidua. i. dubia. Uallem impurā q̄ est pessima.

Dico primo ꝙ vallis inferior est status miserorum. Paup eñ ⁊ miser vallis dicunt̄ ꝑ eo ꝙ inferius p̄ ceteris deprimunt̄ ⁊ calcant̄. vñ Hiere. xlix. Defluxit vallis tua filia delicata. Montes prelatos designat. valles vo paupes ⁊ subditos manifestant. Nam sicut vallis est locus securior q̄ sit mons. eo ꝙ ventus non flat ibi. nec facilit̄ accidit ibi terremotus: ⁊ sic edificia secura ibi remanēt ⁊ intacta. Sic vere status subiectionis ⁊ pauptatis q̄q̄ sit obscurior ⁊ turbulētior. est tū in veritate solidior ⁊ securior: q:. .s. valles. i. paupes nō ita flant̄ ventis inanis glorie ⁊ iactationis: ⁊ sic ita nō ꝓcutiunt̄ impetu tentationis: ⁊ sic non incurrūt terremotū eterne dānationis. Tutius est ꝙ in valle pauptat̄ ⁊ subiectiōis manere. q̄ in dignitatū montib⁹ residere. Et rō reddit̄ Luce. iij. vbi dī. Or ois vallis implebit̄: ⁊ ois collis humiliabit̄. .s. interdū in hac vita: ⁊ deprimet̄ finaliter in inferno. Pone si vis quō vallis būane nature añ xpi aduē tū carebat

Semine fecundante.
Lumine illustrante.
Omne consolante.
Culmine subleuante.

Propter primū sterliter degebat Deutro. xxj. Ducent eaz ad vallem saroſam: ⁊ asperā q̄ non seminat. Propter scōm deliter videbat Esa. xxij. Onus vallis visionis. Propter tertiū seruiliter sine omine consolante viuebat Hiere. vij. Nō vocabit̄ vallis tophet. i. ꝓtectio: sed vallis interfectionis. Propter quartū flebiliter gemebat Esaie. xxij. Dies fletuū dñi exercituū in valle: Sed ꝓculdubio huius vallis sterilitas: cecitas: calamitas: ⁊ infinitas fuit in aduētu xpi ꝓmutata. Nam contra istos quatuor defectus. xp̄s impleuit vallem humane nature Semine diuinitatis ad eius indigentiā fecundandā. Lumine veritatis ad eius ignorantiā illustrandā. Omine benignitat̄ ad eius mesticiā seu tristiciā ꝓsolandā. Culmine dignitat̄ ad eius subiacentiā subleuandā. Iste eñ curietes impleuit bonis Luce. j. Uallis igitur inferior vallis est miseroz

Scdo dico ꝙ vallis secundior est status ꝓfectoz. Perfecti eñ ⁊ eoz status. .s. religiōis ⁊ ecclie valles dicunt̄: q: sicut i vallib⁹ ē

Loci infinitas.
Terre vacuitas.
Fructus sertilitas.
Aque fluxibilitas.

Sic ꝓculdubio vir ꝓfectus vel eorum status est infimus ꝓ humilitatem: ⁊ vacuus ꝓ pauptatē. est fecundus ꝓ bonoz operum vbertatē. est etiam irrigu⁹ ꝓ lacrymarū fluxibilitatem. Ibi eñ est infinitas humilitatis Hiere. ij. Uide vias in cōualle: ⁊ scias q̄d feceris. Conuallis eñ humilē conscientiam designat: vbi vie nostre sunt vidende: ⁊ ꝓ compūctionem feruidā meditande. Item ibi est vacuitas tenuitatis. Status eñ ꝓfectoz bonis tpalibus est vacuus. bonis vo spūalibus repletus. Nam sicut in valle vbi est vacuitas citius niues liquefiunt q̄ in monte: cuz sit locus calidior q̄ sint montes. Sic viri perfecti q̄tum ad affectum qui terrenis opibus sunt vacui. niues diuitiarū non solent diu seruare. sed ipsas mediante caloze charitatis facilit̄ facit pauperibus distillare Michee. j. Valles scindent̄ sicut cera a facie ignis. sicut dicit̄ in ps̄. Deus emittit fontes in cōuallibus ⁊c. Fontes dico misericordie. quibus paupes potant̄: ⁊ ꝓ quoz distillationē opum fecunditas vacuatur Item ibi est fecunditas totius bonitatis. Ibi enim abundant fructus bonoz operum ⁊ flores honeste vite. Psal. Valles abundabūt frumēto ⁊c. Item ibi est fluxibilitas lacrymositatis. Fluuij enim lacrymarum in istis vallibus fluunt Psal. Ascensiones in corde suo disposuit in val. in locum quem po. Status ergo perfectionis dicitur vallis

Lacrymarū.
Salinarum.
Siluestris.
Illustris.
Saroſa.
Memoroſa.

Uallis ergo lacrymarū dicit̄: q: ibi vigent lacryme compūctionis ps̄. Qui emittis fontes in ꝙuallib⁹. Item dicit̄ vallis salinarū: quia ibi acredo est asperе correctionis. ij. Paral. xxv. Amasias abijt in vallem salinarū ⁊ ꝓcussit filios seyr. Amasias est qui in valle ecclesie. .s. religionis corrigit ⁊ ꝓcutit insolentes. Itē vallis siluestris dicit̄ ꝓpter solitudinem solitarie habitationis. vñ Gen. xiij. dicit̄ ꝙ vallis siluestris habebat multos puteos. Item vallis illustris dicitur ꝓpter nobilitatē famose reputationis. Unde de Abraā ⁊ loth dī Gen. xij. ꝙ ipsi venerunt vsq̄ ad vallem illustrem Item vallis saroſa dicit̄ ꝓpter asperitatē laboris ⁊ vexationis. Unde de vinculo siue iugo pfiichtiuz dicit̄ Deut. xxj. Or duci debebat ad vallem asperā ⁊ saroſam. Item vallis nemoroſa dicit̄ ꝓpter amenitatē honeste cōuersationis. vnde Num. xxiij. Or pulcra tabernacula tua Jacob ⁊ tentoria tua israel vt valles nemoroſe: ⁊ vt horti iuxta fluuios irrigui. Tercio dico ꝙ vallis obscurior est stat⁹ mūdanoz. Mundani enim ⁊ ipse mundus vallis dicunt̄. eo ꝙ sicut vallis ē naturaliter Locus obscurior. A celo remotior. Inferno ꝓpinquior. Sic vere mūdus ⁊ mūdanus ꝓ ignorantiā sunt obscuri: ⁊ ꝓ vicia ⁊ peccata inferno sunt ꝓpinqui: ⁊ a celo celestibus sunt remoti. longe eñ a petribus salus q: iustificationes tuas nō exquisierūt. Valles sunt loca secreta ⁊ loca ꝓfunda: ⁊ ideo fere solent in vallibus habitare: ⁊ latrones insidiando transeuntib⁹ latitare. Sic vere charissimi vallis miserie huius mundi est habita

tio7 locus bestiarū.i.hominū immundo7.locus etiam furum: raptorum ⁊ auarorum. Unde de malis hominibus vallem istam inhabitantibus dicit Isaie.xiij. Or amalech ⁊ chananeus habitabāt in vallibus.Et.j.Paral.xiij. dicit q philistijm diffusi sunt in valle raphaym.Et.xiij.Regū.xxiij. Castra philistinoꝝ erant posita in valle gygantiū Amelech interpꝛetat lambēs sanguinē.chananeus negotiato7.philistijm populo ruens interpꝛetat.gygantes signant superbos. Quia ꝑculdubio charissimi vallis huius mundi est ꝑprie locus horum qui lambunt sanguinē deliciarum scz hominū luxuriosorū: illorum qui sunt negociatores id est hominū auaroꝝ ⁊ mundanoꝝ:⁊ etiam illorum qui poculo ruunt.i. hominū ebriosoꝝ ⁊ gulosorum Esaie.xxviij. De corone superbie ebrijs effraym qui erant in vertice vallis pinguissime:⁊ etiam illorum qui sunt gygantes.i.homines magnoꝝ ⁊ superboꝝ.Omnes em̄ iste in valle huius mūdi inhabitant ⁊ ibi dominantur ⁊ militant.Et sic bene dico q vallis obscurior est status mundanoꝝ. Quarto dico q vallis immūdior est status damnatoꝝ. Infernus em̄ vallis dicit eo q scilicet ad modum vallis feces ⁊ immūdicie id est viles boies peccatores ibi descendūt. ⁊ eo q ad modum vallis infernus in terre voraginib⁹ habet situm. Ista figurat in valle filiorum ennon.vbi dicit q antiꝗtus dicebatur gebenna. eo q semp ardebat ⁊ eo q ydolatre ibidē filios comburebant sicut supponitur Hiere.vij. quia scilicet in inferno semper est ignis ⁊ vermis. ita q demones filios suos peccatores ibi comburunt ⁊ occidunt Hieremie .xix. Non vocabitur amplius locus iste tophet: sed vallis occisionis.

Vanum. vanitas.

Nota q illud ꝑprie dicatur vanum.qđ in se habet vacuitatē.qđ in se habet instabilitatē.quod i se habēt inutilitatē: ⁊ sic verificat illud cōmune dictū q vanus est qđ nō prebet plenitudinē ꝓtinenti:nec fulcimentū innitenti:nec fructū laboranti. Ergo possum dicere q vanitas semp accipit in malo.Et sic notabo q in scriptura inuenit

Vanitas naturalis.
Vanitas tpalis.
Vanitas ꝓsonalis.
Vanitas criminalis.

Prima est vanitas omniū creaturarum.Secūda omniū bonoꝝ terrenoꝝ.Tercia omniū hominum peccatoꝝ.Quarta oim operum malignoꝝ. Primo ergo dico q inuenit vanitas q̄ est oīnīū creatoꝝ. Dīne em̄ illud qđ creatū est. eo ipso q creatura est.quandā naturalem habet vanitatē: qua scz a principio nata est deficere ⁊ in nihilū tendere. Un etiā Augusti.dicit. Or oīnia tenderēt in nihilum nisi dei manutenētia tenerent. Unde in Ps.dicit. Ueruntamē vniuersa vanitas omnis homo viuens: sicut em̄ dicit Rom.viij. Vanitati subiecta est omnis creatura non volens. Teste sap. Eccs.j.Uanitas vanitatū ⁊ omnia vanitas. Ista est vanitas naturalis que est omniū creatoꝝ. Secūdo dico q est vanitas tpalis que est bonoꝝ mundanoꝝ. Omnia em̄ bona tpalia dicunt vana:quia mentē nō satiant velut inania. tum quia innitentem fallunt velut instabilia. tum etiam q̄ spem frustrant velut mendacia⁊ inutilia. Res em̄ vana dicitur que apparentiam habet nō existentiam : que videtur fortis ⁊ est debilis que videtur durabilis:⁊ est defectibilis. patet in vesica que plena vento aliquid videt esse firmum qđ tamē in veritate est vacuum ⁊ inane. Sic vere mundi bona que q̄uis firma ⁊ durabilia aliq̄diu videant: tñ debilia ⁊ defectibilia comprobant.Et ideo dicit Eccs.j. Vidi cuncta que fiūt sub sole ⁊ ecce vniuersa vanitas ⁊ afflictio spūs.Et vere charissimi vniuersa vanitas ⁊ afflictio: qz nō est dare aliqua bona mūdi quin inueniant vana ⁊ mentis ⁊ spiritus afflictiua.Inuenitur em̄ in scriptura Vanitas

In diuitijs temporalibus.
In delicijs corporalibus.
In scientijs secularibus.
In amicicijs mundialibus.
In corpoꝝ pulcritudinibus.
In laborum mestitudinibus.
In verboꝝ amplitudinibus.

Dico q est vanitas in temporalibus diuitijs vñ Eccs.v.Qui amat diuitias : fructus non capiet ex eis:⁊ hoc ergo vanitas. Ubi opes sunt plurie multi sunt qui comedūt eas. Item est vanitas in corporalib⁹ delicijs vnde Eccs.xj. Adolescentia ⁊ voluptas vana sunt. Item est vanitas in secularibus scientijs.vnde Eccs.ij. Sapientia ꝑseuerauit mecum.Sequit.Et vidi in oīb⁹ esse vanitatem Hiere.viij. Doctrina vanitatis illorum lignum est Item est vanitas in mundialibus blandicijs seu amicicijs Ps. Ueruntū filij hominū mēdaces . Item est vanitas in corpoꝝ pulcritudine Prouerb.xxxj. Fallax gratia ⁊ vana pulcritudo. Item est vanitas in laboꝝ sollicitudine Eccs .ij. Ilius laborat in sapiētia ⁊ doctrina ⁊ sollicitudine:⁊ homini ocioso quesita dimittet.in hoc ergo vanitas ⁊ magnū malum. Item est vanitas in verboꝝ amplitudine. vñ ps. Quoꝝ os locutū est vanitatem:dextera eorum dextera iniquitatis. Ista ergo sunt septem genera vanitatū que in bonis tpalibus inueniunt: ꝓpter que tanq̄ vana ⁊ superflua a prudentibus cōtemnunt. Sicut de Dauid legimus q̄ dicebat in Ps. Auerte oculos meos ne videant vanitatē ⁊c. Et sic ergo dico q est quedam vanitas tpalis que est mūdanorum. Tercio dico q est quedam vanitas ꝓsonalis que est hominū peccatoꝝ. Peccatores em̄ dicunt vani:qz scz vitiorum vanitatibus sunt pleni ⁊ repleti; ⁊ rebus vanis ⁊ temporalib⁹ sunt innixi. Isti em̄ nō habent nec stabilitatem nec vtilitatem sed in oīb⁹ habēt vanitatē Sap. .xiij. Uani sunt oīnes homines qui nō habēt sciētiam dei. Res em̄ vana dicit que fulcimento ⁊ fundamēto priuat. que in pendulo constituit.que nulla stabilitate firmat . sicut est ventus:nubes:lampas:que nō sunt res firme ⁊ vacue:⁊ ideo nō stant.sed potius vndequaq̄ discurrūt ⁊ nūc ad vnam partem:⁊ nunc ad aliam se deflectūt. Talis igit peccator est cui deficit gratie fundamētum. Talis em̄ est sicut res que est in pendulo : quia cunctis motibus tribulationum subiacet:⁊ firmitate constantie caret.vñ Ps. Homo vanitati similis factus est dies ei⁹ sicut vm. ꝑter. Peccator em̄,ꝑprie vmbra dicit.eo q momentumbre vanus nō solidus inuenit sicut patet in hypocritis.vaniglorioſis.iactātibus ⁊ superbis:ses de ipsis vide supra in suis titulis. Ergo possum notare q peccatoꝝ multipliciter est vanus . scz

In sensu ⁊ cognitione.
In corde ⁊ affectione.
In verbo ⁊ locutione.
In mente ⁊ cogitatione.
In manu ⁊ operatione.
In habitu ⁊ conuersatione.
In supbia ⁊ ꝓsumptione.

Dico q peccatoꝝ vanus est in sensu ⁊ cognitione Eph. .iij. Gens ambulans in vanitate sensus sui . et Ezech. .xiij. Uident vana ⁊ diuinant mēdacia. Item est van⁹ in corde ⁊ affectione. ergo appetunt res inutiles ⁊ vanas Ps. Filij hoim vsq̄quo gravi corde vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mēdacium Item est vanus in verbo ⁊ locutiōe Ps. Vana locuti sūt vnusquisq̄ ad proꝝ.su.ꝛc. Et iterū. Inquirebat mala locuti sunt vanitates. Item vanus est in mente ⁊ cogitatione Ps. Oīs scit cogitationes hoim q̄m vane sunt. Item vanus est in manū operatiōe. vñ Hiere.lj. Uana sunt opera ⁊ risu digna. Item vanus est in habitu ⁊ conuersatione .j. Pet.j. Redempti estis de vana cōuersatione. Item vanus in vana supbia ⁊ ꝓsumptiōe.vnde Job.v. Ur vanus in supbiam erigit ⁊ tanq̄ pullum onagri se liberū natū putat. Ista est ergo vanitas ꝓsonalis que est hoim peccatoꝝ.

Quarto dico q vanitas criminalis que est operum malignoꝝ.Mala em̄ opera dicunt vana eo q finali retributiōe frustrant.eo q a malis hominibus inuanū exequunt Hiere.x. Uanū est opus ⁊ risu dignū. Potissime aūt opera supbie dicunt vana seu vanitas:quia.scilla que fiunt ad supbiam pompā seu gloriā seculi nō habēt aliquā iustam causam:nec merent aliquē bonū fructū . Et ideo illi commendātur in ps.Qui nō acceperūt in vano ani.suā.nec iura.in dc.pr.suo.Sic igit ptz q quatuoꝝ sunt genera vanitatum. Ueruntamē ad vanitatē pōt referri materia de instabilite ⁊ leuitate ⁊ alie siles.

Varius. varietas.

Dum varietas nihil aliud sit q̄ rerum et maxime colorū diuersitas⁊ ꝓprietas. Possum⁹ notare q in bono sumit ⁊ i malo. Un nota q i scptura inuenit varietas

Cōmēdabilis.
Euitabilis.
Detestabilis.

Prima ē varietas honeste apparētie.
Scōa est mentalis inconstantie.
Tercia est fallacis fraudulentie.

Prima est varietas hoim pfectoꝝ:qui scz varietatē habent honestatis siles pantbere.qđ est aial pulcrum varijs coloꝝib⁹ picturatū. Quia.s.in pelle.i.in cōuersatiōe iustoꝝ

debent esse varij colores: t varie virtutes lucere. Exemplo yridis in quo oim color varietas reducet. Quod bene figurat Exod. xxv. vbi precipit. Or in tabernaculo fiat velum quatuor colorū compositū t pulcra varietate cōtextum: quia. s. viri iusti qui taberculi ecclesie sunt ornamentū t velum: quatuor colorū. i. quatuor virtutū cardinalū spiritualū componunt: t per honestatē morum: virtutū honestatibus distinguunt pō. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. De palatio regis assueri. etiam dicit Hester. j. q ipm mira varietate pictura decorabat. Ista est ergo varietas boim perfectoz. Scdo dico q est varietas boim infirmoz. Viri em infirmi t imbecilles leues t inconstātes varij dicunt: eo q in nullo ꝓposito bono pseverāt: sed de vno ad aliud variant. Siles byene q mutat t variat sexum. Simules etiaz istis marinis cōchilibus q fm varia tpa variant. ita q in vno tpe plena t in alio vacua inveniunt. Similes etiam sunt mari cui? colores variant t fluctus. Siles insup sunt t lune cui? figura variat t status. Et breuiter isti in eodem statu nō perseverant nec subsistunt: sed variant cōtinue t transeūt. t de cōditione ad cōditiōem. de affectu ad affectiōem. de verbo ad vbum. de desiderio ad desideriū se flectunt. vñ Tytum. iij. Eramus t nos aliquādo insipientes t increduli: errantes: servientes desideriis t voluptatib? varijs. Ista est ergo varietas boim lasciuoz. Tercio dico q est varietas boim dolosorum. Fallaces em fraudulenti t dolosi sciunt variare t mores t verba vt sic possint decipere innocētes. varij. n. inveniūtur adulatores: quia vnuz dicūt ante t aliud retro Falsi amici: quia vnum fingūt in verbo: t aliud in animo. Hypocrite: quia vnum monstrāt in apparentia: t aliud notant in cōscientia. Isti ergo sunt similes pardo quod est aial varijs coloribus distinctū. Similes lupis etbiopie. de quibus dicit Isido. q ita varij sunt q nullus color eis deficit. Sic vere charissimi tales mira varietate pingūtur: t suis conditionibus t moribus esse duplices t varij dinoscunt. De istis dicit Hieremie. xiij. Si mutare pōt etbyops pellē suam. t pardus varietates suas: sic t vos poteritis bonū facere cum didiceritis malum. Sic ergo patet quomodo varietas potest tripliciter sumi. Unde supra de Mutare et de Colore.

Vas. vasa. et cetera. Nota q p vasa in scriptura intelligunt homines. Un apūs Roīn. ix. distinguit duo genera vasoz bonoz scz t malorum. Dicit em q figulus de eadem massa facit diuersa vasa. aliud quidem in cōtumeliam. aliud vo in bonorē. Quia scilicet deus de eadem massa. s. de nihilo diuersos homines creat. quorum alij contumeliose damnant. alij honorifice salutantur. Notabo igitur q in scriptura inveniuntur vasa

Fragilissima.	Prima sunt vasa mortalis ꝯceptionis.
Nobilissima.	Scda sunt mentalis affectionis.
Utilissima.	Tercia sunt moralis perfectionis.
Vilissima.	Quarta sunt letalis infectionis.
Clarissima.	Quinta sunt vitalis saluationis.
Turpissima.	Sexta sunt finalis damnationis.

Dico q q sunt qdā vasa mortalis corpulentie t ista sunt vasa corpoz nroz q ꝓprie pnt dici vasa lutea: q. s. sicut vasa q de luto cōponunt: cito frāgunt t nunq postea repant sic pariformiter corpa nra naliter sūt t materialiter pfecta Job. x. Memēto q sic lutū feceris me. t i puluerē reduces me. Que cuz p mortē fracta fuerint. nō pnt ampli? ee repata naturalit Hiere. xviij. Ecce figulus faciebat manib? suis vas sup rotā. t dissipatū est vas q ipse faciebat manib? suis de luto. Istud est vas qd p ptritiōem fricat: t p pfessionē lauat: t p satisfactōez fraāgit t cassat: t sic fm apīm. s. Thes. iij. Sciat vnusquisq vas suū possidere in sctificatiōe t bonore. Item sunt quedā vasa mentalis pscie. Conscie em sunt vasa illa in qbus debem? diuine gre balsamū recondere t ad vsum bonoz operū reseruare. exemplo apothecarij. qui in vasis vngēta t electaria colligit. et p medicine vsib? in posterū custodit. Figurata in sapientibus virginib? q accipientes oleū in vasis suis ad sponsi nuptias sunt recepte Matbei. xxv. t Hiere. xl. Colligite vindemiam t messem: t oleum recōdite in vasis vestris. Ubi ostenditur q in vase conscientie debet quilibet colligere

Sanguis poculū.	vindemiā.
Corporis ferculū.	messem.
Gratie riuulum.	oleum.

Quod tñ est cōtra multos qui in vase cōsciētie nō reponūt ꝓfectum liquorem: sed potius viciosum fetorē. Figurati in illa muliere dyabolica Apoc. xvij. Que habebat vas plenū abbois. tionibus fornicatōis sue. Mulier em meretrix est aia peccatrix. que ꝓcerto vas cōsciētie abbois. atiōe plenū habet. et in ipso feces viciorum cōtinet atq tenet Esaie. lxv. Comedūt carnem suillam t ius ꝓfanū in vasis eoz. Ista ergo sunt vasa mētalis pscie: q sicut dī Eccl. xxj. Cor fatui q si vas ꝓfractum oēm sapiētiā nō tenebit. Item sunt vasa moralis ptinētie: t ista vasa nibil aliud sunt q viri iusti q sunt diuine gratie ptentiui. Ista sunt illa vasa de qbus dī Prouerb. xx. Aurū t multitudo gēmarū t vas ꝓciosum labia sapie: sed de hoc dicet infra latius. Item sunt vasa letalis iniusticie. t ista nibil aliud sunt q viri impij: t iniqui: q in scriptura dicunt vasa. eo q sunt oim criminū cōtentiua Un in ꝑsona peccatoris dicit Pō. Factus sum tanq vas pditum qm audiui e. tē. De dyabolo dī etiaz. q ipsa pauit vasa mortis: sagittas suas ardētibus effecit. Vasa em mortis dicūtur. eo q morte culpe inficiunt t morti pene eterne reseruant. In scriptura em oīe instrm vas dicebatur. Un etiā gladij interfectōis dicebant. vñ Ezech. ix. Unusquisq vas interfectōis habet in manu sua. t signat peccatores: qui vasa interfectōis dicunt: qui a vel aliqs spualiter vel tpaliter interficiūt. vel q a demonib? finaliter occidūtur. qñ. s. de istis implebit illud qd i pō. de eis dicit. Reges eos in virga ferrea. t tanq vas figuli ꝓfringes eos. Item sunt vasa vitalis eminētie: t ista vasa sunt beati qui mun? glorie ptinēt in seipsis. vñ. ij. Thy. ij. Siquis emūdauerit se a peccato erit vas i bonorē sanctificatū a dño vtile Eccl. xliij. Vas castroz in excelsis in firmamēto celi resplendēs

Item sunt vasa finalis pestilētie. t sic p vasa intelliguntur damnati qui dicunt vasa ire. vñ Hiere. l. Aperuit dñs thesaurū suum t ptulit vasa ire sue. Quia sicut dī Hiere. xlviij. Dñs contrivit moab. i. peccatorē sicut vas inutile. His ꝓmissis dicam? generaliter q p vasa in bono significato intelliguntur boni viri t iusti. quos. s. dñs p tribulatōes fabricat. p tētationes ꝓbat. p grām t virtutes exornat. t p glie dationē i thesauro suo custodit t servat. Isti. n. sē vasa

Aurea.	Isti em sunt qui Per patientiā fulgēt tā-
Argētea.	q aurei. Per eloquentiam resonant tanq ar-
Lignea.	gentei. Per paritatē sicci sunt sicut lignei.
Fictilia.	Per humilitatē ponderosi velut terrei. Et

ideo breuiter Aplus. ij. Thy. ij. dicit. Or in magna domo nō solum sunt vasa aurea t argētea: sed etiam lignea t fictilia Ac si diceret in domo diuersa vasoz sunt genera indifferētium: omnia tamē sunt vtilia: t ad domuz necessaria. Sic in domo dei que est ecclesia. diuersa sunt genera differētiū bominum in virtutibus: quia vnicuiq data est gratia fm mēsuram damnatiōis xpi: t nō omnis caro eadem est caro. sed alia est caro volucrū. alia bestiarum. j. Cor. xv. Uerūtamē omnes necessarij sunt ad vnum vel ad aliud opus. Scit em ipsa bonitas dei de ipsis malis bona elicere: t eorum mala opera advtilitatem bonoz ordinare. vñ dicit Bern. Or in domo magna sunt vasa aurea t fictilia. tamen vtraq sunt necessaria. Et ideo breuiter viro iusto dicitur Eccl. l. Ipse est quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso Ubi aduerte q sicut vasa quedam solent babere

Uacuitatem vt possint tenere. vas.	Dico primo
Nobilitatem vt possint valere. auri.	q iustus dicit
Soliditatē vt possint manere. solidū.	vas ꝓpter apti
Formositatē vt possint placere. ornatū.	tudinē magni

Sic viri iusti dicunt vasa: q in ipis est

Aptitudo cōtinentis tenoris. vas.	tenoris. Quia
Sanctitudo mirabilis valoris. auri.	sicut vas d sui
Fortitudo durabilis vigoris. solidum.	natura est na-
Pulcritudo amabilis decoris. ornatū.	ture ptētiue. t

boc q: est profundum t cōcauum: t ideo quicquid recipit cōtinet t custodit. Sic vere iustus cum sit per humilitatē cōcauus: et ꝓfundus per virtutes: quas acquirēdo recipit. perseverādo retinet t continue secum habet recte vasi compat. Ob bene figuratur Exodi. xvj. vbi dī. Sume vas vnum t pone ibi mānа vt custodiatur in futuras retro generationes.

Manna enim quod erat cibus dulcissimus. dulcedine gratie signat. que ꝓcerto in vase. i. in viro iusto per longas generationes custodit ⁊ seruat. Vō est cōtra multos qui sunt sicut vasa fracta nō integra: quia. s. res subtiles nō possunt tenere. res vō grossas ⁊ palpabiles solent optime cōtinere sicut patet de collio fracto. quod bene tenet pluuiaz vel terram. vinum aūt ⁊ oleum nō tenet. Sic vere charissimi multi sunt qui per peccatuz sunt fracti: ⁊ a statu innocētie dissipati: ⁊ isti ꝓculdubio liquores ꝑciosos diuine gratie ⁊ sapientie nō retinēt: sed grossa ⁊ inutilia. scz bona tpalia. peccata ⁊ inutilia verba optime cōtinēt. cōseruāt atqz retinēt. Sicut enim dicit Ecci. xxj. Cor fatui quasi vas confractum oēm sapiētiam nō tenebit. Istud optime apparet de illis q̄ illud bonum quod dicit predicatoz nō tenent. sed bene dicunt. sic predicauit ⁊ predicat ⁊ nō plus. si quis vō minus bene dictum dixerit. statim memorie commēdant. Sed nō sic iusti: quia isti sunt vasa bonoz cōtentiua. malorum vō ⁊ inutilium emissiua. similes vasi quod fit de edera quo ad probandum vina. sicut dicit Plinius mirabilem habet virtutem: quia si vinum limpbatum infundit. vinum in vase retinet ⁊ aqua effundit: quia ꝓculdubio quādo iust̄ offerunt duo. s. vinum ⁊ aqua. boc est dictu bona ⁊ mala. spiritualia ⁊ temporalia: virtutes ⁊ vicia. ꝓculdubio ipsi bonum retinēt ⁊ malum dimittūt. Exemplo bonarum virginum que acceperūt oleum in vasis suis cum lampadibus Matb. xxv. Sed ꝓcerto ecōuerso mali sunt sicut vasa papirea: que vino ⁊ aqua impleta simul solent aquam attrabere ⁊ bibere. vinum vō dimittere: quia scz isti citius bibūt aquam q̄ vinum id est melius cōtinēt mala q̄ bona. temporalia q̄ eterna Apocal. xvij. Habebat in manu sua vas abbominatiōe plenum. De bonis ergo vasis. i. de viris iustis dicit Ecci. xlij. Sol in cōspectu nūcians: in exitu vas admirabile opus excelsi. Quia ꝓcerto mirabile est videre quomodo excelsus operatus est. Ista vasa patēt de beato Paulo qui mirabiliter fuit conuersus. Ideo de eo dicit ꝑs Act. ix. Vas electionis est iste mihi: vt portet nomen meum coram regibus ⁊ principib⁹ ⁊ filijs israel. Patet in beata virgine cuius ꝓcerto cōceptus ⁊ ortus: cōuictus ⁊ decessus fuerūt mirabiles. Ista enim similis fuit vasi iocularis. Joculatores aliquādo sub minimo vase videnī ponere res maxime quātitatis: quia scz in vase sui vteri precioso deus pater posuit filium suum: cuius tanta est quātitas q̄ celi ⁊ terra eum capere nō valebant. Unde dicitur Quia quem celi capere non poterāt tuo gremio cōtulisti. Istud est vas mundissimum in quo deus pater posuit reliquias oīes paradisi. de quo Prouerb. xxv. Aufer rubiginem de argento ⁊ egredietur vas purissimū. Ubi describit ipsa vt prauitatis purgata feeib⁹. aufer rubiginem supple originalis vel actualis peccati. castitatis dotata florib⁹. de argento quod rōne candoris castitatem designat. sanctitatis ornata moribus. vas purissimū. scz per oīmoda sanctitatem. Patet ergo q̄ iusti vasa sunt ꝓpter aptitudinem magni tenoris. Secundo dico q̄ iusti dicunī vasa ꝓpter sanctitudinem magni valoris. auri inquit. Magnates enim nō dignant habere vasa in domibus suis nisi magni precij ⁊ valoris. Exemplum de assuero magno rege. in cuius cōuiuio oīes bibebāt in vasis aureis. sicut dicitur Hester. j. Sic vere nos qui sumus vasa spūssancti. debemus esse valentes ⁊ preciosi: ⁊ cūctis moribus virtuosi. quod ostendit cum dicit auri. Nam vasa aurea sunt maioris valoris q̄z alia. significantia viros iustos. cuius valori nō potest aliquid comparari. Juxta illud Esaie. xlij. Preciosior est vir auro ⁊ homo mūdo obrizo. Quare aūt iustus dicit aurū vel aureus. vide supra de auro: quia ꝓculdubio heu pauca sunt hodie vasa aurea in ecclesia sancta dei. Verificatū enim videtur illud. ij. Paralip. xxxvj. Ot nabuchodonosor vniuersa vasa domus domini tam maiora q̄z minora transtulit in babylonem. Et. iiij. Reg. xxiij. dicit. Concidit vniuersa vasa aurea que inuenit in domo domini. Quia ꝓcerto hodie nabuchodonosor dyabolus vasa argentea id est viros iustos ⁊ sanctos de domo dei que est ecclesia trāstulit ⁊ amouit. ipsosqz destruxit ⁊ occidit ⁊ confregit: ⁊ in babylonem id est in confusionem peccati portauit. Et ideo breuiter ibi modo non sunt vasa aurea: sed potius vasa

Enea. Lutea. Lignea. Sarea. Papirea.

Dico ergo q voluntas nostra debet habere per qd reprimat. & illud pcerto debet esse timor. qz timor diuine offense debet eam reprimere a vanitate affectuū lasciuoz. beatus inquit vir qui timet. Voluntas em est sicut puer sine sensu q multa inutilia faceret. nisi a matre vel a patre verberari timeret. Nam sicut oculi falconis operiunt cozio. & pedes ligant laqueo. vt a volatu supfluo refrenet. qz alias ad omnes pdas quas videret volare vellet. nisi haberet qd ipm reprimeret vel teneret. Sic vere voluntas nostra & cor nostrum debet de cozio diuini timoris velari. & laqueo diuini amoris ligari. vt sic possit a vanis volatibus & affectib9 refrenari. beatus inquit vir q timet. Quia sicut dicit in psal. Voluntatē timentiū se faciet & depcationem eoz exaudiet & saluos faciet eos. Habeat ergo aliqd volūtas per qd reprimat. Item habeat aliqd per qd attrahat. dñm inquit. Voluntas em naturaliter tendit ad bonū sicut intellectus in verum. & ideo qnto res est magis bona. tantomagis est attractiua volūtatis. Cum igit deus sit summe bonum & summus bonus. dico q summe debet esse voluntatis nostre allectiuus. & ad sui amorē attractiuus. dñm inquit. Ps. In lege dñi fuit voluntas eius. & in lege eius meditabit die ac nocte. Item dico q debet habere aliquid per qd dirigat. in mandatis eius. Equus em nō bene ambulare docet nisi eius pedes quibusdā cordulis astringat. Sic pculdubio volūtas humana. que recte est sicut equ9 indomitus & effrenis. nunqz bene vel recte in via moz ducitur. nisi freno diuinoz mandatoz vndiqz coarceat. sem per em effrenate ad mūdi delectabilia tenderet. nisi ipsam dei mandatoz cordula retineret. in mandatis inquit eius. Unde de isto velle p mandata dñi regulando dr Matth. xix. Si vis vitam ingredi serua mandata. Et ps. Deduc me in semita mandatoz tuoz qz ipam volui. Habeat igit aliquid per qd dirigatur. Item dico q debet habere aliquid per quod erigatur. vel per qd accendat vel moueat & istud nihil aliud est q amor. Quia scz amor mouet & accendit voluntatem. ipsamqz facit facere cito & voluntarie quicquid facit. quod ostenditur cum dicitur: volet nimis. Quando enim homo vult aliquid valde sine difficultate exequitur & facit. Sicut enim videmus q scintilla accensa per se sursum solet ascendere & celeriter vndiqz discurrere & transire. quando autem est extincta non solet penitus se mouere. Sic vere voluntas igne feruentis amoris accēsa celeriter per se faciliter solet discurrere obediendo. et sursum ascendere contemplando Sap. xvj. Unusquisqz voluntati deseruiens ad quod quis volebat conuertebatur. Ista potissime debēt esse de voluntate boni obedientis. Sz pculdubio illi qui per peccatū sunt extincti. et igne diuini amoris priuati non solet voluntarie per obedientiā se mouere. immo necesse est ipsos coartare & per violentiam excitare. Et tamen isti deberent attendere & aduertere q placent deo opera voluntaria magis qz coacta. Quia etiam thus & myrrha preciosiora reputantur. quando de arbore voluntarie exeunt. q quādo per incisuras corticis per violentiam extorquent. Et ideo dicebat dauid in ps. Voluntarie sacrificabo tibi & confiteboz nomini tuo. volet inquit nimis. Sed circa hoc nota q plura sunt q a fidelibus volenda & voluntarie cupienda sunt. debent enim velle

Xpi visionem.
Pacis vnionem.
Vite regionem.

Dico xpi visionem Jobis. xij. Domine volumus iesum videre. Dico pacis vnionem. Ps. Exultent & letentur qui volunt pacem serui eius. Dico insuper vite regionem. Ps. Quis est homo qui vult vitam &c. Sic ergo patet quomō aliquid dictum est de voluntate iusti que est virtuosa. Tercio pncipaliter dico q est aliquid dicendum de voluntate impij que est viciosa. Impij enim habent voluntates diuersas & peruersas scz a bono incōmutabili auersas & ad bonum cōmutabile conuersas. Jn miliere em de nouo pregnante quādoqz peruertitur appetitus. ita q bonos cibos abhominatur. in malis vo & insipidis delectat. Sicut patet. quia multe sunt que tunc comedunt terram & carbones. Sic vere charissimi cum dyabolus fetu peccati impregnauerit animā peccatricem. statim appetitus voluntatis sue peruertit & mutatur. Nam bona & sapida scz bona spūalia et eterna abhorrere. horrida vero & vilia scz bona tpalia & carnalia velle incipit amare Job. vj. Anime esurieti etiam q amara sunt dulcia esse vident. & q prius nolebat tāgere aia mea. mō p̄e amaritudine cibi mei sunt. Jnfirmus em magis vult q sibi sunt ptraria q illa q sunt vtilia. Sic peccatoz nociua vult & appetit vtilia vo rēnuit & delinquit. Notabo ergo q isti volunt

Discordias & diuersitates.
Delicias & carnalitates.
Diuitias & crudelitates.
Blandicias & familiaritates.
Proditiones & fallacias.
Stulticias & psumptiones.
Adulationes & versucias.

Dico q mali volūt discordias et diuersitates. Et ideo dicit ps. Domine dissipa gentes q bella volunt. Item volunt carnalitates & delicias. Ideo quilibet talis reprehenditur Hieremie. ij. Quid tibi vis in via egypti vt bibas aquam turbidam. quia isti sunt qui dicūt illud Ephe. ij. Conuersati sumus in desideriis carnis nostre facientes voluntatem carnis. j. Thimo. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationem & in laqueum dyaboli. Item volunt crudelitates et diuitias. Dicunt enim cum filia herodiadis Marci. vj. Dolo protinus vt des mihi in disco caput Johannis baptiste. Item volunt familiaritates & blandicias. Et tamen dicitur Jacobi. iij. Qui voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei constituetur. Item volūt proditiones & fallacias. Dicunt enim illud Matthei. xxvj. Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam. Item volunt presumptiones et stulticias. Et sic dicitur Prouerbiorum vigesimonono. Qz puer qui voluntati sue dimittitur confundit matrem suam. Item volunt adulationes & verborum versucias. Dicūt enim illud Genesis vigesimo septimo. Fac mihi pulmentum sicut velle me nosti. Ista ergo de voluntate sufficiant. Vide de Affectione Cogitatione & Concupiscentia &c.

Velox. velocitas. velociter.

Cum velocitas in bono & in malo significet. Possum notare q in scriptura velocitas inuenitur scilicet

Metuenda.
Requirenda.

Prima est velocitas seueritatis diuine q cito & celeriter punit malos Diere

Fugienda.
Attendenda.
Exequenda.
Dimittenda.
Intuenda.

mie.xlviij. Prope est interitus moab. et malū eius velociter occurret. z vbi non sperant occurrit malis sicut de balaam dī Mume.xxiij. Velociter occurrit ei de us. Scōa est velocitas benigne deitatis. Deus est velociter qñ necesse est iuuat suos. Qō bene faciebat sanctus dauid. d. in pś. Qm̄ tribulor velociter exaudi me. Tercia est ꝓsperitas velox vel velocitas mundane ꝓsperitatis. Quia scz ista est sicut torrens q̄ velociter trāsit z currit. Ūñ de mundanis potest dici illud pś. Velociter tanq̄ fenū arescent ꝛc. Quarta est velocitas humane mortalitatis. Vita em̄ mortalis valde velociter transit z currit Job. ix. Dies mei velociores fuerūt cursore. Et iterum dies mei velocius transierūt q̄si a texente tela succidi tur. Quinta est velocitas moralis agilitatis. qz nos debemus esse veloces z agiles deo z prelatis celeriter ad bona opera faciēda. Juxta illud Eccl. xxxj. In omnib⁹ operibus tuis esto velox. z omnis infirmitas non occurret tibi. Quia sicut dicit Prouerb. xxix. Vidisti hoiem velocem in opere suo corā regibus stabit. Sexta est velocitas letalis fatuitatis. qz scz fatui z iniqui veloces sunt z precipites ad malū faciendū sicut dī in pś. Veloces pedes eoꝝ ad effundendū sanguinē. Juxta illud Esa. viij. Accelera. velociter spolia detrabere. festina p̄dari. Siles em̄ sunt tygridi z pardo que sunt animalia iniqua velocia z crudelia tamen Prouer. vj. dī. q deus odit pedes veloces ad currendum in malū. Item ad irascendū. ꝓtra illud Eccls. viij. Ne sis velox ad irascendū. quia ira in corde stulti requiescit. Item ad vane loquendum. vñ Prouer. xxix. Vidisti hoiem velocem ad loquendum. stultitia speranda est de ipso ꝛc. Simile em̄ sunt serpenti qui tactus velociter irascit. z si torquetur linguā habet valde celerem z velocem. sic isti. vñ Esa. xxxij. Lingua balbozum velociter loquet. Contra illud Jacobi p̄mo. Sit omnis homo velox ad audiendū ꝛc. Ista ē velocitas letalis fatuitatis. Septima est velocitas mortalis celeritatis. Quia mors valde velociter nos sequit et consequit. Nullus em̄ est ita velox qui possit effugere mortem suum Esa. xxx. Et dixistis. sup veloces ascendemus. ideo velociores erunt qui persequentur nos. vñ Amos. ij. Peribit fuga a veloce z fortis nō obtinebit virtutē suam. Et sequit. Robustus nō saluabit aiam suā. z velox pedibus nō saluabitur. Et sic sufficit. Vide. s. de Cito. Statim subito. Celeriter ꝛc.

Venatio. Nota q̄ venatio est qñ quis aliq̄d animal ꝓ capiēdo insequit. Significat ergo venatio diligentiā z inquisitionē. mortuum z apprehēsionem. Notemus ergo moraliter q̄ multa sunt generavenatoꝝ. Nam Subditos venatur ꝓlatus. vt p eū puniāt. Peccatores venatur predicator. vt per eum cōuertant. Animas venatur dyabolus. vt per eum capiantur. Pauperes venatur tyrannus. vt per eum depredantur.

Dico ergo q̄ est quedam venatio diligentis visitationis z ista est illa qua ꝓlatus venatur z inquirit ꝓteruos. vt ipsis inuentis puniat sicut decet. Nobiles etiā venant lupos z leones nō ad comedendū. sed ad occidendū. Sic vere ꝓlatus debet venari. inquirere z persequi hereticos. tyrannos z obstinatos. ad ipsos puniendū z expellendū de grege ecclesie. vñ Hiere. xvj. Mittam eis venatores multos z venabunt eos. Item dico q̄ est q̄dam venatio curiose p̄dicationis. Predicator em̄ est sicut canis nobilis. q̄ peccatores venat z capit. z ipsos sibi per dilectionē incorporat vt ad deū conuertat. non cessat em̄ latrari in predicādo vndiq̄ currere. vt predā dño suo scz deo valeat inuenire Gen. xxvij. Cunq̄ venatu aliquid appōbenderis fac mihi inde pulmentū sicut velle me nosti. Item est venatio dyabolice machinationis. Dyabolus em̄ tempeando z retia mundi delectabiliū tendēdo nō cessat aias venari. vt ipsas in inferno valeat depōdari. Ūñ illud pōt dici de ipso Gen. xxv. Fuit esau bō gnarus venandi. Ipse em̄ quādoq̄ tendit laqueū z retia suā scz malas mulieres vt boies irretiat z inuoluat. vñ Eccls. vij. Inueni mulierem morte amariorem q̄ laqueus venatoꝝ est. Item est venatio tyrannice depredationis. Tyranni enim sunt sicut leones q̄ animalia grossa venant. balliui z alij inferiores sunt sicut aranea que muscas z papiliones venatur. vnde breuit̄ de istis dē Eccl. xij. Venatio leonis onagri in deserto. sic pascua diuitum sunt ipi paupes. Isti em̄ sunt sicut nemroth qui erat robustus venator coram dño. sicut dicit Gen. x. Vide. s. de Depredari ꝛc.

Vendere. vendēs. Nota q̄ vēdere nihil aliud est q̄ ꝓprietatem alicuius rei cū alterius pecunia cōmutare. In venditione enim id quod nostrum est amittimus. z quod alienum acquirimus. Notabo igitur q̄ moraliter loquendo venditio sumitur multis modis. Est enim venditio

Temporalis z necessaria.
Spūalis z meritoria.
Criminalis z deceptoria.
Mortalis z damnatoria.

Prima est venditio hominū mercatoꝝ. Quia scz mercatores ꝓ necessitate reipublice solent vendere z emere res venales z de vna patria ad aliā trāsportare. z ipsas etiam ad necessitatis opa reseruare. Natura em̄ in hyeme humores de ramis z remotis partibus arboꝝ retrahit et ipsos pro custodia vite arboris z radicis ad interiora colligit z custodit. quos tandem in vere ad ramos nutriendos iterū influit z remittit. q̄ si forte nō faceret. aduenientē forti frigore tota arboris substantia deperiret. Sic vere boni mercatores merces victualiū recolligūt z ipas ꝓ necessitate reipublice custodiunt z reponunt. casq̄ loco z tpe distribuunt z refundūt. Exemplo ioseph q̄ post frumenta per septē annos recollegisset tandē sicut dicit Gen. xlj. aperuit horrea z vendidit frumēta egyptijs. Quod tñ est contra multos malos mercatores. q̄ nō recolligūt ad vtilitatē publicam sed puatam. qō patet qz vltra debitum p̄cium tpe necessitatis solent vendere. z qō pe⁹ est. malas merces ꝓ bonis solent pauperib⁹ tradere. z qō deterius est. quia ad mēsuram magnā solent recipere solutionē. z ad paruā tradere vel prestare. Contra quos dī Amos. viij. Audite hoc inq̄t qui conteritis pauperē et deficere facitis egenos terre dicentes. quādo trāsibit messis z sabbatū. venūdabimus merces z aperiemus frumentū. vt imminuamus mēsuram z augeamus siclum. z supponamus stateras dolosas vt possideamus in argēto egenos z paupes pro calciamentis. z quisquillias frumenti venundamus. Jsta est vēditio hominū mercatoꝝ. Scōo dico q̄ est venditio hominum pfectoꝝ. Viri em̄ iusti seipsos xp̄o solent vēdere. z ius sue ꝓprie voluntatis xp̄o z ꝓlatis tradere. z ad religionis seruitutē ꝓ repotādo p̄cio glorie se q̄diu virerint obligare. Dicūt em̄ illud Gen. xlvij. Eme nos in seruitutez et leti seruiemus regi. Ūñ de ista venditione dicit Deut. xv. Cum venditus fuerit frater tuus hebreus sex annis seruiet tibi. z septimo egrediet liber. Et possunt esse verba directa ad xp̄m cuius fratres sumus. cui scz bonus xp̄ian⁹ vēditur z obligatur. vt dictum est. veruntamen sex annis. i. sex mundi etatibus debet seruire. in septimo vō. i. post mortem debet cum eo in paradiso esse liber Esa. lij. Gratis venundati estis z sine argento redimemini. Jsta est ergo vēditio hominū ꝓfectoꝝ. Tercio dico q̄ est vēditio hominū ꝓditoꝝ. qui scz alios vendunt dominis suis z maioribus ipsos falso accusando. z ipsos in manibus eoꝝ obligando. vnde in pś. Vendiderant pplm meum sine precio ꝛc. Isti enim vendunt alios sine precio. quia tales detractores ab his quibus detrahunt ꝓcium z lucrum non reportant. quia secrete z in occulto dicunt pestifera vba sua. Jsta est ergo venditio hominum proditorum. qui scz figurantur in iuda qui deum vendidit Joelis. iij. Filios iuda z hierusalem vendidistis filijs grecorum. Quarto dico q̄ est venditio hominū iniquoꝝ. Et sic inuenitur

Venditio symonie.
Venditio luxurie.
Venditio blandicie.
Venditio scientie.
Venditio nequicie.

Mali enim ecclesiastici vendunt spūalia p symoniā. et sic dī Joh. ij. q̄ xp̄s eiecit de tēplo vendētes et emētes. z etiā cathedras vendē tis colūbas euertit. Lenones vēdūt carnalia ad luxuriā. qz. s. mala mulier seipam vēdit. et vetula iuuēculā tradit Joel. iij. Posuerūt puerū i pstibulo. z puellā vendiderūt ꝓ vino vt biberēt. Jtē adulatores vendunt pulera vba p fallaciam. Et sic dicit Matth. xxv. Jte potius ad vendētes z emite vob⁹. Ubi dicit Gregorius oleū vendere nihil aliud est q̄ vba dicere adulatoria.

Item aduocati vendūt sensum suū p auariciam. Contra quos dī Prouer.xxiij. Veritatē eme ⁊ noli vendere sapiētiam doctrinā ⁊ intelligentiā. Itē peccatores vendūt animas suas p nequiciam. q; qñ homo peccat mortaliter tūc aliquid delectabile p precio accipit a dyabolo. ⁊ aiam suā vendit. vñ Roma.vj. Ego aūt carnalis sum venundatus sub peccato. Et Esa.l. dicit peccatoribus. In iniquitatib⁹ vestris venditi estis. Iſti ēm vendunt semetipsos in seruitutem dyaboli. qui ipsos tandem sicut suos seruos flagellat. lacerat ⁊ occidit. Unde de demonibus potest dici illud Zach.xj. Pasce pecora occisionis q̄ qui possidebāt occidebant ⁊ vendebāt. ⁊ sufficit.

Venenum. Cum p diuersa genera venenorū possunt accipi varie species vitiorum. q; tamē auctes deficiunt. ⁊ etiam in pluribus exēplis dicta sunt plurima de venenis. ideo omitto. faciam ēm tabulam deo dante. p quam ista que p libzum sparsa sunt ad certum ordinem deducentur.

Venerabilis. venerari. Vide vbi Honor.

Venia. Vide supra de Misericordia. de Indulgere. de Parcere.

Venire. Nota q venire nihil aliud est q̄ ad aliquem terminū applicare. ⁊ de vno termino ad aliū accedere ⁊ transire. Accipitur etiam q̄ q; venire p accidere vel euenire. Et breuiter notare possum q in scriptura venire multiplex inuenitur. Est enim venire

Perfectorum. Veniunt pfecti vt deo pareāt Esaie lx. Filij tui de longe venient. ⁊ filij tui de latere surgēt. Veniūt peccatores vt bonis noceant Hiere.vj. Veniet repente vastator sup vos. Veniunt merita vt bonos foueant Sap.vij. Inuocaui ⁊ venit in me spūs sapientie. Sequit. Venerunt mihi omnia bona pariter cū illa. Veniunt vicia vt bona trāseant Eze.j. Ecce ventus turbinis veniebat ab aq̄lone. Veniunt tormenta vt alios arceant. Pſ. Veniat mors sup illos ⁊ descendant in infer.vi. Veniunt p̄mia vt boni gaudeāt Job.xiij. Cunctis diebus q̄bus nūc milito expecto donec veniat immutatio mea. Veniunt diuina vt boni valeant. vñ Job.xiij. dicit xp̄s de viro iusto. Ad eū veniemus ⁊ mansionē apud eum faciemus. Veniūt etiam maligna scz ipi demones vt mala compleāt Matth.xiij. Dum dormirēt homines venit malus homo ⁊ superseminauit zizania. Et de oibus istis generibus veniendi multa possent dici. sed solum ad pōsens intendo dicere de venire iusti viatoris. de venire vani peccatoris. ⁊ venire pij saluatoris. Igit̄ p̄mo dicamus q ē vnū venire iusti viatoris. Et istud est illud venire quo iusti veniūt ad deū scz per grām moraliter in pōsenti. ⁊ in futuro per gloriam psonaliter. Videmus ēm naturaliter q omia veniunt ⁊ accedunt ad illud vbi inueniūt fundamentum. vbi inueniunt nutrimentū. De fundamēto patet q; lapis sursum iactus naturaliter venit ad terrā vbi stabilitur. De nutrimēto etiam patet q bos ⁊ porcus venit seduliter ad stabulum vbi educatur. Sic etiam charissimi iustus venit ⁊ accedit ad deū. q; deus est fundamentū desensatiuū. de⁹ est nutrimentum delectatiuū. quia iste est qui sustinet debiles fatigatos Hebre.j. Portans omnia verbo vtutis sue. Iste est qui adiuuat miseros impugnatos. Pſ. Deus adiutor noster ineternum. Iste est qui reficit pauperes desolatos. d. Job.vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Et ideo p̄certo charissimi cum nos indigeamus

Isto fundamento tanq̄ fatigati.
Isto iuuamento tanq̄ impugnati.
Isto nutrimēto tanq̄ depauperati.

Dico q ad istum debemus venire nos ei p̄formando. ⁊ ad eum charitatiue appropinquando moraliter accedere ⁊ transire. Ad quod etiam ipe monet Matth.xj. Venite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis et ego reficiam vos. Vbi aduerte q ad deum veniendum mentaliter ⁊ moraliter quattuor nos breuiter inducunt

Primū est quo benigniter inducimur.
Scōm est quo fideliter recipimur.
Tercium est quo seueriter incutimur.
Quartū est quo suauiter attrahimur.

Dico ergo q̄ venire debemus ad deū. p̄ter
Primū. p̄bat clamor attractatiuus. venite. clamores
Scōm amor locatiuus. cū dicit ad me. vocatiuū
Tercū terror impulsiuus. q̄ la. ⁊ one. estis. p quē in-
Quartū dulcor allectiuus. ⁊ ego reficiā vos. ducimur

benigniter. venite inquit. Omia ēm domesticata solent venire. ⁊ ad vocationē sui magistri veniunt ⁊ occurrunt. Cum igit̄ dñs noster ⁊ magister vocaliter nos vocat ad eū venire debemus. Patet etiam in pauonibus. caponibus ⁊ gallinis. q̄ ad pabula vocati statim veniūt ⁊ accurrunt. ita vocat nos xp̄s in scriptura. dicēs venite. Jō nos debem⁹ p̄cul dubio ad ipm venire ⁊ nos sibi p verū amorem p̄iūgere ⁊ copulare. venite inq̄t. Et aduertendū est q xp̄s in scriptura per istud vbum venite. vocat nos ad omnia que sunt necessaria ad salutē. dicit ēm venite

Ad p̄sumptionem dimittendum.
Ad dei operationē admirandum.
Ad eucharistie refectionē māducandū.
Ad dei cōtemplationē spectandum.
Ad diligentē inquisitionē faciendum.
Ad gratie inspirationē bauriendum.
Ad verbi p̄dicationem frequentandū.
Ad laudis modulationē decantandū.
Ad xp̄i desponsationē copulandum.
Ad celi creationē nanciscendum.

Ista ēm sunt decem officia ad q̄ per istud verbū venite cōuocamur. et ad q venīdo ad ipz deū illi cōiungimur ⁊ cū eo copulamur. Dicit ēm venite ad dimittendū oēm p̄sumptionē. Et sic dicit Job.xvij. Conuertimini ⁊ venite ⁊ nō inueniā in vobis vllum sapientē. Itē venite ad admirandū dei operationē. Pſ. Venite ⁊ videte opera dñi terribilia in cōspectu eius sup filios hominū. Itē venite ad gustandū eucharistie refectionē Prouer.ix. Venite comedite panē meum ⁊ bibite vinū q̄ miscui vobis. Item venite ad cōtemplandū celi conditionē Esa.ij. Venite ascendamus in montē dñi ⁊ ad domū dei iacob. Itē venite ad faciendū bonam inquisitionem Esa.xxj. Si queritis querite cōuertimini ⁊ venite. Item venite ad gratie infusionē vel inspirationē bauriendū Esa.lv. Oēs sitientes venite ad aquas. Itē venite ad frequentandū p̄dicationem. vñ Matth.iiij. Venite post me faciā vos fieri piscatores hoim. Itē venite ad decantandū laudis modulationē. pſ. Venite exultem⁹ dño iubilemus deo salutari nro. Itē venite ad copulandū xp̄i despōsationē Matth.xxij. Omia parata sunt. venite ad nuptias. Itē venite ad obtinendū vite participationē Matt.xxv. Venite benedicti patris mei p̄cipite paratū vobis regnū. Sic g̃ ptz q de⁹ dicendo venite ad multa bona nos inducit ⁊ ad veniendū ad se multipliciter excitat ⁊ exclamat. venite inq̄t. Ut ēm nos ipsi dicamus illud pſ. Venite ⁊ videte oēs q̄ timetis deū q̄nta fecit aie mee. Patet g̃ q veniendū est ad deū. p̄pter clamorē vocatiuū p quē inducimur. Deinde dico q ad ipm veniendū est. p̄pter amorē locatiuū p quē recipimur fideliter. ⁊ benigniter cū dī ad me. Iste ēm est sicut amorosus hospes. q̄ invitat et recipit trāseūtes. ⁊ q̄ vnicuiq; pm q vult expendere parat mēsaz ⁊ camerā meliorē. Quia. s. iste est sp paratus ad hospitari ⁊ recipe oēs venientes ad eū. ⁊ oēs ad se quertentes nullū ēm scit refutare q̄nimo pm q q̄libz vult de bonis vt de laboribus p eo expendere solet sibi de gradu ⁊ statu meliori spūaliter p̄uidere. ad me inq̄t Job.vj. Omne qd dat mihi pr ad me veniet ⁊ eū q venit ad me nō eiciā foras. Iste ēm p̄positio ad significat terminū ad quē. q. s. recipit ⁊ terminat dependentiā a q̄. Et iō bñ dicit ad me. vbi dat nob intelligere q se offert ad dependentiā affectuū nroz. sicut finalis termin⁹ ad me inq̄t Job.vij. Qui sitit veniat ⁊ accipiat aquā vite gratis. Et nota q ad istū est veniendum

Sicut ad doctorē vt informemur.
Sicut ad pastorē vt recreemur.
Sicut ad medicū vt consolemur.
Sicut ad dominū vt p̄miemur.
Sicut ad fontē vt saciemur.
Sicut ad hospitē vt receptemur.

Dico g̃ q ad ipsum venire debemus sicut ad doctorem vt informemur. Exemplo regine saba q̄ venit ad regē salomonem audire sapientiam eius. sicut dicitur. iij. Regū. x. Unde Esaie. ij. Venite ascendamus ad montem domini ⁊ docebit nos vias suas. Item ad pastorem vt recreemur. Pascit ēm ⁊ recreat cor deuotū. Unde ipse dicit Johānis. vj Ego sum panis vite. q̄ venit ad me nō esuriet ⁊ q̄ credit in

me nō sitiet. Jtē ad medicū vt cōsolemur vel vt sanemur. Pſ. Et audi oronem meā ad te omnis caro veniet. Jtē ad dñm vt ꝓmiemur Osee. vj. Venite ⁊ reuertamur ad dñm qui ipe cepit ⁊ sanabit nos ꝛc. Jtem ad fontem vt saciemur Geñ. xxiij. Veni ad fontē aque. Et illud Job. vij. Qui sitit veniat ad me ⁊ bibat. Jtem ad hospitem vt receptemur ⁊ vt apud eum cōmoremur dicēs illud Job. xiij. Ad eum veniemus ⁊ mansionē apud eum faciemus. Jstis eñ rationibus est ad deū veniendū ⁊ ad ipm ꝑ desideriū est fugiendum. Jste est eñ sicut liberalis dñs qui oēs venientes solet de familia sua recipere. ⁊ sicut pius testator q̄ solet etiā extraneos q̄q; in filios adoptare. ad me ergo supple venite. Quod est ꝓra multos qui ad deū nō veniūt. sed ad mūdum. similes auicule q̄ veniēs ad sibilum aucupis laqo capitur ⁊ occiditur. Quia scz illi qui veniūt ⁊ accedūt ad sibi suū oyaboli carnis ⁊ mundi (quia scz nō cessant sibilare ⁊ dicere illum versum. Ad mea decepti iuuenes ꝑcepta venite) laqueis malaꝝ complacentiarū capiunt. ⁊ per peccata mortalia puniunt. Quod figuratū est in iabele q̄ sizare fesso ⁊ calefacto dixit. Ad me intra dñe ne timeas. que offerens sibi lac fecit dormire. ⁊ dum dormiret clauo tabernaculi ipm occidit. vide istam figuraꝝ supra. Nō sic ergo charissimi. sed ad deū veniamus. venite inquit ad me. pſ. Sitiuit aia mea ad deum fontē viuū ꝛc. Veniendum est ergo ad deū sicut patet ꝓpter amorē locatiuū ꝙ quē recipimur.

Deniq; dico q̄ veniendū est ad deū ꝓpter terroꝛē incussiuum. ꝙ quē impellimur. ⁊ hoc ostendit cum dicit. omnes qui laboratis ⁊ onerati estis. Quia scz labor ⁊ onus mundanarū tribulationū nos cōpellit ad deū venire. ⁊ nos ad ipm cōuertere ⁊ redire. Quia ꝑm Grego. Mala q̄ nos hic ꝑmunt ad deū citius nos venire cōpellunt. De ceruo eñ legimus q̄ impulsus a canibus solet venire ad hominem scīēs eum esse animal benignū. Ventus etiam naui ꝓrarius quēq; ipam impellit ad meliorē portū q̄ alꝫ esset ventura. Quia breuiter ⁊ mundi canes ⁊ tyranni ⁊ morsus eoꝝ ⁊ latratus. necnō ⁊ ventus ꝓrarius mundanarū aduersitatum nos compellūt de amore mundi resilire. ⁊ ad ipsuꝫ hoiem ꝛpm ꝙ deuotionē redire. ⁊ ad portū salutis accedere ⁊ venire. q̄ laboratis inquit ⁊ onerati estis. pſ. Humiliatū est in labore cor eoꝝ ⁊ appropinquauerūt. Veniendum est ergo ad deū ꝓpter terroꝛē concussiuū ꝙ quē impellimur. Jnsup veniendū est ad deū per dulcorem allectiuum ꝙ quē attrahimur q̄ ego reficiā vos inquit. Deus eñ non solū infert mundi verbera vt retrahamur. immo etiā exponit vbera vt attrahamur. Promittit eñ ad se venientibus eternā refectionē ⁊ eterni solacij regionē. Et ideo sicut puer libenter venit ad matrem vt lacte reficiat. sic vere libenter debemus venire ad deum vt lacte sue dulcedinis ut gloria saciemur. reficiam inquit vos. pſ. Sup aquā refectionis educauit me. Quod bñ figuraꝛ Luce. xiiij. in illo rege qui misit seruum suū hora cene dicere inuitatis vt venirent. q̄ parata sunt omnia. Quia rex noster xps prandium suū paradisum parauit. vbi per seruos suos apostolos. ꝓphetas ⁊ alios ꝓdicatores ad veniendū illuc totū genus humanū inuitauit. Paratus est eñ oēs reficere et sic nulli ostium denegare dicēs Matth. xxij. Omnia parata sunt venite ad nuptias. Verumtamē aduertendū est ꝙ tria genera hoim se venire ad illas nuptias excusarūt. vnus. s. qui dicebat se emisse villam. alius q̄ dicebat se emisse quatuor iuga boum. alius q̄ dicebat se duxisse vxoꝛē sicut totū patet ibidem Luce. xiiij. Nam charissimi emptor ville sigt mundanos opulentie possessores. Doctor vxoris sigt carnalis immūdicie dilectores. Emptor pariūm boum significat sensuum incontinētie sectatores. Quia ꝓculdubio ista tria genera hoim. q̄ scz in his tribus mercimoniis occupātur. ad festū paradisi nō veniūt nec accedūt. sed inde ꝙ peccata potius fugiunt ⁊ recedunt. v. xpo illud Hieremie. ij. Recessimus non veniemus vltra ad te. Sed non sic boni quia isti veniunt ad deum per gratiam in ꝑsenti ⁊ in futuro per gliam. Jsti eñ finaliter veniūt ad paradisum

Vt milites vt coronentur.
Vt diuites vt spacientur.
Vt virgines vt despōsent.
Vt principes vt honorent.

Veniunt dico iusti vel iustor aie ad paradisuꝫ vt ibi coronent Can. iij. Veni de libano sponsa veni de lybano ⁊ coronaberis. Veniūt ibidē ad deū ꝓciari Cant. v. Veni in ortū meū sozor mea. Veniūt ibidē a deo ꝓmiari vel honorari Matth. xxv. Venite bñdicti patris mei ꝛc. Sed ꝓculdubio charissimi est impossibile venire ad terminū nisi per viam. Via aūt veniendi ad celum est via virtutū. penitentiarū ⁊ laboꝝ. Quia sicut dicit Grē gorius. Ad magna ꝓmia quenire nō pōt nisi q̄ magnos laborēs. Et ideo si ad paradisum venire volumus. per viam vtutū incedere debem⁹. Notabo igr q̄ ad istū terminū allectiuū peruenitur

Per paritatē abstinentie.
Per puritatem innocentie.
Per pietatem amicicie.
Per artitudinē indigentie.
Per mestitudinē conscientie.
Per ꝓmptitudinē obedientie.

Dico igit q̄ ad veniēdū ad paradisuꝫ oportet transire ꝙ istaꝫ scalam. in qua sex isti gradus reꝙrunt scz abstinentie paritas. et sic dicit Matth. xj. Venit iohannes nō manducās neq; bibens. Jtē requirit innocentie puritas. ⁊ sic dicit Matth. xix. Sinite parvulos ad me venire ꝛc. Jtē requirit amicicie pietas. Et sic videt dñs dicere Matth. xxv. Jn carcere erā ⁊ venistis ad me. Jtem requirit indigentie artitudo scz pauptas spūalis. et sic dicit diuiti Matth. xix. Vade ⁊ vende omnia q̄ habes ⁊ da pauperibus ⁊ veni sequere me. Jtem requirit conscientie mestitudo scz cōpunctio lachrymarū Et sicut dicitur Hiere. xxxj. Jn fletu veniēt ad me. ꝙ torrentes aquarū deducā eos in viam rectā. Jtem requirit obedientie rectitudo vel ꝓmptitudo. ⁊ sic loquit Matth. xvj. vbi dr. Si q̄s vult post me venire abneget semetipsum ⁊ tollat crucē suam ⁊ sequat me. Jstā auctem diuisaꝝ ⁊ ꝑsecutā habes alibi. pone eā hic si vis. Sic ḡ ptz kīm quō sunt multe vie vel nedi ad deū ⁊ ad gliam paradisi. nā si oēs istas vias tenerimus. ibi ꝓcerto veniemus. ita q̄ implebit illud pſ. Euntes ibant ⁊ flebant mittētes semina sua. venientes aūt venient cū exultatione portātes manipulos suos ꝛc. Sic igitur patet q̄ veniendū est ad deū spūaliter ⁊ moraliter

Propter dulcorē allectiuū.
Propter terroꝛē impulsiuū.
Propter amorē receptiuū.

Bene ergo dictū ē venite ad me oēs q̄ laboratis ꝛc. Sic ergo ptz ꝓmo principaliter q̄ est vnū venire iusti viatoris. Adhuc dico q̄ est vnū venire peccatoris. Peccator venire dicit ad malū ⁊ non ad bonum. Sicut eñ venit aqua absq; hoc q̄ vocet. Sic ve vbi mali nocere sciunt veniunt nō vocati. Veniunt etiā demones quottidie ⁊ ad nocendum accelerāt ⁊ accurrūt. Unde de ipsis videtur dicere homini illud. ij. Paral. xx. Nuncia uerunt iosaphat dicentes venit ꝓra te multitudo magna Ipsi etiam hortanē se ad ꝓra nos veniendū. dicētes illi Matt. xxj. Dic est heres venite occidam⁹ eū. Un Esa. lvj. Oēs bestie agri venite ad devorandū. Sed tercio ꝓncipaliter dico q̄ est vnum venire pū saluatoris. Christus eñ venit in mundum peccatores saluos facere quoꝝ ꝓmus ego sum. j. Tbi. j. Jste eñ

Venit ad virginē vt incarnaret.
Venit ad seculū vt visitaretur.
Venit ad bierlm vt repararetur.
Venit ad patibulū vt immolaret.
Venit ad infernū vt vacuaret.
Venit ad sepulcrū vt suscitaret.
Venit ad celum vt coronaret.
Venit ad iudicium vt formidaret.
Venit ad cor humanū vt fecundaret.

Dicamus ergo q̄ iste venit ad carnez assumēdū Job. xx. Venit Jhs ianuis clausis. Jtē venit ad mūdum visitādū Matth. xxj. Venit ibis in partes cesaree philippi. Jtē venit ad vrbem bierlm reparandū. Jdeo sibi in bierlm ingredienti fuit dictū Luce. xix. Bñdictus q̄ venit in noie dñi. Jtem venit ad crucē tolerandum Johannis. ix. Ego in iudiciū veni in mundū. Et Marci. xiiij. Venit hora ⁊ filius hois tradetur ꝛc. Jtem venit ad infernum spoliandū. Unde de ipso ad inferos venturo dicit Matthei. xj. Tu es q̄ venturus es an alium ꝛexpectam⁹? Quia ꝑm Bernardū. Venit medicus ad egrotos. venit redemptor ad perditos ꝛc. Jtem venit ad corpus resumendum Un ipe dixerat Job. xiij. Vado ⁊ venio ad vos. Jterum Johannis. xiiij. Veniam iterum ad vos et accipiam vos ad meipsum. Jtem venit ad celum ascendendum. Unde Aggei. ij. Venit desideratus cunctis gētib⁹. Un sibi pote-

rat dicere deus pater istud.ij.Reg.xix.Veni mecum vt requiescas securus in hierusalem.Item veniet ad iudicium iudicandū Esa.iij.Ecce dñs ad iudiciū veniet.Item quotidie venit ad mentē illustrandā.j.Cor.iiij.Veniet dñs et illuminabit abscondita tenebrarum ꝛc.His igit̄ premissis possumus breuiter dicere de aduentu xp̄i nō solum de aduentu in mentē qui est spūalis.sed etiā de aduentu carnis q̄ est p̄sonalis ꝛ etiam ad iudicium q̄ est imperialis.Sz de omnibus istis supra littera ꝛ titulo de aduentu. vide vbi ad plenum inuenies q̄ttuor auctoritates diuisas ꝛ p̄secutas de venire scz Veniat dilectus meus in ortum suū Cantico.v.Item bucusq; venies Job.xxxviij.Ego lux veni in mundū Joh.xij.Item ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone nubesq; magna ꝛ ignis inuoluēs Ezec.j.De venire inq̄ntam idem est q̄ accidere. p̄tingere vel venire. vide.s.de aduenire.Et pone hic auctes notabiles siuis.qz pauce sunt.ꝛ sufficiat q̄tum ad presens.

Venter Cum venter sit illa corpis concauitas q̄ cibi recipiunt̄.ꝛ in qua iecur ꝛ alia intestina cū multis alijs mēbris p̄tinent̄.ꝛ in qua appeti⁹ carnis generaliter originat̄.Possum⁹ dicere q̄ gn̄aliter p̄ventrem possumus intelligere q̄cunq; abditū vel secretū q̄ interior conscientia ꝛ affectio mentis nostre versat. Notā dum igitur q̄ in scriptura inuenitur venter

Corporeus.	Primus signat nostrā natiuitatem.
Eburneus.	Secundus matris virginitatem.
Pectoreus.	Tercius cordis ꝓfunditatem.
Stercoreus.	Quartus carnis fragilitatem.
Extraneus.	Quintus mundi cupiditatem.
Etbereus.	Sextus veram humilitatem.
Tartareus.	Septimus inferni voracitatem.

Dico ergo primo q̄ est venter corporeus nostre natiuitatis.Iste est em̄ venter nostre matris vbi nouē mensibus bospitamur.ꝛ tandem in bancvallem miserie parturimur ꝛ ideo dicit̄ Eccl.xl.Graue iugum creatum est omnibus a die exitus de ventre matris ipsoꝝ vsq; in diem sepulture eorum in matrem omnium. Dico secundo q̄ est venter eburneus pure virginitatis.ꝛ iste est venter v̄ginis glorioſe que eburnea dicit̄.p eo q̄ castitatis nitoribus candidat̄ Ista est em̄ virgo pigmaleonis.Pigmaleon em̄ cum esset summus pict⁹ ꝛ sculptor.et carnalem p̄iugij copulam et concubitū abborreret.imaginem v̄ginem pulcerrimā fecit de ebore.quam videns ita pulcram.amore ipsius inflamatus est.ip̄amq; in camera ꝛ in lecto suo loco vxoris sue amplexandā habebat ꝛ oscula sibi dabat. Casus vo accidit sicut recitat Ouidius fabulator q̄ ipsa ficta ꝛ mortua imago dum esset iuxta dñm suum in lecto suo incepit incalescere.ꝛ venter eius inspirare.ꝛ sic vitam recepit humanā. ip̄amq; pigmaleon accepit vxorem.de qua postmodū filiū generauit.Reuera chariſſimi talis pigmaleon fuit de⁹.ip̄e em̄ v̄ginem Mariā eburneā fabricauit.Ebur enim candidam puritatē castitat̄ designat.ꝛ q̄uis iste abborreret carnalem amplexum.istam tamē imaginem suam intantū dilexit.q̄ eā mirabiliter in mulierē mutatā.i.in imaginē p̄egnantem cōuersam.ip̄am sibi in vxorem perpetua castitate ligauit.ꝛ in ventre eius xp̄m deum et hoiem generauit. Ita q̄ venter eius potuit figurari in throno eburneo salomonis.iij.Reg.x.supra inuenies de throno.Et ideo de ip̄a ꝛ eius ventre dicit̄ Can.v.Manus eius tornatiles plene iacinctis.venter eius eburneus distinctus saphiris. venter em̄ ꝛ manus istius iacinctos ꝛ saphiros habuerūt.inquantum p̄ciosis vtutibus semp̄ splenduerūt. Etiam de p̄ceptu mirabili huius ventris dicitur Eccl's.xj.Ignoras q̄ sit via spūs ꝛc.Ergo fuit bn̄ dictū Luce.xj.Beatus venter qui te portauit ꝛ vbera q̄ suxisti.Iste ergo venter est eburne⁹ pure virginitatis. Tercio dico q̄ est venter pectoreus cordis ꝓfunditatis.Cor em̄ ꝛ conscientia viri iusti dicit̄ venter quia ibi cōtinet̄ iecur.quod amare facit.i. feruēs amor ꝛ dilectio.vñ Canticoꝝ.v.dicit anima sponso. Venter meus intremuit ad tactum eius.Item ibi est splen qd̄ ridere facit.i.virtus spei ꝛ virtualis consolationis.Ps̄. Tu es q̄ extraxisti me de ventre.spes mea ab vberib⁹ matris mee. Item ibi est fel quod irasci facit.i.spūalis dolor ꝛ cōtritio. Ps̄.Conturbatus est in ira oculus meus.aia mea ꝛ venter meus. Item ibi sunt feces.i.materievilis cogitationis meditatio. De quo pōt exponi illud ps̄.Conglutinatus est in terra venter meus ꝛc.Animal ruminans habet duos ventres vel plures.Vñ etiam de camelo legimus q̄ quinq; hz ventres interius.ita q̄ de vno ad alium cibum trāsmittit vt melius decoquatur. Sic homo debet habere plures.i. plura conscientie receptacula.in quibus scz cogitationes decoquant̄ ꝛ ad perfectionem conuertant̄. Quinq; enim ventres sunt quinq; considerationes que in omnib⁹ factis sunt habende ꝛ dictis scz que in isto versu ꝓtinent̄. Quis quid cui dicas cur q̄n quomodo queras Vel.Qui quid facias cui quādo quō queras. Ista em̄ sunt quinq; diuerticula mentis nostre.vbi oia dicta ꝛ opera nostra debemus voluere ante q̄ exterius operent̄. Iste est em̄ venter de q̄ dicit̄ Apocal'.x.Os cum Johānes comedisset libū amaricatus est venter eius quia scz dum liber sacre scripture attenditur.venter conscientie merito conturbat̄.Et si in vētre conscientie de peccatis cōfitendis agitur per quinq; reuolutiones primo a prudētibus deuoluunt̄.Quia scz considerari debet.quis.quid.cui.cur.quando.quō. Quis qui offendisti scz religiosus vel laicus.prelatus vel subdit⁹ ꝛc. Quid de quo sit offensa scz q̄uile fuerit factum. vel quomodo contra rationem.Cui facta est offensa.Cur scz quibus additis vel circūstantijs delectationibus vel accidentibus.Et quo tpe vel quo loco.vtrū scz in ieiunio vel in festo.Ita em̄ duo quomō ꝛ q̄n sub vno possunt optime cōprehendi.His em̄ ventriculis mentis nostre cibus peccati deducitur.vt per confessionem expelli valeat ꝛ educi.qz sicut dicit̄ Matthei.xv.Omne quod in os intrat.in ventrem vadit ꝛ in secessum emittitur.His enim considerationibus mens concutit̄.ꝛ in contritionis amaritudinē cōmutatur.Unde anima dicit illud Treno.j. Venter meus conturbatus est.subuersum est cor meum in memetipsa.quoniam amaritudine plena sum. Iste em̄ est venter pectoreus cordis ꝓfunditatis. Quarto dico q̄ est venter stercoreus qui est venter nostre carnalitatis.Et sic dico q̄ per ventrem intelligit̄ sensualitas carnis nostre.in quo cōtinent̄ feces omniū peccatoꝝ ꝛ vilitas conditionis humane. Nam quia in ventre puer generatur.bene per vētrem natura nostre vilis conditionis designatur. Vñ Sap̄.vij. Septem mensibus in ventre matris mee figuratus sum caro.Venter enim iste est conditio carnis nostre.ꝛ etiā ipse carnalis appetitus.qui scz nisi per prudentiā ab illicitis restringat̄.totus bō per ip̄m interius ꝛ exterius maculatur. Apes em̄ ꝛ formice que animalia sunt prudentissima.circa ventrem sunt valde stricta.ventrem em̄ habent magis strictum q̄ pectus ꝓtra naturam aliorum animaliū. Sic vere chariſſimi aliqui sunt prudētes viri.qui habent vt communiter ventrē strictū.qz scz ventrē corporis.ꝛ ip̄am conditionē sensualitatis ꝛ carnis ꝓ viribus restringūt. Plus em̄ abundāt in pectore vbi est animus q̄ in ventre vbi est stercus.hoc est dictu.q̄ magis vigeant in spūali bonitate q̄ in carnali voluptate ꝛ sensualitate.Quod bene pensabat Sap̄.Eccl.xxiij.cū dicebat.Auferam me ꝓcupiscentias vētris ꝛc.Dō est ꝓtra multos q̄ ventrē sensualitatis ꝛ voluptatis.ꝛ carnis habēt valde magnū ꝛ latū. Similes locuste q̄ nō habēt nisi vnū intestinū.totū em̄ corpus est q̄si venter.Serpens etiam respectu corpis ventrē habet longissimū ꝛ maximū.Unde etiaz plinius narrat q̄ sub dandio cesare serpens quidā fuit occisus in cuius ventre puer integer fuit inuentus ꝛ de nostris serpentibus apparet q̄ habent magnum ventrem.quia auiculas solent deglutire Sic vere chariſſimi quidam habēt ventrē carnalis appetitus ꝛ sensualitatis valde latum.toti enim vident̄ esse ventri.qz scz nihil de spūalitate vident̄ sapere vel habere. qd̄ apparet.quia omnia mundi delectabilia nō possunt suum ventrē.i.suū carnalē appetitum implere Prouer.xiij.Justus comedit ꝛ replet aiam suā. Venter aūt impioꝝ insaturabilis est.Et bn̄ insaturabilis.qz isti habēt ventrem

Cupiditate voracem.	Venter em̄ malo inflat per cupiditatē. Istud em̄ figurat de
Carnalitate vomacem.	filio ꝓdigo q̄ cupiebat replere
Fatuitate loquacem.	ventrē suum de siliq̄s q̄s porci
Uoracitate capacem.	māducabāt. sicut dicit Luc.xv.
Verbositatē mordacē.	

Et tamen dicit Ezech. vij. Animā suā nō saturabūt z ventres eoꝝ non implebunt. Item spumat p carnalitatē. ideo venter satur facile spumat in libidinem. Item feruet p loquacitatem. Vñ Job. xxxij. En venter meus quasi mustū sine spiraculo qđ lagunculas nouas dirumpit. loquar z respirabo paululū. Item capax est p voracitatem. Vñ Eccl. xxxvj. Omnem escā manducabit venter. Item mordet p detractoriam verbositatē. Unde Eccl. xl. In ore imprudentis conculcabit inopia. z in ventre eius ignis ardebit. ignis em̄ mordaciter vrit. Et breuiter iste est venter vilitatis nostre. omnia em̄ vilia sunt in ventre. z ideo ventrē deus posuit in medio corporis. z etiaꝫ a parte ante. vt sic vilitatem z cōditionē vilitatis nostre ante oculos z in cordis medio ponerem⁹ vel portaremus. Sic etiā dico q ventrē fragilitatis humane cū omnibus feab⁹ vicioꝝ p oculis debemus habere z in cordis medio collocare. Quia ꝓculdubio iste venter est ps nostra vilior. z pars nostra ponderosior. z ps nostra fragilior. Animal citꝰ ledit in ventre q̄ alibi. Et ī vnicornis sciens q elephas habet mollem ventrē. semp solet ipm in ventre si pōt ꝓcuttere. vt ipm citius possit occidere. qđ sciens elephas solet sibi dorsum vertere. z sic solet pericula declinare. Sic vere charissimi sensualitas z caro sūt ptes hominis magis debiles z molles. z ideo vnicornis. i. diabol⁹ libentius nos ꝓcurit in hoc ventre. in quo. s. de peccatis carnis libentius nos temptat. Scit em̄ q valde sum⁹ debiles. q: sicut dicit Tytꝰ primo. Cretenses semp mēdaces. male bestie. vētris pigri. Quapropter solet ibi libenti⁹ ꝓcutere. vt cōtra nos possit facilius ꝓualere. Oz nos p̄sentientes dorsum sibi debemus vertere. z occasiones peccatorum z temptationū fugere z vitare. z sic ab hui⁹ vnicornis cornibus poterimus nos saluare. maxime si cū dauid ad dñm ꝓclamantes dicamus. Salua me de ore leonis et a cornibus vnicornū humilitatē meā. Caueant aūt illi q̄ deus venter est Phil. iij. Quia sicut dicit Job. xx. Diuicias q̄s deuorauerit euomet z de ventre eoꝝ extrabet eos deus. Iste est ergo venter stercoreus carnalitatis nostre.

Quinto dico q inuenit venter extraneus mūdi cupiditatis. Mundus em̄ est venter noster. q. s. ibi in peccatis cōcipimur z nutrimur z inde in lucē fidei z gratie. vel etiā in lucem religionis vel ecclesie a dño ꝓcurimur. Puer em̄ in ventre matris non plorat. sed ibi viuendo de matris menstruis se delectat. sed statim q̄ de matre extrabit plorare incipit. Sic peccator existens in mundo nutritus in immūdicijs z peccatis nō plorat nec ad causas sui planctus attēdit. quando tamen ad ecclesiā vel religionē ꝓcurit. statim incipit vite huius miseriā agnoscere. z ad planctū z lachrymas se donare. De isto ventre gaudebat se dauid exisse in ꝑ. Quoniaꝫ tu es qui extraxisti me de ventre zc. Multi tamen sunt qui de isto ventre. s. de mundi ꝓsperitate egrediūtur. z statū religionis vel ecclesie confitent. z tamen in istū ventrē iterum ingrediunt. inquantū ad mundana negocia reuertunt. Glarea em̄ monstrū est marinū que filios suos quos peperit videns tempestatem ne submergant. solet in ventrem iterum reponere. vt possit a fluctibus ipsos liberare. Si vere diabolus illos q̄s aliquo casu de ventre mundane ꝓsperitatis peperit z euomuit videns q fluctus tribulationū z inundatio lachrymaꝝ possent ipsos sibi penitus auferre z ad dominū conuertere solet eos ꝓ viribus in istum ventrem iterum inferre z reponere z ipos solet allicere z fouere. z sibi eos quos iam ꝓdidisse videbat penit⁹ retinere. sicut ad litteram videmus. de clericis mercatoribus. de ꝓlatis officialibus. regum z de religiosis negociatoribus. Istud videt reꝑbendere Nichodemus. d. Joh. iij. Quomodo inquit potest homo nasci cum sit senex. id est q̄ modo potest homo in mūdū z ad mūdana redire cū debeat esse ꝓfectus. Nunq̄d pōt in matris sue ventrē iterato introire z renasci? quasi dicat nō debz. imo ꝓcerto cū Esa. debet dicere z damare. Esa. xlix. Dñs abstero vocauit me de ventre matris mee recordat⁹ est nois mei posuit os meum dñs vt gladiū acutū: sub vmbra manus sue ꝓtexit me z posuit me sicut sagittā electā: in pharetra sua abscondit me dixit mihi seruus me⁹ es tu israel q: in te gloriabor. Quia ꝓculdubio charissimi deus ex speciali priuilegio nos extrabit. z in ecclesie z religiōis pharetra nos absc̄ōdit. vbi nos sagittā vel gladiū facere intendit. z sic seruos suos quibus gloriet specialiter ordinat z facit. Et ideo istū ventrē vnde exiuimus debemus horrere. z illic ampli⁹ p mūdi ꝓcupiscētias non redire. d. domo illud Eccl. xxiij. aufer a me cupiditatis. Iste est ergo vēter extraneus mūdane cupiditatis. Sexto dico q est vēter etbereus ꝓfecte humilitatis: z iste est vēter religionis z ecclesie. vbi deus generat. cōcipit z nutrit filios suos. s. religionis clericos. Item in ventre nubis generat lapis ꝓciosus qui dicit cerauneus. Sic vere in ventre religionis generant viri ꝓciosi z ꝓfecti. Vñ de Hieremia dicit Eccl. xlix. Oz a ventre matris sue consecratus est ꝓpheta. Istud est tñ cōtra multos similes filijs viꝑ qui abhorrētes esse in ventre matris sue volunt exire: expectare nolentes nature solutionē. z ideo corrodunt latera eius z sic exeunt sine partu. Sic vere multi sunt quib⁹ displicet venter religionis z status interioris claustri. z ideo suā matrē religionē destruūt z corrodūt. z sic ꝑ apostasias vel ꝑ appellationes fugiūt z recedūt. Multi sunt in ecclia vippei filij qui sunt causa corrosionis z destructionis ꝓprie matris sue. quib⁹ dicit Esa. xlviij. Scio em̄ q̄ p̄uaricans p̄uaricaberis: z transgressorē de vētre vocaui te. Iste est ergo venter etbereus ꝓfecte humilitatis zc. Septimo dico q est venter tartareus eterne calamitatis: z iste ꝓculdubio ē venter inferni vbi diabolus peccatores concipit z recipit: ipos tamen nunq̄ amplius parturit vel emittit. Iste est vēter ceti in quo ionas deuorat⁹ fuit. Ista est altitudo vētris inferi. De quo dicit Eccl. li. Liberasti me dñe zc. De altitudine ventris inferi z de leonib⁹ ꝓpatis ad escam zc.

Ventus. Nota q ventus nihil aliud est q̄ spūs vel flatus. Et em̄ ꝓprie ventus idem q̄ aer motus cū siccis vaporibus intermixtus. De vento igit̄ materiam tractare quid sit: z quare sint. xij. venti z nūc flat vnus nunc alius. nihil ad ꝑs ptinet opus. Sed quidventus possit moraliter significare. hoc solum breuiter est dicēdum. Dicamus ergo q ventus habet aliquos effectus bonos z aliquos malos. et ideo nunc bonum nunc malum significat in scriptura. Notabo ergo sm̄ q inuenio in scriptura q ventus naturaliter habet

Sufflare.	Sic vero dico q moraliter loquēdo plura genera ventoꝝ inueniunt. Est igit vē
Siccare.	tus sufflatiuus q̄ significat malā suggestionē. Multi em̄ sunt sicut vent⁹ qui p
Pulsare.	mala ꝓsilia et colloquia nō cessant alijs
Mundare.	aliq̄d mali suggerere z sufflare. et p adu
Turbare.	lationē et suggestionem aliq̄d sibilare.
Leuare.	Eccl. xliij. Frigidus vent⁹ aquilo flabit
Inflare.	et congelabit cristallus ab aquis. Item
Spirare.	est ventus siccitatiuus q̄ signat bostis tentationē. Iste em̄
Refrigerare.	quando fortiter sufflat. solet omnē virorē gratie desiccare.

Figuratus in illo vento calido z vrente. q̄ siccauit illā viridem ederam. sub cuius vmbra ionas delectabat in tantuꝫ q̄ ianas incepit estuare sicut dicit Jone. iiij. Quia. s. tentatio dyabolica virorem et vmbram gratie desiccat et vrit. et estum maloꝝ desideriorum in cordibus introducit. Unde de diabolo dicit Habacuc. j. Oz facies eius ventus vrens. Item est ventus pulsatiuus qui signat mūdi tribulationē. q̄ pulsat destruit et subuertit. Unde Job. j. Repente ventus vehemens irruit a regione deserti qui cōcussis angulis dom⁹ subuertit eā et liberos interfecit. Item est ventus mūdatiuus qui significat violentiā correctionē. Ventus em̄ bladū a palea purgat. Et sic loquit Mat. iij. vbi dī. Oz vētilabrū in manu dñi et mūdabit aream suā. Vñ Prouer. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias. et facies tristis linguā detrahentem. Item est vētus turbatiuus et sublatiu⁹ qui signat etnam damnationē sicut dicit in ꝑ. Oz impij erūt sicut puluis quē ꝓiicit ventus a facie terre. Item est ventus leuatiuus: q: ventus eleuat paleas que signat ꝓsperam successionem. de quo Job. xxx. Eleuasti me et quasi sup ventū ponens elisisti me valide. Item est ventus inflatiu⁹ qui signat cordis elationem et ꝓsumptionem. Ventus em̄ vesicaꝫ inflat. et sic de vanigloriosis elatis supbis et ꝓsumptuosis loquit Hiere. xiij. vbi dicit: q onagri steterūt in rupib⁹ et attraxerunt ventū quasi dracones. Item est ventus spiratiuus qui significat diuinā reuelationē. et de isto dicit in ꝑ.

quō deus ꝓduxit ventos de thesauris. Item est ventus refrigeratiuus qui signat sanctispūs inflamationē. et sic dicit Dan. iij. q angelus fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantem. Dys igit̄ ꝓmissis possum notare q vētus significat in bono ⁊ in malo. Et sic dico q est

Ventus gratie qui est mirabilis.
Ventus culpe qui est damnabilis.
Ventus pene qui est tristabilis.
Primus flat ab interiori.
Secundus flat ab inferiori.
Tertius flat a posteriori.

Dico ergo ꝓio q est ventus gratie qui est glorioſus: ⁊ iste ꝓcul dubio nihil aliud est q̄ spiritussanctus ⁊ gratia que per eum inspirat̄. Spiritus enim est quasi vētus. sed de hoc vide ad planum supra de spiritu in primo membro principali. Sicut enim ventus habet

Arbores agitare.
Aerem depurare.
Ignem inflamare.
Estum temperare.
Naues transportare.
Feces desiccare.
Paleas eleuare.
Omnia fecundare.

Quia sicut vētus aquilo coopat̄ q masculi generant̄. Sic de ipūs sanctus agitat p mētis discussionē. Dñs xp̄s vocat btm̄ iohannem barūdinē vento agitatā. Item depurat p viciox restrictionē. Unde Job. xxxvij. Aer coget̄ in nubes ⁊ ventus transiēs fugabit eas: q̄ scz ventus purificat aerē tollēdo nubes. Item inflamat p charitatē ⁊ dilectionē. Ezech. j. Ecce vētus turbinis veniebat ab aquilone nubesq; magna ⁊ ignis inuoluens. Item temperat ⁊ refrigerat p gratie irrorationem. Dan. iij. Fecit mediū fornacis q̄si ventū roris flantē. Dñ de viro iusto dr. Hiere. ij. Qr ipse sicut cursor leuis explicans vias suas. ⁊ onager assuet⁹ in solitudine in desiderio anime sue attraxit ventū. Item transportat scz naues. i. animas ad padisum. p spūalē deductionē. Jaco. iij. Naues cū magne sint a ventis validis minent̄. Desiccat p omniū scelerū abstersionez Dñ Exod. xiij. Abstulit mare dñs vento flante vehementi ⁊ vrenti tota nocte ⁊ vertit in siccū. Eleuat p celestē contēplationē. Job. vj. Mare aūt magno vēto flante exurgebat Fecundat etiā p bonā opationē ⁊ p gratiarū irrigationem Dñ. iij. Regū. xviij. dicit̄. Qr celi obtenebrati sunt ⁊ nubes ⁊ ventus ⁊ facta est pluuia magna ⁊ grandis. Istis ergo ⁊ multis rōnibus pōt intelligi p vētum spūssanctus. ⁊ mari, me p vētum subsolanū. qui vētus est orietalis: dictus sbsolanus. q̄ sub sole oriē: ⁊ ab ortu solis nobis dirigit̄. Sic de spūssanctus a loco vñ sol iusticie christus. s. a paradiso nobis mittit̄. ⁊ inde nobis spūalis deriuat̄. Dñ ꝑ. A summo celo egressio eius ⁊c. vide de isto supra de aduētu in illa auctoritate. Ecce vētus turbinis ⁊c. Iste est ergo vētus gratie qui est glorioſus. Scdo dico q est vētus culpe qui est vicioſus. ⁊ iste est vētus quē diabolus continue suscitat: p quē nos ad malum incitat atq; pulsat. Dētus enim de refractione ⁊ conflictu brachiox maris in quattuor mundi partibus oriē. ⁊ inde est q quattuor vēti principales oriuntur ⁊ inueniunt̄. eo q̄. s. mare confligēdo mouēs aerē incorporatis vaporibus vētum alternatim in diuersis mundi partibus operatur. Mare enim charissimi significat diabolus qui cōtinue est in labore ⁊ motu. q̄ p desperationē est turbidus ⁊ amar⁹. Iste ergo p ꝑflictū brachiox suox. i. p execution ē maliciarū suarum vētum peccati generat p quē nos concutit ⁊ perturbat. Quattuor aūt isti venti sunt

Subsolanus qui est orientalis.
Fauonius qui est occidentalis.
Est igit primo vetustas p̄fectorū et sapientū.et sic vetustas nihil aliud ē q̄ sensus et prudētia.maturitas et cōuersationis bonitas:honeq̄ consuetudinis antiq̄tas z bonitas. Multa em̄ sunt in quibus cōmendā ē vetustas. Palma em̄ q̄nto veterior tanto vecūdior. Corall⁹ etiā aniqui or est rubicūdior. Vinū etiā quāto veteri⁹: tanto calidius Ebur quāto plus senescit:tāto plus candescit. Sic ꝑ charissimi vetustas bone cōuersatiōis.cōsuetudinis et prudētis maturitatis ē multipliciter cōmendāda p banc ei in bonis opibus sum⁹ fecūdiores.p honestam verecūdiam sumus rubicūdiores.p deuotā orationē sum⁹ feruentiores: z p innocentiā sum⁹ puriores. Ad oia em̄ ista solet valere vetustas:et in istis p̄ficere et iuuare. Lu.v. Nemo vinum bibēs vet⁹ statim vult nouū:dicit em̄ vetus melⁱ est. Noua em̄ solent plus placere:sed p̄certo ceteris paribus vetera plus solent valere. Nō bene figurat Josue.ix.in gabaonitq̄ induētes se vestib⁹ veteribus z calciamēta sumētes vetera: z saccos z vtres veteres asinis ꝑponētes :filijs isrl confederati fuerūt.et sic mortis periculū euaserunt. et extunc cū sua posteritate in templo dño seruierūt. De hieremia etiā legim⁹ Hiere.xxxviij.q cū pannis veteribus de lacu fuit leuat⁹: z ne ibi moreret.de laci fecib⁹ liberat⁹.quia illi breuiter qui in vetustate p̄severantie delectātur:in quibus vestes et calcei exteriorīs cōuersatiōis:nec non sacci z vtres interiorīs capaces affectiōis in bonis moribus antiquant:et qui nō varias nouitates: ſ honestas vetustates sectant.solent Josue z filiorū isrl id est dei z angelorum amicitiā acquirere.z de lacu peccatoz se cripere.z de mortis pericolo eterne se saluare. Et ideo bene cōsulit Sapiēs Eccl.ij.d. Crede deo z recuperabit te.dirige viā tuā z spera in illū:serua timorem eius. z in illo veterascе. Jsta est igit vetustas p̄fectoz z sapientū. De qua Eccl.ix. Vinū nouū amicus nouus.veterascit z cū sanitate bibes illud. Secūdo est vetustas peccatoz z delinquentiū. Peccatores em̄ veterascere dicunt in q̄tum p malas cōsuetudines in vicijs durant: z in malis operib⁹ antiquant. De qua Judicū. x.dicit Filij aūt israel peccatis veteribus iungentes noua fecerūt malū in cōspectu domini. Jsta est em̄ vetustas valde vitupabilis. Uestes em̄ z alie res veteres vt cōiter p̄dūt

Colorem. Perdūt colorem.quia turpes efficiunt.

Vigorem. Perdūt vigorem.qz facilter dilaniant.

Valorem. Perdūt valorem.quia parū reputant.

Sic isti qui tali veteri antiquitate grauant. Et tō de talib⁹ dr in p̄s

Perdunt colorem honeste cōuersationis. Perdūt vigorē p̄severantie z durationis. Omis sicut

Perdunt valorem bonitatis z p̄fectionis. vestimentū veterascēt ꝛc. Et ideo charissimi ista vetustas est dānanda z deponēda et a prudētibus obhorrēda. Uetustas em̄ a suis possessorib⁹ nō amat:imo si p̄nt faciunt vt ab eis removeat p̄z in serpente q̄ nouā pellē cōparat z veterē abducit Jn ceruo qui vetera cornua abijcit. Jn arbore qui veteres fructus et folia exuit et noua induit et p̄ducit. Et tō apls monens Col.iij.dicit sic. Expoliantes vos veterē hoiem cū actib⁹ suis induite nouū hoiem qui ꝑm deū creat⁹ est. Ergo charissimi expurgem⁹ vetus fermentū vt simus noua cōsperſio.et ambulem⁹ in nouitate spūs. z nō vetustate lre.j. Cor.v. Et Roma.vij. Juxta illud Leui.xxvj. Nouis supuenientib⁹ vetera p̄icietis. Jsta est ergo vetustas peccatorum et delinquentiū. Tertio dico q̄ est vetustas damnatoz et penitū.et ista est illa ipsi⁹ loci inferni q̄ a mūdi p̄ncipio fuit fact⁹.et vbi impij taliter veterascūt.eo q̄ illuc fuerūt memoria nō dat vñ ipis dr Eze.xxvj. Collocabo te in terrā nouissimā sicut solitudines veteres. Et in p̄s.dicit de ipis. Qz auxiliū eoz veterascet i inferno a gloria eoz. Jsta igit sufficiāt de vetustate. qz ſ. de antiq̄tate dr sat⁹ plane ꝛc

Vexatio. Nota q̄ vexatio sumit ꝑ tribulatiōe. ꝓ castigatione. ꝓ temptatione. ꝓ damnatione. Notabo ergo breuiter q̄

Justi vexant mūdi verberibus. Est q̄ quedā vexatio

Paupes vexant raptoz manib⁹. mūdane tribulatōis

Subditi vexant a correctoribus. z ista ē illa quā iusti

Tēptati vexant a demonū actibus. patiunt in hoc mūdo.

Dānati vexant penis et ignib⁹. De q̄ Sapi. iij. Jn paucis vexati in multis bene disponent. Jtem est vexatio rapine z exactōis. z ista est illa q̄ paupes vexant ꝓtinue a tyrānis. De q̄ p̄s. Vexati sunt a tribulatione maloz et dolore. Jtem est vexatio discipline z correctionis. z ista est illa q̄ plati vexāt z corrigūt insolētes. De q̄ Esa.xxviij. Sola vexatio dabit intellectū. Jtē est vexatio diabolice temptationis z suggestionis. De q̄ Matth.xv. Filia mea.id est ania mea male a demonio vexat. Jtem est vexatio eterne dānationis et afflictionis. Hiere.xxiij. Dabo eos in vexationē vniuersis regnis terre. Vide supra de afflictione et tribulatione.temptatione dolore ardore et cōsimilibus ꝛc.

Via. Cum via sit illud terre spacium per quod itur. et per quod de termino ad terminum pertransitur. Possumus notare q̄ per diuersas vias possunt intelligi varij mūdi status.ꝑ quos.ſ. de mūdo ad patrē incedim⁹ et ꝑ quos de vita ad mortē iugiter incedim⁹ et ambulam⁹ Notabo q̄ in mundo inueniunt tres vie.per quas diuersi transeunt.sed diuersimode videlicet. Via

Naturalis. Prima est via cunctorum.

Virtualis. Secunda est via bonorum.

Criminalis. Tertia est via malorum.

Per primam vadunt vniuersi. Dico primo et

Per secundam vadunt conuersi. principaliter q̄ est

Per tertiam vadunt subuersi. via naturalis q̄ ē via cunctoz. Natura em̄ humana nō dicit q̄ie esse in termino.sed in via. Continue em̄ transit et labit et de statu ad statum cōmutat. Omnia em̄ naturalia habent vias suas certas naturales et necessarias ꝑ quas vadūt.sicut de flu-

mine patet vel de fonte que.s.per tramites vie sue cŏrrūt continue versus mare. Sic vere charissimi cum bō sit res naturalis ⁊ ex naturalibus principijs constitutus. necesse est q̄ viā naturalem habeat p quā necessario transeat atq; vadat. Et ista ꝓculdubio nihil aliud est q̄ status ⁊ decursus humane nature. infra cui⁹ ambitū vadūt ⁊ venīūt vniuersi. Juxta illud Esa.xxx. Hec est via ambulate in ea. nō declinetis ex ea neq; ad dexteram neq; ad sinistrā. Et adhuc te q̄ via naturalis est triplex. scilicet Via

Per quam venimus. Per quam transimus. Per quā eximus.

Prima via ē ortus vel ingressus. Secūda est via vite vl̄ progressus. Tercia ē via mortis vel egressus. Dico q̄ est quedam via naturalis p quam ingredimur. ⁊ ista est ꝓculdubio via nativitatis hūane p quam intramus ad miseriā huius mūdi. de qua pōt quilibet dicere cum natāt illud Josue.xxiij. Deu via vniuerse carnis ingredior bodie. Et bene potest dicere heu que est interiectio dolentis. quia ꝓcerto ingressus huius vie si bñ consideramus q̄ viliter celebrāt. ⁊ ad quantā miseriā ordinatur. bene est tristicie materia ⁊ doloris. Ista em̄ ē via immūdissima. quia.s.hanc ingredimur menstruis nutriti. ⁊ hanc intramus pelle vilissima ornati ⁊ vestiti. Ezechie. xxxvj. Juxta immūditiam menstruate facta est via eorū coram me. ⁊ j. Reg.xxj. Porro via hec polluta ē. Ista est via naturalis p quā ingredimur. Deinde dico q̄ est via naturalis p quam progredimur. ⁊ ista ꝓculdubio est via vite presentis. per quam necesse est progredi ⁊ transire. et ista est sicut via spacij. per quam de termino ad terminum peruenīt. Ista aūt via est aspera. ⁊ ad transeundū molesta. Similis em̄ est vijs istoꝝ montiū que sunt tortuose et montuose. ⁊ aspere ⁊ tediose. ⁊ ꝓpter insidias latronū atq; ferarum dubie ⁊ periculose. Sic ꝓculdubio via huius vite nostre est per tribulationē asperrima et per diuersos errores tortuosissima. ⁊ per insidias tyrannoꝝ ⁊ demonū periculosissima. de insidijs demonū que sunt i ista via potest dici illud ꝓuer.xxiij. Insidiat in via quasi latro et q̄s incautos viderit interficiet. de molestia peccatorū que hic inuenīt dicit Gene. xlix. Fiat dan coluber in via: cerastes in semita. De aspitate vero tribulationū. infirmitatū. laborum casuū ⁊ infortuniorū dicit Baruch.iij. Delicati mei ambulauerūt vias asperas. Jsta ergo ē vna via naturalis p quā ꝓgredimur. Deniq; dico q̄ est vna via naturalis p quā egredimur. et ista ꝓculdubio est via mortis: p quā scz de hoc mūdo exeunt vniuersi. Jsta em̄ est via valde stricta. similis est vie per quā transit coluber q̄n vult dimittere pellem suā. quia scz p foramen strictū inter duos lapides transit. vbi violēter pellem suā dimittit. ⁊ vlterius nudus exit. Quia ꝓcerto via mortis est stricta: dura et arta. Jbi em̄ pellis corpis exuit: et vestimentū bonorū temporaliū exuit et nud⁹ homo egredit: et cum dolore vehementi per foramen hui⁹ mūdi ptrāsitur. Et de hoc dicitur Eccl.xlvij. Eduxit me per viā porte aquilonis et cōuertit me ad viā foras portā exteriorem. Pars ei aq̄lonaris frigida est et gelida significans viam mortis vbi spūs et vita gelant. et vbi tribulationū frigora intentant. homo enim moriēs per istā viā educitur. et vlta portam istam vsq; ad padisum: purgatoriū vel infernum transducit et portat. Jsta ergo ē via maris trāsiordanē galylee gentiū. que super boiem aggrauat: ita q̄ in galylea id ē transmigratiōes mortuorū. transiordanē. i. vltra fluuiū hui⁹ vite miserabiliter trāsportat. Ita q̄ moriēs pōt dicere illud qđ dauid in ꝓmo moritur⁹ dicebat. Ego ingrediar viā vniuerse terre ⁊c. iij. Reg. ij. Patet igit̄ charissimi q̄ ē via Egredientiū Progredientiū. Ingredientiū. Et sic dico q̄ ē quedam via naturalis q̄ ē via cūctorū: ⁊ hoc est primus principale.

Scō principaliter dico q̄ est quedā via virtualis que ē bonorū: et ista est via virtutū p quā scz boni ad padisum vadūt. ⁊ p quā a mūdo et peccato recedūt. Formice em̄ vias tritas et rectas et strictas solēt facere p quas solēt iugiter incedere et p quas solēt grana ad suū domicilū deportare. Sic ꝓculdubio formice p q̄s viri pfecti et sapientes intelligunt. vias virtutū sibi eligūt p quas vadunt. ⁊ p q̄s grana meritoꝝ ad padisi domicilū secū trabūt. Juxta illud Prouer. vj. Vade ad formicā o piger et cōsidera vias eius ⁊ discе sapiam. Jste tñ vie sunt arte trite ⁊ recte. q̄.s. in vijs virtutū pōt artitudo pnie. tritico seu tritura tribulationis ⁊ angustie recitudo veritatis signari. Quia ꝓcerto via virtutis est via arta vel stricta p pnie artitudinē. Jgit̄ dicit Mat.vij. Arta est via q̄ ducit ad vitā ⁊ pauci ingrediunt p eā. Jte est trita p laboꝝ multitudinē. Ān pō. Propter ṽba labioꝝ tuoꝝ ego custodiui vias duras. Et Tine. xx. Per tritā gradiemur viā. Jtē est recta p iustitie rectitudinē. De q̄ Prouer.xj. Justicia simplicis diriget viam ei⁹. Et ī breuiter q̄libet vir⁹ est vna via ad eūdū in celū. ita q̄ eūdo nō deficim⁹. si p virtutū vias ⁊ semitas ambulam⁹. ⁊ rō reddit ꝓuer.iij. vbi dī. Qr vie ei⁹ vie pulcre ⁊ oēs semite illi⁹ pacifice. Vie inq̄t ei⁹. s. dei boc est dicte virtutes. q̄. s. sunt vie p q̄s de⁹ venit ad nos. ⁊ p q̄s nos venim⁹ ad deū. Aduerte ḡ q̄ vie virtutū sunt tenēde multiplici rōne. vicz.

Quia pulchre. Quia pulchre. Quia breuiores. Quia tutiores.

Primū ꝓbat plural⁹ multitudo. q̄a vie Scōm amena gratitudo. q̄a pulcre Tertiū spacij rectitudo. q̄a semite. Quartū secura q̄tudo. q̄a pacifice.

Dico q̄ iste vie tenēde sunt ꝓpter ipsaꝝ multitudinem. Vie inq̄t. Plures em̄ vie ⁊ nō vna sola date sunt boib⁹ ad salutē. Ad eundē em̄ terminū pōt esse plures vie. q̄ aliq̄n vna via asperior est p peditib⁹. aliq̄n vna via latior p eq̄tibus. aliq̄n vna via secretior p familiarib⁹. Meli⁹ est ei⁹ vie plures vias q̄ vnā. q̄ si bō in vna via defeciat. ad aliā se cōuertat. Exēplo muris qui plures vias ⁊ semitas eūdi ad cauernas solet bie. vt catto in vna insidiante ad aliā possit intoire. Sic ꝓculdubio charissimi ad eundū ad padisum cōstituit nobis deus plures vias. i. plures vtutes ⁊ plura opa virtuosa. quedā em̄ faciliores ⁊ latiores sunt sicut dilectio et charitas. ⁊ iste sunt vie p diuitib⁹. Quedā sunt vie aspitatis. s. ieiuniū. penitentia. pegrinatio ⁊ similia p paupib⁹. q̄ breuiter nobis date sunt plures vie salutis. vt si in vna deficiamus ad aliā recurramus. vt si temptatiō diaboli insidiantes in vna nobis parāt: statim p aliam ambulem⁹. Mā si carne ⁊ diabolo impedientib⁹ nō possumus per penitentiam ambulare. statim debem⁹ ad aliā viam. s. ad misericordiam recurrere ⁊ sic de vna via in aliam. de virtute in virtutem debemus discurrere quousq; possimus ad eterne glorie viam peruenire. Vie inquit in plurali. Ad qđ monet Hieremie. v. vbi dicit. Circuite vias hierusalem. aspicite ⁊ considerate. ⁊c. Et merito: quia ꝓcerto sicut in pō. Vniuerse vie domini misericordia ⁊ veritas. Vias igit̄ virtutū teneam⁹ ⁊ vias et gressus nostros p eas dirigamus. ij. Paral. xxvij. Corroboratus est Joatban eo q̄ direxisset vias suas coram domino. Jgit̄ de pluralitate viarum istarum possumus notare q̄ tenenda est ⁊ etiam ambulanda. s.

Veritatis. Pietatis. Puritatis. Sanctitatis. Via honestatis. Paupertatis. Charitatis. Equitatis. Jocunditatis.

Veritatis est via certior. Pietatis est planior. Puritatis est mundior. Sanctitatis est tutior. Via honestatis est pulchrior. Paupertatis est breuior. Charitatis est latior. Equitatis est rectior. Jocunditatis est letior.

Jgitur charissimi ambulemus ⁊ vadamus per viam veritatis ⁊ prudentie. Jsta enim est via certior. Juxta illud ps. Viam veritatis elegi iudicia tua non sum oblitus. Unde de Thobia legitur Thobie. j. Qr in captiuitate positus viam veritatis non deseruit. Homines enim libenter vadūt per viam certam ⁊ notam. et inter oēs virtutes nulla via certior veritate. Item vadamus per viam pietatis ⁊ dementie. ista enim est via planior. quia scilicet ista non est via aspera. sed mollis et leuis. De qua. ij. Regum. xx. Cunctus populus incedebat per viam oliue. Item curramus per viam puritatis et mundicie. ista est via mundior et hec est innocentia interior. et continentia exterior. De qua ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini Quia sicut dicit alibi. Deus meus impolluta via ei⁹. Jte⁊ vadamus per viam sanctitatis et decentie. Jsta enim est via tutior. signata per viam tritam. De qua Deutero. xix. In medio terre quam dedit tibi deus sternas diligēter iter tuum. Item vadam⁹ per viam honestatis ⁊ cōgruētie

Et ista est via pulcrior. puerbio. iij. Vie eius vie pulcre. t omnes semite eius pacifice. Item vadam? p viam pauperiatis t inopie. Ista enī ē via breuior min? cū inuenit vbi erret q̄ in alia. vñ de via ista. ij. Regū. xvij. Currens acbimaas p viam compendij peruenit cbusi. Item vadam? per viam caritatis t amicicie. Ista ē cīa via latior. ptinet enī deū t primū. t amicū t inimicū. vñ ista ē via regia. De q̄ Num. xx. t xxj. Gradiemur via publica nō declinātes ad dexteram neq; ad sinistrā. Item eam? per viam equitatis t iusticie. Et ista ē via rectior. j. Reg. xij. Docebo vos viā rectam. Item vadam? per viam spūalis iocūditatis t letitie. Ista enī ē via letior. De qua in ps. Cantēt in vijs domini. magna ē gloria dñi. Patet ergo q eūdi ad celū plures sunt vie q̄ omnes sunt vtiles t recte. Ideo dr Sap. x. Dr iustū deduxit dñs p vias rectas t̄c. De quo etiam regratiando deo Dauid dicebat. Notas mihi fecisti vias vite. adimplebis me t̄c. Sed q̄d certamus de vijs virtutum cū ipe xps sit generalis via per quā ambulantes nō deficiūt nec errant. Ipe enī dicit Job. xiij. Ego sum via veritas t vita. Dō exponens Augu. de quatuor virtutibus. d. Via factus est tibi ipe saluator. surge ambula. babes quo uoli pigrescere. q̄ris quo. vires eam. q̄ris quo ducat. s. ipa via. ad veritatē t ad vitā ducit. si ergo amas veritatē t desideras vitā. si cupis ad vitam t ad veritatez venire a via noli errare. Videō inquis viā t cupio ambulare. s aspera est. Arta enī ē via q̄ ducit ad vitā. s xps transiuit. t adhuc aspera ē. caput trāsiuit. t adhuc membra dubitāt. Sz xps inquis deus t homo. vide quot milia transierunt. Senes enī. iuuenes. pueri t puelle transierūt. t viam quaz times tritaz tibi fecerūt. Hec Aug. Patet ergo q vie virtutum sunt vie vtiles p quas debemus ambulare. Dō tamē p. culdubio pauci hodie faciūt. quia p certo multi sunt q̄ vias virtutū renuūt t vias viciorz cupiūt atq; volūt. d. illud Esa. xxx. Loquimini nobis placentia. videte nobis errores. auferte a me viam. declinate a me semitam. cesset a facie nostra sanctus israel. Et ideo p raritatē ambulantiū iste vie sunt hodie deserte. t omni frequētia hodie destitute. Sicut enī dicit Tren. j. Vie syon lugent eo q non sit qui veniat ad solēnitatē. Et merito. Quia sicut dicit Esa. xxxiij. Dissipate sunt vie: et cessabit transiēs p semitaz t̄c. Non sic charissimi: sed teneam? vias virtutū quia p certo iste sunt eligibiles p ter ipsarū multitudinez. Vie inq̄t. Si vis pone quare dissipat via in sirtib?. Item dico q iste debent eligi propter ipsarum gratitudinem. Pulcre inq̄t. Et vere vie virtutum pulcre sunt: et pulcrum est incedere per virtutes. Via enim dicitur pulcra

Dñ sternitur herbis virētibus.
Dñ cernitur aquis fluentibus.
Dñ frequentat auis cātantib?.

Sic ve merito vie vtutū pulcre possunt dici quia in istis
Viror decentie abūdat.
Aqua diuine gratie fluitat.
Cāt? spūalis leticie deū laudat.

Unde ista ē illa via De qua dicit Sap. x. Reddidit dñs mercedē laborum sanctorū suorum et de. d. in vi. mi. t̄c. Et iō de pulcritudine aie viā istā frequentantis dicit illud Cant. vij. q̄ pulcri sunt gressus tui in calciamētis filia principis. Ista enī via et ei? pulcritudo figurat p viam quā pheton iuit ad pallacium fm fabulas poetarum: de qua Ouidi? met. b. est via sublimis t̄c. Istam vocat viā sublimē: viam lacteā: et viā splendētem: viam vergentē ad orientē: viam signa. xij. cōtinentē quia p culdubio via virtutū est sublimis et alta. dulcis et admirabilis. lactea. pulcra et delectabilis et clara: et a. xij. signis id ē ab vniuersitate sanctorz. xij. fidei articulos continētium frequētata. Isti sunt beati immaculati in via Quia sicut dr alibi i ps. Hic ambulās in via immaculata mihi ministrabat. Dico igit q vie virtutū sunt eligēde propter earū gratitudinem. Item dico q vie virtutū sunt vtiles p ter ipsarū rectitudinē: et hoc ostendit cuz dicit. Semite eius. Sunt enī semite pulcre vie difficiliores et magē arte: et significant virtutū viam que q̄uis sit difficilior. asperior. occultior et secretior. est tn ad eundum ad celū certior. breuior atq; rectior. Joh. j. Dirigite viam dñi rectas facite semitas dei nostri. Et ideo ad incedendū p istam viam mouemur. Esa. ij. Venite ascendam? ad montem dñi et ad domum dei iacob: et docebit nos vias suas: t ambulabim? in semitis suis. Quod tn est contra multos de vie rectitudine nō curantes et p obliqua viciorū continue decurrētes. Qui p̄ue similes sunt istis fluminib?: que nūq̄ viam rectā vadunt sed p vias obliquas incedunt. Sic isti sunt de quib? dicit Prouer. ij. q̄ ipsi dereliquerūt iter rectum et ambulauerunt p vias tenebrosas. Non sic charissimi: sed vadam? p vias virtutū p ter ipsarū rectitudinem

Item ambulancū est p istas vias p ter istarū quietudinem. Pacifice inquit. Vie enī virtutū sunt pacifice t q̄ete. q̄diu enī in istis sum?. spūaliuz latronū rapinas aut bomicidia non sentim?. et ab ipis demonib? tuti sum?. Luce j. Ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis. Si vero ad vias viciorū accesserim?. viam virtutū pacificā derelinquentes. statim sum? in periculo. ne spiritualiter t eternaliter a demonib? occidamur. Dyabol? enī sicut dicit Prouerbi. xxiij. Insidiat in vijs quasi latro quos icautos videt occidet. Et ideo contra fatuos qui magis volūt viam viciorum litigiosam: q̄ viam virtutū pacificam dicit in ps. Cō tritio et infelicitas in vi. eo. et viam pa. non cogno. Vō sic charissimi: s eligāt et diligāt vie virtutū p ter q̄etudinē. q̄ pacifice ināt. p ter rectitudinem q̄ semite. p ter gtitudinē q̄ pulcre. p ter multitudinē. q̄ vie. Sic q̄ patet secūdo et principaliter q̄ est vna via virtualis que est bonorū. Tercio principaliter dico q̄ est vna via criminalis que est malorz Ista ergo via est nibil aliud q̄ p cessio seuorū criminū vel operū malignorū. Isti enī babent vias suas p quas hunc mundū transeūt: et p quas ad infernū vadunt. et ideo fm q̄ sunt diuersa peccatorū genera fm b̄ sit diuersa genera itinerū et viarū. Et sic nōbo q in malo significato inuenio viā

Superborum q̄ ē altissima.
Immūdorū que est fedissima.
Iniq̄rū que est bassissima.
Mūdanorū q̄ est longissima.
Proditorū que est tortuosa.
Imperitorū que est tenebrosa.
Fatuorū que ē psumptuosa.
Lasciuorū que est solaciosa.

Dico ergo q est via alta que est superborū. Isti sunt sicut capra q̄ semp vult in altis locis esse sicut sunt rupes. cui? contrariū est de oue. t sempervolunt summitates p scēdere: t ita superb? cōtra superbū insurgere. Hoc est qd̄ scribit Prouer. xij. Inter superbos semper sunt iurgia. Ideo superbi semp querunt in altis dignitatibus ambulare Ezech. ix. Set viri veniebant de via porte superioris. Et in ps. In via hac qua ambulabaz absconderūt. laqueum. Item dico q est via feda que est in mundorum seu luxuriosorz. Isti enim sunt sicut limax cuius via apparet immunda t limosa. ps. Inquinate sunt vie illius in omni tempore. Item est via bassa que est iniq̄rum t auarorz. Isti enim more talpe infra terram. id est in bonis terrenis querunt t faciunt vias suas. De quib? Job xij. Quasi effodientes thesaurum gaudent vehementer cū inuenerint sepulcrum viro cuius abscondita est via. Item est via longa que est mundanorum. Mūdani enim vadūt vnam viam longissimam. vix enim possunt venire ad terminum. id est ad paradisum q̄ est terminus. Prouer. vj. Abyt via longissima. sacculum pecunie secum tulit. Et Josue. ix Tollite in manibus vestris cibaria ob longissimam viam. Item est via torta: que est proditorum. qui sunt similes cāro vel serpenti que nunq̄ faciunt viam rectam. Vñ Eccl. ij. Deliquerunt vias rectas t diuerterunt in vias prauas. Item est via obscura que est via imperitorz. Viri enim simplices t ignorantes sunt sicut illi qui sine lumine de nocte vadunt qui facilius in lutum cadunt. Unde Prouer. iiij. Via impiorz tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Item est via incerta que est fatuorum. De quibus Prouer. xij. Via stulti recta in oculis eius. Item est via lata que est diuitum repletorz. De quibus Matb. vij. Spaciosa est via que ducit ad mortem. t sic de alijs malis vijs. Iste enī sunt male vie

Que sunt preuidende.
Que sunt cauende.
Que sunt dimittende.

Quia sz homo debet considerare t videre quibus vijs et operibus transacto tempore t vitam egit Hieremie. ij. Uidevias tas in conualli. fato q̄d feceris. Et Hiere. vj. State super vias vestras. Sunt etiā p cauende quia multum p cauere debet homo ne intret buiusmodi malas vias. ps. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Sunt insuper dimittende. Non est enī sapiens qui est in via mala nisi citius q̄ poterit ipsam dimittat t ad re

rectam ⁊ vtilem se cōuertat. qz quāto ibi diutius tardabit tāto a termino lōgius declinabit. Ideo dicit Hiere. xviij. Reuertat vnusquisq; a via sua mala ⁊c. Quod est tm contra multos q̄ vias suas malas nolunt p̄uidere. p̄cauere. dimittere vel horrere: immo in ipis nitunt pseuerare ⁊ diuitus remanere. Contra quos Hiere. ij. Vilis facta es nimis iterās vias tuas. ⁊ hoc male: qz p̄certo tales vie ducūt ad malum terminū scz ad hospitiū demonū ⁊ latronū. Quia sicut dī Prouer. xiij. Est via que videt hoibus recta ⁊ interiora eius ⁊c. Sic charissimi pcz quō generaliter in scriptura inueniunt tres vie scz via malox. q̄ est criminalis. via beatox q̄ est vtualis. via cunctoxz q̄ est naturalis. Et hec sufficiant de Via. Vide supra de semita de ire. de ambulare ⁊ consimilibus.

Vicis. Vicissitudo. Vicissim

⁊c. Nota q̄ accipiunt vt cōiter p̄ simili casu vel recōpensatione. vel pro alterna retributione. Et possum notare q̄ in scriptura inuenit quadruplex vicissitudo Una

Que reddit pauperibus. Que redditur diuitibus. Que reddit peccantibus. Que reddit p̄merentibus.

Est dico vicissitudo indigentiū. Paupes em̄ vicissim habēt bonū et malum. In p̄ma vice habēt malū in hoc seculo. Scda vice habēt bona mirabilia in futuro. Vñ de iudeis p̄ima vice captiuatis ⁊ suppeditatis: dicit Hester. ix. Qz iudei vsa vice supiores esse ceperunt.

Item est vicissitudo p̄sperantiū: quia scz isti qui sunt in p̄speritate. versa vice erūt in aduersitate. Vñ ipsi possunt dicere illud dyabolo vel mundo qđ dixit Iacob Geñ. xxxj. Mutauit mercedē meam decē vicibus. Item est vicissitudo delinquentiū: qz scz isti hac vice faciūt patiū: sed altera vice sentiunt tormentū. de quo dicit Hiere. lj. Qz dominus reddet vicissitudinem babyloni. Item est vicissitudo p̄merentium: qz iustum est q̄ iustis ⁊ p̄merentib⁹ dotes reddant. ⁊ q̄ vice sua p̄m merita p̄mient. j. Thimo. v. Doce inquit filios mutuā vicem reddere parētibus. Nota q̄ vicissim seu vicis accipit p tpis successionū: vel p certa ⁊ distincta tempis portione. Unde Luce. j. Qz Zacharias sacerdotio fungebatur in ordine vicis sue. Et ij. Regum. xvij. dicitur. Non est bonum consiliū achitophel hac vice ⁊c.

Vicinus.

Nota q̄ vicinus idem est qđ p̄inquus socius ⁊ amicus. Et ideo qz supra dī societate ⁊ amicicia satis dictū est. Hinc est q̄ breuiter de vicinitate ⁊ vicino aliq̄d est tangendū. Notabo q̄ est dare

Vicinū Honorabilem. Amicabilem. Commendabilē. Castigabilem. Detestabilem. Formidabilem.

Dico primo q̄ est vicinus honorabilis. Et iste p̄certo est xp̄s q̄ p carnis assumptionē factus est vicinus noster. ⁊ p̄ne nos in hoc seculo. xxx. annis ⁊ amplius mansit Exod. xij. Assumet vicinū suuz qui est iūctus domui sue. Ipse em̄ vicinum suū. i. hoiem assumpsit. qui domui sue. i. ecclesie p̄ charitatem et gr̄am iunctus fuit. Item est vicinus amicabilis: ⁊ iste ē angelus qui dr̄o ⁊ hōmini est vicinus. Vñ iste est vicinus ille de quo dicit Prouer. xxvij. Melius est vicinus iuxta q̄ frater p̄cul. Vicinus em̄ iuxta est angelus. frater vo p̄cul est dyabolus. Item est vicinus cōmendabilis. ⁊ iste significat bonum sociū vel amicum qui cuz vicinis suis in p̄speris solet cōgaudere: ⁊ in asperis cōdolere Luc. j. Audierunt vicini ⁊ cognati eius ⁊c. Item est vicinus castigabilis: ⁊ iste nihil aliud est q̄ caro ⁊ corpus ⁊ mundus. q̄ anie vicinant. qz ipsa se debet castigare ⁊ spiritui subiici: vt sic dicat aia illud Esa. xxxiij. Cognoscite vicini fortitudinē meam. Item est vicinus detestabilis: ⁊ iste est peccator vel iniquus socius vel p̄inquus. Unus ergo malus vicinus est causa multox malox in vicinis. Vñ illi ciuitati scz bierlim sub typo pulcre mulieris dī Ezech. xvj. Fornicata es cum filiis egypti vicinis tuis. Item est vicinus formidabilis: ⁊ iste est dyabolus. qz scz demones nobiscū in isto caligineso aere cōmorantes sunt vicini nri. Vñ Hiere. xij. Hec dicit dñs aduersos oēs vicinos meos pessimos ⁊c. omitto. Vide. s. de societate ⁊ amicicia.

Victima.

Nota q̄ victima nihil aliud est q̄ sacrificiū. hostia. immolatio. Vñ victima p̄pue dicebat. qñ animal vinctū ad mactandū adducebat ⁊ dño immolabat. Et ideo victima dicebat ijs ad mactādum vincta. Cum igit victima de suo significato signat aliquam occisionem. vel aliquam carnis combustionem: ad dei honorem vel glorificationem. Notabo q̄ tam in bono q̄ in malo inuenio in scriptura victimam scz

Saluationis. Afflictionis. Religionis. Deuotionis. Corruptionis. Damnationis.

Victima saluationis est xp̄s q̄ in ara crucis p salute hoīm victimatus fuit Prouer. viij. Victimas pro salute deuoni. vñ Exodi. xij. Victima trāsitus dñi est. Et Nume. xix. Ista est religio victime quā p̄stituit dñs. Victima afflictionis significant martyres q̄ deo fuerāt victimati et immolati. vñ Exo. xxiij. Immolauerunt victimas pacificas deo. Victima religionis significat ipsos religiosos: q̄ de seipis faciūt victimas deo patri. Vñ de loco religionis dicit. Qz Dauid rogauit vt iret celeriter in bethleem: qz victime solennes ibi sunt. j. Reg. xx. Victima deuotionis significat voluntatē cuiuslibet viri iusti. qui dño victimatur: qñ deuotioni ⁊ obedientie subiugat. Melius est ei obedientia q̄ victime ipsi dño immolate Eccls. iiij. Significat etiā opa vtuosa q̄ sunt q̄dam speciales victime ip̄i domino immolate. De q̄bus dī Marci. ix. Victima ois salē saliet: qz. s. in oīu victima bone opationis dz apponi sal sapientie ⁊ discretionis. vñ Prouer. ix. Sapientia edificauit sibi domū ⁊c. Victima corruptionis signat mala opa maloz q̄ p̄tinue ipsis demonib⁹ offerunt. De q̄bus Prouer. xv. Victima impij abhoiatio dño. Victima damnationis significat ipos dānatos. q̄ scz ipsis demonib⁹ finaliter offerunt: vt ab eis cremant ⁊ puniant. Vñ auibus celi et demonib⁹ dicit Ezech. xxxix. Concurrite ad victimā quā ego do vobis ⁊ immolo. transeo ⁊ omitto. qz materia ē satis sterilis. Vide de sacrificio ⁊ hostia.

Videre.

Cum videre sit actus nobiliſſime potentie sensitiue. vicz visus ⁊ oculi corpalis: ⁊ est videre illud per qđ cognoscunt rerum colores ⁊ quantitates. Possumus notare q̄ videre spūaliter loquēdo nihil aliud est q̄ aliq̄d cognoscere vel sentire. sicut em̄ videt hō exterius p̄ sensum: sic videt interi⁹ p̄ intellectū. Hōbo q̄ inuenio in scptura duplex vidē: diuinū scz ⁊ humanū: de⁹ em̄ videt se in se. ⁊ oia alia a se. hō aūt videt deū supra se. aiam intra se. mundū extra se. infernū subtus se. Breui ter ergo possum distinguere quattuor genera visionū scz

Dei. Iusti. Impij. Dyaboli.

Videt deus p limpidam cognitionem. Videt iustus p prouidam discretionem. Videt impius p inuidā inquisitionem. Videt dyabolus p liuidā explorationem.

Dico q̄ deus dī oia videre cognoscēdo. Vñ Geñ. j. Vidit deus cuncta q̄ fecerat ⁊c. Itē videt iustus p̄uide discernēdo: ⁊ sic loquit in ps̄. At videā voluntatē dñi: ⁊ visitē templū eius. Itē videt impius inuida inḡrendo. Et sic loquit ps̄. vbi dī. Qz peccō videbit ⁊ irascit dētibus ⁊c. Itē videt dyabolus oia explorādo. vñ Job. xlj. Oīe sublime videt ⁊ est rex sup oēs filios superbie. Deus aliq̄n dicitur videre

Benigniter cōpatiendo. Seueriter officiendo. Utiliter proficiendo. Primus est visus pietatis. Secūs est visus seueritatis. Tercius est visus liberalitatis.

Videt em̄ benigniter dolorem patientiū. Sicut em̄ dī Eze. xvj. vbi deus misere ciuitati loquit. d. trāsiens inquit p te vidi volutari te in sanguine tuo. vñ in li. pedamiā narrat q̄ de⁹ apposuit cuidā barbitonsori q̄ pauperes amore dei radebat in spē paupis radi petentis. quē cum vellet radere: vidit sibi duos oculos in capite. de quo cum miraret. dicit dñs: illi sunt oculi cū q̄bus vidi porcū quē furat⁹ es. ⁊ sic euanuit. ⁊ alter penituit ⁊ se correxit. Ista em̄ est visio diuine misericordie. q̄ ipse videt misericorditer delinquētes ⁊ etiā desolatos. Qđ petens aia dicebat Treñ. j. Vide dñe ⁊ p̄sidera q̄ vilis facta sum. ⁊ sic similis est caladro qui videns infirmum sanat eū. Vñ ps̄. Vide humilitatē meam ⁊ laborem meū ⁊ dimitte oia delicta mea. Itē iste videt seueriter peccata delinquentium. Iste em̄ dissimulat se non videre: in q̄tum potā q̄ fa-

unt non solet statim ad vnguē puhire: sed ac si nescaret ipa sub dissimulationis pallio ptrāsire: oia tñ videt ⁊ intelligit ⁊ in fine oia vindicabit atq; punict. Et de boc Deut. xxxij. Vidit dñs ⁊ ad iracundiā pcatus est ⁊c. Et iste est visus terroris incussiuus. Dō eñ a pcō ⁊ pcti cōmissione dz cessare qñ scit deū ipm respicere ⁊ videre. Exēplo leonis q̄ vidēs aialia ipa terret. Quod est ptra multos q̄ nō credunt deū ista inferiora videre. d. Ezech. viij. Dereliq̄t dñs terrā ⁊ dñs nō videt. Jtē iste videt vtiliter merita laborantiū q: scz iste est q̄ custodit oparios: q̄ optime studet ⁊ videt quō ⁊ quantū operant: vt ipos pmiet ꝑm merita singulor. Matth. vj. Pater tuus q̄ videt in abscondito reddet tibi. Multa possent dici d̄ isto triplici videre diuino. sed supra de oculo. de aspectu ⁊ de aspicere vide magis. His igit̄ pmissis dicamus ꝑm aplm. j. Cor. xiij. Videm⁹ nunc per speculum ⁊ in enigmate: tūc aūt facie ad faciem. Ubi ipse ostendit duplicē visionem scz vnā tpalem ⁊ aliā eternalē. vnā enigmaticā ⁊ aliam clarā ⁊ veridicā. vnā speculatiuā ⁊ aliā intuitiuā. vnā pfector que est in via. aliam beatorū q̄ est in patria. Primo igit̄ dicamus de ista visione morali qua boni ⁊ iusti vident illa q̄ ptinēt ad salutem. Nullum eñ animal est pfectum nisi videat. Et ideo canes. vr. si. lupi. vulpes impfecti dicunt nasci ꝑ eo q̄ ceci ⁊ sine visu nascunt. Visus eñ est potentia sensitiua: sine ista nullū in corde generat gaudium. Quod bñ aduertebat thobias dicēs Thob. v. angelo. Quale gaudium mihi est qui in tenebris sedeo ⁊c. Sic vere charissimi ille nō pōt dici spūaliter pfectus q̄ visu discretionis ⁊ sapiētie est ꝓuatus. oportet eñ illa q̄ sunt necessaria ad salutē videre. ⁊ bonū a malo scienter discernere. ⁊ qđ est bonū ⁊ malum dare cognoscere ⁊ sentire. alis si ignorātes fuerimus atq; ceci: nec perfecti esse poterimus neq; leti. Et iō dicit Deut. xv. Anial qđ oculos nō habebat: deo immolari nō debebat Leui. etiam. xxj. A sacerdotāli ministerio repellit qui cecus vel albuginem habens in oculo reperit. Sic ꝓculdubio nullus est dignus dño immolari vel ad eius ministeriū in ecclesia dedicari. nisi q̄ oculos dari intellectus bz: ⁊ nisi q̄ p discretionem clare intuet: ⁊ videt. Un Prouer. xiij. Accept⁹ est regi minister intelligēs. Quod est hodie ptra multos. De q̄bus dr in ps. Oculos habent ⁊ non videt ⁊c. Sz adhuc inferius dicet magis plane. Vel inuehe si vis ⁊ pone d̄ asina balaam. Et Esa. xlij. Quis cecus nisi seruus meus ⁊c. Clare ergo charissimi debem⁹ videre ⁊ in ꝓfectum ꝓficimus vel deficimus aduertere vel sentire. Ad qđ monet nos scriptura Mar. xiij. d. Vigilate videte ⁊ orate. Et bñ dicit videte impando ⁊ excitando. Quia scz pctōr qui longo tempore fuit criminibus excecatus in cecitate pmanet. nisi ad videndū p discretionē ⁊ grām fuerit fortit̄ excitat⁹. Quod bene sciebat hieremias q̄ ciuitati vel aie peccatrici dicebat Hiere. iij. Leua oculos tuos in directū ⁊ vide vbi nūc prostrata sis. Et aduerte q̄ in istis verbis ostendunt septez q̄ sunt videnda ⁊ que sunt cum diligentia meditanda scz

Dei dignitatē vt eam habeamus.
Dei veritatem vt eam teneamus.
Fratrū charitatē vt eam foueam⁹.
Mor⁹ prauitatē vt eā horream⁹.
Rerū vanitatē vt eam caueamus.
Vite brevitatē vt eā defleamus.
Pene grauitatē vt eā timeamus.

Primū ꝓbat mētis erectio. Leua oculos tuos in directū. Scōm mor⁹ directio. Jn directū. Tercū ligans cōiunctio. Et. Quartū culpe inspectio. Vide. Quintū dubia dictio. Ubi. Sextū curta duratio. Nunc. Septimū vilis depssio. Prostrata.

Dico q̄ videda est summa bonitas vt habeatur: ⁊ boc ostendit cū dicitur: Leua oculos tuos. supple sursum ad deum ad celestia ⁊ ad eterna. Potentia eñ visiua habz locū suū in alto loco corpis scz in capite vbi quāto ꝓfundius radicat: tāto clarius videt bō. Exemplo aq̄le cuius oculi sunt parui ⁊ in capite fossati: ⁊ ideo ad videndum optime sunt dispositi. Sic ve visus discretionis ⁊ cognitionis nre dz esse ꝓncipaliter locat⁹. s. in rebus sublimibus ⁊ eternis. ⁊ sursuz in bonis glorie paradisi: ⁊ potissime in capite. i. in deo. q: primo ⁊ añ oia nos videre debemus deū ⁊ eius potentiā ⁊ largitatē. ⁊ glie paradisi claritatē q̄litatem ⁊ bonitatem. Leua inquit oculos tuos. Un Gen. xxij. dr de abraam. Qz cū leuasset oculos suos vidit locū ꝓcul. Et mirie ista ptinēt ad ecclasticos ⁊ ꝓlatos q̄ more ꝓtemplatoris in alto speculationis loco ꝓtuunt reuelata dei ⁊ bonor⁹ eternor⁹ videāt ⁊ cōtemplentur: et alijs enarrare conent Esa. xxj. Pone speculatorē ⁊ qđcunq; viderit annūciet. Herodius eñ die q̄ aquilā vidit vl̄ audierit p timore venari vel pdari. boc est dictu volare non audebit. Sic ve bō die q̄ per ꝓtemplationē dñm intuet. a venatione ⁊ cōpatione cuiuscunq; prede male opationis retardat Prouer. xv. Per timorē dñi ois declinat a malo Quod bñ figurat Exo. xxviij. vbi onichinus q̄ oculos intuentiū tremulos facit papir in indumento sacerdotis poni ⁊ ibi pcipue ptineri. Ad denotandū q̄ cōsideratio diuine maiestatis q̄ oculos mētis facit tremulos. pcipue est branda. ⁊ a sacerdotib⁹ ⁊ viris ecclesiasticis possidenda: vt sic q̄libet cū bester possit dicere illud Hester. xv. Vidite q̄ si angelū dei stantē: ⁊ ꝓturbatū est cor meū p timore glorie tue. Valde eñ admirabilis es dñe: ⁊ facies tua plena gratiarū. Hec etiam figurata sunt in lamina aurea in qua nomen dñi tetragrāmaton sculptū erat. quaz in fronte super oculos sacerdos ponebat. Ad denotandum q̄ deum ⁊ nomen eius pre oculis habere debebat. Et aduerte q̄ visus cognitionis ⁊ attentionis nre debet esse eleuatus ad videndum ⁊ considerandū ea que sunt procul. videlicet

Dei auctoritatem.
Dei benignitatem.
Dei humilitatem.
Dei seueritatem.
Dei felicitatem.
Virginis puritatem.
Angeli bonitatem.
Celorum felicitatem.
Sanctorum societatem.

Hec eñ oia sunt videnda: ⁊ diligentius attendenda. Dico ergo q̄ attendēda est dei auctoritas et potentia Esa. vj. Vidi dñm sedentē sup soliū excelsum et plena erat omnis terra maiestate eius. Et potissime potētia ⁊ magnificētia eius q̄ est in vnitate deitatis ⁊ in trinitate ꝑsonarum debet videri ⁊ multipliciter adorari Gen. xl. Videbā coram me vitem in qua erāt tres ꝓpagines. Sicut eñ in scientia pspectiua experimētaliter videt. si radius solis in aqua positum speculuz percutiat. apparebūt due solis imagines: ⁊ sic videt esse sol triplex. s. vnus in celo ⁊ duo in aqua ⁊ speculo. ⁊ tñ ꝑm rei veritatē non sit nisi vnus. Sic vere charissimi si radius diuine gratie nos illuminauerit: ⁊ speculo cordis aqua deuotiōis fuerit infusum. statim tres soles id est tres ꝑsone apparebunt in ipsa trinitate. cum tñ constet q̄ est nisi vnus sol id ē vn⁹ deus in sua simplicitate ⁊ quidditate. Jdeo de abraam dr Gen. xviij. Tres vidit ⁊ vnū adorauit. Magnificentia eñ sua q̄ creauit omnia de nihilo. ⁊ qua cūctis mō presidet in empyreo est videnda. Juxta illud ps. Venite ⁊ videte opera dñi terribilia ⁊c. Ut sic dicat q̄libet contemplator illud Esa. vj. Regem dñm exercituū vidi oculis meis. Jtem vēdenda est dei benignitas. quā habuit in carnis assumptione. ⁊ mundi redēptione. ⁊ eius clementia vidēda est deuote: ⁊ cū fidelibus intuenda. Ps. Gustate ⁊ videte qñ suauis est dñs beatus vir q̄ sperat in eo. Jstud est eñ mysterium visionis rubi qui ardebat ⁊ nō comburebat. De q̄ dicit Moyses Exod. iij. Vadam ⁊ videbo visionem hāc magnam q̄re nō comburat rubus. Quia verevalde fuit vidēda ⁊ admiranda visio ignis qui ardebat. ⁊ rubus q̄ nō cōburebat id est deitatis apparitio. ⁊ rubi id est virginitatis non ꝓsumptio. De quo Luc. ij. Videamus boc verbum qđ factum est qđ dñs ostendit nobis. Et potissime illa dulcedo diuina de qua deus indulget delinquētibus. q̄ ipse subuenit indigentibus: est attendēda. De qua in ps. Venite ⁊ videte opera domini ⁊ narrate omnes qui timetis deum quan. fe. a. m. Jtem videnda est dei humilitas ⁊ patientia. Quia scz humilitas quam habuit in mundo conuenisan. do. patientia quam sustinuit mortem sustinendo summe debet attendi. De qua Esaie. liij. Vidimus eum ⁊ nō erat aspectus. ⁊ desideravimus eum despectum ⁊ nouissimum virorum, virum dolorum ⁊ scientem infirmitatē. Ad quez etiam spinis coronatum considerandum monet nos scriptura diuina Cant. iij. Egredimini filie syon ⁊ videte regem Salomonem in diademate suo ⁊c. O inquit filie syon id est anime deuote egredimini ⁊ in diademate spinarum regem xp̄m coronatum a synagoga matre sua in cruce intuemini. Jtem videnda est dei seueritas atq; iustitia:

& pcipue illa q̄ in iudicio ꝓtendit. q̄n scz ipe veniet cū nubibus & videbit eum omnis oculus. Ūñ Job. xix. Et in carne mea videbo deū saluatorem meū. Iste eñ status debet a iustis videri. & cum formidine intueri & cogitari. Ad qđ ipse etiam inuitat Deut. xxxij. Videte q ego sum solus & non est alius deus ꝓter me. ego occidam ꝛc. Item videnda est dei felicitas & eminentia. quia illa summa felicitas & gloria ipsius: cuius intuitiua visio est tota merces. dz nūc p fidē in enigmate videri: & speculatiue mentaliter intueri De quo in ps. Videant pauperes & letentur que. do. & viuet anima vestra. Et Esa. xxxiij. Regem in decore suo videbit Item videnda est virginis puritas & cōtinentia. q bonor & excellentia beate virginis debet per deuotionē videri: et per contemplationis speculum intueri. De quo Cant. vj. Viderunt eam filie syon: & beatissimam eam predicauerūt & regine laudauerunt eam. Item videnda est angelorum cōmunitas & consonantia. Unde Gen. xxxij. dicitur. Qz iacob obuiam fuerunt angeli dei: quos cum vidisset ait. Castra dei sunt hec. Item videnda est felicitas celoz et opulentia id est felicitas vite eterne summe est considerande. vt ad eam attrahamur. Unde psal. Videas bona hierlm omnibus diebus vite. Videndū eñ est quomō ista gloria est leta. lata. alta & eterna. interna. supna pura. secura & nō obscura: & cōsimilia: vt dicat bō illud psal. Credo videre bona domini in terra viuentium. Item videndi est sancto rum societas & amicicia. vnde Numeri. xxiij. Vidit balaam israel in tentoriis & dixit. q̄pulcra tabernacula tua iacob. Sic igit patet quomodo videnda sunt bona superiora scz deus & bona eterna. Leua inquit oculos tuos. Ps. Leuaui oculos meos in montes. Grues eñ volētes transfretare primo solent altissime ascendere vt videant ad quā partem debeant declinare: sic & nos mētaliter sursum per contemplationem ascendamus vt illa bona eterna videamus & ad ea transeamus Nume. xxiij. De summis excelsis q silicibus videbo eum. Patet ergo quomodo videnda est bonitas summa vt habeat. Leua inquit oculos tuos.

Etiam dico q est videnda vite sanctitas vt teneatur: et hoc ostendit cum dicit in directum. Quia sicut videmus q artifex libenter videt regulam & exemplar fm qđ debet operari. & ad ipm sepe respicit & attendit. Sic vere & nos debemus ad exemplar & regulas vite nostre sepe videre. s. ad vtutes & scientias attendere. & eas sequēdo possumus aliqualiter non errare. In directum inquit. q. d. in directione morum scz virtutes debemus attendere ipsasq; videre & respicere. Unde ps. Pes meus stetit in via recta in ecclesijs benedicam dñm. Unde Gen. xiij. Leua oculos tuos & vide. Videre eñ debet & considerare dicta sanctorum precepta maiorum. exempla iustorum. opera singulorum. Sic videbatur videre Sap. cum dicebat Eccls. j. Vidi cūcta que fiunt sub sole. Et Prouer. xxiij. Cum vidissem posui in corde meo & exemplo didici disciplinam. Quod tamen est contra multos qui magis sunt diligentes ad videndum vilia q̄ vtilia. curiosa q̄ virtuosa. Exemplo dauid cui visio mulieris se in fluuio balneātis fuit causa ruine. sicut dicitur. ij. Reg. xj. Exemplo Dyne que voluit videre mulieres regionis & oppressa est Gen. xxxiij. Ideo dicit Eccli. lij. In superuacuis rebus ne fueris curiosus. Non eñ est necessarium ea que abscondita sūt videre. Dico igit q videnda est vite sanctitas vt teneat. In directū inquit Prouer. iiij. Oculi tui in directum videant: & palpebre tue precedant gressus tuos. Iterum dico q est videnda fratrū charitas vt foueat. & boc ostenditur cuz dicit. Et. Ista eñ sillaba & est coniunctio copulatiua. significans illos q̄ sunt nobis vicinitate. familiaritate. charitate. fidei religione ordine vel alia causa coniuncti. qui a nobis debent videri ad defendendū: sicut moyses q̄ egressus ad fratres suos vidit afflictionē eoz: & virū egyptiū percutientē quendā de hebreis fratrib⁹ suis occidit Exo. ij. nescite hebreus frat ab egyptio occideret. Itē debēt videri ad veniā ꝛcedendā: si in nos deliquerūt. vel debēt videri ad fouendū si egent. Exemplo ioseph b: q̄ fratribus de cōmisso in eū scelere nō solū pepercit: sed etiam eos humaniter tractauit. & eoz inopiā suis operibus leuauit. sicut clare dicit Gen. xliij. Videat ergo fratrū charitas vt foueatur. Et si placet iungi hic illa que ponunt infra in sermone Videte quomodo caute am buletis sub. §. Quarto dico. q videnda est fraterna charitas ꝛc. Rursum dico q est videnda morum pranitas vt dolreatur. & boc ostenditur cum dicitur. Vide iuxta illud Hiere. ij. Vide vias tuas in conualle: scito quid feceris. Infirmus debet sepe videre sua vulnera vt saltem ex dolore & dolore eorū cōpellat remediū adhibere. Unde Sec. v. Vidit effraym languorē suum. Sic vere bō debet videre & attendere q̄ & quanta sunt suoz vulnera viciorū: ex boc eñ mouetur ad pniam & dolorem: & ad considerandum dei offensam & dei iusticiam. & ad cōcipiendū reuerētiam & timorem. Pauo eñ videns turpitudinē pedum suorum dicit rotā suā deponere: & de plumarū gloria nō curare. Sicut vere cum turpitudo defectuū nostroz respicitur rota superbie despicit. & si quas plumas pulcras id est alī quas virtutes & gratias habuerimus non curat. Et ideo ad ista videnda monet scriptura Hiere. ij. Sacio & vide: qz malum & amarum est dereliquisse te dñm deum tuū & non esse timorem eius apud te. Quod est tamen ꝓtra multos similes oculo qui videt alia non se. q̄ multi sunt qui videt aliorū defectus & nō suos. q̄nimmo defectus suos paruos reputant. visus tamen q̄nq; decipit. quia quod longe est maius ab eis reputat. Ūñ & luna ex⁹ in oriēte maior nobis videtur q̄ q̄n est in meridie. vbi tamē ꝓstat nobis propior esse. Et ideo dī Matth. vij. Quid inquit vides festucam in oculo fratris tui ꝛc. Dyabolus enim in principio & añ oia nititur peccatorē excecare. vt ꝓpriam vilitatem non possit videre. Exemplo latronis qui q̄n solet intrare domū ante oia solet extinguere lumen. Unde de Antiocho dī. j. Mach. j. Qz de templo dicit candelabrū abstuliſſe. Sicut eñ videmus q vrsus primo excecatur. & tandem cōtra dōminū suo ludere docet. Sic dyabolus peccatorem ne peccatum videat excecat: & sic ad libitū suū ad mala opera ludit & saltat. Figura de samsone qui primo fuit confus: & tādem excecatus. deinde in carcere ligatus: & ad ludendum coram philistijm est locatus. Quia scz peccator ꝓmo virtutum crimibus spoliat: deinde per obstinationē ne peccatū suum videat excecat. & sic funibus male ꝓsuetudinis ligatur. & sic coram dyabolo ludos malorum operū operatur. O deus si oculos mentis apertos haberent: culpam suā nosscerent & videret. Ūñ de gentibus regis syrie dicit. iij. Regum. vj. Dñe percute gentē hāc cecitate. Et sequit. Aperi oculos eoz vt videāt: & viderūt se esse in medio ciuitat. s. inter hostes. Ad denotandū q̄ si peccator oculos cordis apertos haberet in medio hostium se videret. Et ideo Augustinus dicit sic. O bō si te videres: tibi displiceres & mihi placeres. nūc aūt q: te nō vides tibi places & mihi displaces: veniet tempus quādo tibi & mihi displicebis. mihi q̄n iudicaberis. & tibi q̄n ardebis. Videat ḡ morum pranitas vel doleat. Unde inquit. Adhuc dico. q est videnda rerum vanitas & caueatur. & boc ostendit cum dicitur. Ubi Ubi enim q̄n ponit interrogatiue: significat locum dubiū & incertum sicut dicit Genes. iij. Ubi est Abel frater tuus. Aliquando etiam ponitur inbesiue & positiue. & sic significat constructiue & certitudinaliter locatiue. Sicut dicitur Matth. vj. Ubi est thesaurus tuus ꝛc. Et ideo ꝓprie per istud significantur mundi bona que sunt dubia & incerta: bieuia. limitata & arta. Ubi inquit. Istud ergo vbi id ē vanitas rerum tpalium est videndum: & a discretis cordibus intuendum. Unde Matthei. xxviij. Uenite & videte locū vbi ꝛc. Homo eñ qui est in nundinis solet libenter videre merces quas vult emere: & fm q valent in precio conuenire. Sic vere in nundinis huius vite mundi: necesse est q̄ bona tpalia discretius videantur. ne vltra debitum reputentur. et ne nimis carum precium scz anima pro eis exp̄ datur. Quia scz sicut dicit. ij. Cor. iiij. Que videntur temporalia sunt: que aūt non videnē eterna sunt. Ideo bñ dicebat ista se vidisse Sap. Eccls. j. d. Vidi cuncta q̄ sub sole fiunt. & vidi in omnibus vanitatem et afflictionē spūs. Videatur ergo rerum vanitas vt caueatur. Iuxta illud Matt. iij. Omnis q̄ viderit te resiliet a te. Quod tñ est contra multos similes illi q̄ est in aere nebuloso. q̄ nō videt se ibi esse: sed ille qui est extra aerem: nebulositatē ipsius bñ videt. Quia illi q̄ sunt involuti in aere nebuloso mūdanē

pſperitatis.obſcuritatē ipſius nō percipiunt neq; vident. Sancti vo q̄ extra iſtum groſſum aerem poſiti sunt: et obſcuram tubulentiā bn̄ noſcunt: vt de talibus dicat mūdus Oēs qui viderūt me deriſerūt me. Videaē ergo rerū vanitas vt caveaē. Vbi inquit. Deinde dico. q̄ eſt videnda vite breuitas defleaē. Nūc inquit. Nūc em̄ eſt breuiſſima pars tpis. qz nūc eſt illud tpus z momentū qđ in preſenti durat. qđ ſcz multū eſt attendendū. qz de cernitudine vite nō habemus niſi nunc. Vñ Job. vij. Ecce nūc in puluere dormiā. Quia ꝓcerto ſumme debemus videre z conſiderare iſtud nūc ſcz breuitatē vite nr̄e. ſ. q̄ vilis ſit in ingreſſu q̄ fragilis in ꝓgreſſu. q̄ debilis ſit in egreſſu. Ad quod nos monet ſcriptura dicēs Marc. xiij. Videte noſmetipos. qz ſcz nos debemus nos ꝓſiderare q̄tum ad vanitate. z q̄tū ad noſtre vite labilitatē. z q̄tum ad nr̄e mortis neceſſitatē Cattus em̄ nō ſolum videt de die: ſed etiā de nocte. Quod etiam de capra dicit. Sic nos debemus de die videre: z eti de nocte id eſt illa que ptinent ad diem pſentis miſerie: et ad nocte future mortis. Vñ Matth. xxvij. Venit maria magdalena z altera maria videre ſepulcrū. Videaē igitur vite breuitas: vt defleaē. Nunc inquit. Vñ Exo. vj. Dñs dixit moyſi nūc videbis. Deniq; dico. q̄ videnda eſt pene grauitas vt timeaē. cum dr̄: Proſtrata ſis. Humana ei natura ꝓſtrata fuit a ſtatu ſue pme ꝓditionis q̄ peccatum Ade z penis tpalibus ſubiugata. Quottidie etiā alia ꝓſternitur in inferno q̄ pcm̄ ꝓprium. z a ſtatu glorie z gr̄e ſupplantaē. Iſta ꝓſtratio eſt videnda z quottidie meditāda. qz ſcz videđe ſunt ꝓſtrationes z miſerie tpales pene z tristicie infernales. De quo. j. Reg. xiij. Ecce multitudo ꝓſtrata huc atq; illuc diffugiens. Sequiē. Inquirite z videte: pñtes em̄ z futuri caſus ſunt videndi z diligentius intuendi z ne eueniant metuendi. Quod maxime verum ē de penis inferni quas bene attendebat ille q̄ dicebat Diere. j. Ollam ſuccenſam ego video. Leo em̄ timet q̄ flamam et ignem videt. Sic vere penas z ignes eternos vitabimus: ſi ipos q̄ ꝓſiderationem timeamus. Et Eſa. xxxiij. Ecce videntes clamabūt foris an. pa. ama. fle. Sicut em̄ leo caſtigatur z timet q̄ videt catulū verberari. ſic z nos caſtigamur z peccare timemus: q̄ in mūdo vel in inferno peccatores caſtigare videmus Zacha. ix. Videbit aſcalon et timebit. Sic ergo patet quō ſeptem ſunt in genere que principaliter ſunt videnda z a devotis cordibus attendenda. Iſta eſt ergo viſio ſpeculatiua que eſt primū principale.

Scō principaliter dico q̄ eſt viſio intuitiua. z iſta eſt viſio beatorum. qua ſcz beati vident in patria intuitiue et intrinſece facie dei patris: que eſt eis cauſa beatitudinis ſempiterne. De qua Matthei quinto. Beati mundo corde q̄m ipm deum videbunt. z̄. Eſt igit quedam viſo

Letificatiua. Eſt dico viſio letificatiua. Quia ſicut
Deſideratiua. apes dicunt letari q̄ vident regē ſuū
Saluificatiua. ſic beati in viſione dei dicunt ſummo,
Recreatiua. opere letari Job. xx. Gauiſi ſunt diſci,
Certificatiua. puli viſo dño. Nec mirū ſi beati q̄ ſunt amici dei gaudent in dei viſione. qz ipe etiam inimicus herodes in eius viſione nō beatificar: ſed enigmatica dicebat gaudere. Vñ Luc. xxiij. dicit. Qz herodes viſo Jeſu gauiſus eſt. Erat em̄ multo tpe videre eum cupiens. z merito: quia ſicut dr̄ Eccl's. xj. Delectabile eſt oculis videre lumē. Item eſt viſio deſideratiua. quāto em̄ plus vr̄: tantomagis deſideraē ſcz videri. ſicut pulcritudo coloris z magnitudo amoris ſolet viſum attrahere ad videndū: z intuendū aliquod inuitare. Vñ ꝓuerbialiter. Vbi amor ibi oculus. vñ de panthera legimus q̄ eſt animal gratū z amicabile pulcrum coloratū z delectabile. ideo ab aliis aialibus aſpicit libenter z vr̄. z ab ipis diligit ac etiam frequentaē. Sic ve chariſſimi beati q̄ pfectiſſime deū diligūt. z q̄ infinitā pulcritudinē in eo currūt ipm ſemp videre deſiderāt. z quāto videt plus tātomagis deſiderāt videre z tenere. Unde. ū. Para. ix. Oēs reges terrarū deſiderabāt videre faciē ſalomonis. qz ſicut dr̄. j. Pet. j. Iſte eſt in quem deſiderant angeli ꝓſpicere. Item eſt viſio ſaluificatiua. qz eoipo q̄ beati vident deum ſunt ſaluati z in ſecuritate ſalutis poſiti: et a cunctis malis pñtibus z futuris expediti. Quod bn̄ ſentiebat iacob quando dicebat Gen̄. xxxij. Vidi deum facie ad faciem z ſalua facta eſt anima mea. Itē eſt viſio recreatiua. Videndo em̄ deum omnes anime appetitus ſatiant̄ z nſbil aliud deſiderant: ſed in iſto ſolummō delectantur. Pſ. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quia eis ꝓprie poteſt dici illud pſ. Guſtate z videte q̄m ſuauis eſt dominus. Vñ de iſta opulenta ſaturitate dī anime beate Eſaie lx. Tunc videbis z affluues z mirabitur tē. Item eſt viſio certificatiua. qz ſcz videndo deum etiā: omia alia videnē. z eo beatifice cognito. omnia alia cognoſcunē. pſ. Quoniam apud te eſt fons vite z in lumine tuo videbimus lumē Et Grego. in omelia. Quid eſt qđ nō videant q̄ videntem omnia vident. Iſta eſt ergo viſio intuitiua q̄ eſt beatorum Et ſupra viſum eſt de viſione ſpeculatiua q̄ eſt viatorum.

Sed adhuc dicere poſſumus q̄ videre aliq̄n ſignificat admirationem. attentionem: vel circa aliq̄d occupationē. Et ideo ſicut videmus q̄ diuites z potentes diligunt illos ſeruos qui res notabiles ſolent diſcernere z videre z ipas poſtq̄ viderūt recitare. Sic vere apud deū illi diſcretiores reputanē: qui res mundi notabiles ꝓtemplantur: ipſaſq; alys ꝓdicando nunciant z locunē. Ideo Apoc. j. cuilibet nr̄m ꝓcipiē z dicit. qđ vides ſcribe. i. omnia q̄ videris diligenter retine z attende. Vñ etiam ipe deus facit ſicut diligens pater qui volēs filiū ſuum inſtruere: ducit eum ſecuz z oſtendit ei ſecreta que poſſint ei eſſe vtilia z honeſta. d. illud pſ. Venite z videte opa dñi. Et ſic videbaē inſtruxiſſe z ad videndū dei mirabilia inuitaſſe btm̄ Joh. euāgeliſtam q̄n ſibi apocalipſim reuelauit. d. Apo. vj. z in alijs miſtis locis veni z vide vbi in iſto z q̄libet alio ſcō oñdit q̄ ipſum

Benigniter inuitauit. Primū ꝓbat vbū allectiuum.
Veraciter adamauit. Veni. Scdm̄ ſignū coniuncti,
Subtiliter informauit. num. Et. Tercium dictū inſtructiuum. Vide. De ſua allectiua vocatione que oſtenditur cum dicitur: Veni. Vide ſupra de venire. De ſua copulatiua dilectione: que oſtendit cum dicit: Et. vide ſupra. De ſua vo inſtructiua informatione: que oñdit cum dicit. Vide. Poſſumus aduertere q̄ deus informauit eum de omnibus abſconditis et ſecretis. Oſtendit enim ſibi

Que ſunt credenda. Et breuiter de omnibus q̄ ſūt
Que ſunt tenenda. virtuoſa z q̄ ſunt vicioſa. ita
Que ſunt facienda. q̄ dñs poterat ſibi dicere illō
Que ſunt reſpicienda. Ezec. viij. Certe vides fili hoQue ſunt timenda. minis. Et ideo ſicut videmus
Que ſunt petenda. q̄ bō narrat libēter mirabilia q̄ vidit. vt auditores incitet ad ſtupores. Sic bn̄s Jobes mirabilia z notabilia q̄ vidit in mūdo nob̄ narrat z dicit. Igit ſi q̄raē ab ipo: q̄d vidiſti vel illud Matth. xj. Quid exiſtis in deſertū videre. ipe pōt poptime rñdere: vidi

Deum cunctis imperantem. Iſta em̄ ſūt duodecim
Angelum deo famulantem. mirabilia: q̄ dicit Jobās
Prelatū digne gubernantē. nes ſe vidiſſe z in rerum
Juſtum ſancte ſe regentē. ordine ꝓfperiſſe Pri,
Egenū multa ſuſtinentē. mo ergo dicit q̄ vidit de
Celum beatos ꝓtinentē. um cūctis impantem: z
ſic loquit Apoc. iij. vbi dicit. Vidi z ecce oſtium apertū in celo: z ecce ſedes poſita erat z in circuitu ſedis. xxiiij. ſedilia z ſup thronos. xxiij. ſeniores ſedentes circumamicti veſtimētis albis: z in capitibus eoꝝ corone auree. z de throno ꝓcedebant fulgura z voces z tonitrua z ſeptem lampades ardentes ante thronum. que ſūt septē ſpūs dei. Chariſſimi oſtium diuine reuelationis iſti ꝑmo fuit apertum. z ideo ante omnes ſuper ſedem maieſtatis eterne ipſe vidit ſedentem z cunctis imperantē dominum. ſeniores vo id eſt ſanctos in ſuis ſedibus cum coronis aureis z eterne dignitatis: z cum veſtibus albis eterne claritatis circa ipm vidit ſedere. lampades vo ardētes id eſt ſpūs z angelos charitate feruentes circa ipm vidit lucere. et yridem et arcum eterne iuriſdictionis in circuitu ſue ſedis vidit manere. z de iſta ſede voces fulgura z tonitrua id eſt diuinorum iudiciorum diuerſa genera vidit ꝙ

rege ad nos ñiferius ꝓuenire. Añ de isto vidi dicit Esa.vj. Vidi dñm sedentē sup soliū excelsum: ⁊ plena erat omnis terra maiestate eius.seraphin stabat sup illud ⁊c. Istud ē eñ illud qđ primo volunt sancti videre scz ipm deū cuius honorē ⁊ maiestatē volūt ꝓtemplari ⁊ añ oia sentire.Exēplo Jacob Gen.xxxij.q̄ dicit. Vidi dñm facie ad faciem et salua facta est anima mea. Iste ergo vidit deū cunctis imperantē. Secđo dico q̄ iste vidit angelos cetum deo famulantē.Et sic loquit Apoca.viij.vbi dicit.Vidi septē angelos stantes in ꝑspectu dei ⁊ date sunt eis septē tube. Septem eñ vniuersitatē angelos designat.qui in ꝑspectu dei semp stant.⁊ voluntatē dei ꝑ occultas inspirationes:vel ꝑ suos iudiciorum excitationes nobis diuersimode tubant Apoca.xiij.Vidi alterum angelum volantē per medium celi habentē euangeliū sempiternū. Tercio dico q̄ iste vidit choz ꝑlatoz digne gubernantē.Et sic dicit Apoc.x. Et vidi aliū angelū fortē descendentē de celo amictū nube ⁊ yris in capite eius.oculi eius erant vt sol. ⁊ pedes ei⁹ vt columna ignis.⁊ habebat in manu eius libellum apertum Iste angelus charissimi est bonus ꝑlatus. qui dicit fortis ꝑ constantie firmitatē:dicit de celo descēdere ꝑ sue ꝓmotionis veritatē a deo sublimitatē.dicit amictus nube ꝑ pietatis quā oz habere roxfluitatē.dicit habere yridē in quo sunt colores multi.i.ꝙuersationis honestatē.⁊ ꝓtutuz multiplicitatem:dicit habere libꝝ.i.sacre scripture oimodā veritatem .⁊ iste liber dicit apertus. q̄ scz ipm aperire solet alijs per ꝓdicationis ⁊ eloquentie claritatē.Et ideo de aspectu boni iudicis vel ꝑlati breuiter dicit ipse Apoca.xiij. Vidi ⁊ ecce nubem candidā similē filio hoīs habentem in capite suo coronā auream ⁊ in manu sua falcem acutam. Quia scz tales q̄ ꝑsonis rōnabilibus similes debent esse.et qui coronam dignitatis noscunt portare . debent in nube roxide pietatis sedere:⁊ tamē falcem iusticie acute debēt in manu iugiter tenere siue ꝓtinere. Vidit igit iste ꝑlatorum choz digne gubernantē. Quarto dico q̄ ipe vidit iustorum ppm̄ sancte se regentē.Et sic loquit Apoca.vj. Vidi ⁊ ecce equus albus:⁊ q̄ sedebat sup eum habebat arcum: ⁊ data est ei corona ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Justi eñ habent equū album id est corpus mundū ꝑ mundissimaz castitatē.habēt arcū id ē iusticiā ⁊ equitatem.⁊ ideo q̄ vincunt peccata ꝑ vigorem ⁊ ꝓbitatez.ipi ꝓcerto finaliter reportāt coronam.i.gl̄am ⁊ claritatē Eccl.xliij.Vide arcum ⁊ bñdic qui fecit illum. Iste ergo vidit iustum iuste se regentem. Quinto dico q̄ iste vidit pauperē multa sustinentē Et sic loquit Apoca.vj. Vidi cum aperuisset sigillū sextū. ⁊ ecce terremotus factus est magn⁹. ⁊ sol factus est niger tanq̄ saccus cilicinus. ⁊ luna tota facta est tāq̄ sanguis ⁊ stelle ceciderūt de celo. Terremotus charissimi motum tribulationū designat.qui scz tantus est in hoc mundo.q̄ sol ⁊ lune ⁊ stelle.i.superiores medij ⁊ inferiores multas miserias patiunt.⁊ nūc nigri ꝑ timorē. nūc sanguinei ꝑ rubozē cadentes de ꝓprio statu ꝑ tribulationis horroxē sepissime efficiunt. Añ simile videbat vidisse Sap̄. Eccl.xliij. Uerti me inquit ad alia.⁊ vidi calūnias q̄ sub sole gerunt. et lachrymas innocentiū.⁊ neminem ꝙsolatorem:nec posse resistere eoz violentie cunctoz auxilio destitutos:⁊ laudaui magis mortuos q̄ viuentes.Vidit ergo pauperē multa sustinentē. Sexto dico q̄ ipe vidit paradisum bonos ꝓrecipientē.Et sic loquit Apoc.xxj.Vidi celum nouū ⁊ terram nouam.⁊ vidi ciuitatem hierl̄m nouā descendentē de celo a deo paratam.Et audiui vocē magnā dicentē. ecce tabernaculū dei cum hoibus.⁊ ipe cum eis erit eoz de⁹.⁊ absterget deus oēm lachrymā ab oculis eoz. Paradisus eñ est celum nouū ⁊ terra noua.q̄ scz ibi intrantibus oia noua ⁊ mirabilia vident. Iste eñ locus deo ⁊ hoibus ꝑparat.⁊ inde omnis luctus ⁊ lachryma resecat. vt sic dicat quilibz ibi existēs illud ꝓdictum Gen.xxxij. Vidi dñm facie ad faciem ⁊c. Iste eñ sunt sex visiones quas vidit Iohannes. et quas quilibet pōt mentaliter videre que pertinent ad bonos. de quo Ezech.viij. Leuauit me spūs ⁊ adduxit me in hierusalem in visione dei. Sed adhuc septimo dico q̄ ipse vidit dyabolum cunctis insidiantē.⁊ sic dixit Apoca. xiij. Vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem ⁊ cornua decem. Sequit. ⁊ bestia quā vidi similis erat pardo.⁊ pedes eius sicut pedes vrsi.⁊ os eius sicut os leonis.⁊ dedit illi draco virtutem suam ⁊ potestatem magnam.⁊ admirata est vniuersa terra ⁊ adorauerūt bestiam dicētes.Quis silis bestie.q̄s potent pugnare cū bestia ⁊c. Ista bestia charissimi est diabolus.cui draco lucifer dat ꝓtestatem.⁊ qui de mari inferni contra nos pugnare nititur in hunc mundum.quia procerto iste dicitur

Pardus ꝓpter versipellitatem. Quis ergo istis silis?
Ursus ꝓpter instabilitatem. quis ꝓtra ipsum pugnare poterit? qui generaliter omnes vincit. Iste ꝓculdubio a multis adorat ⁊ eidem quasi ab oibus obeditur.⁊ ideo de tam mirabili visione dicit Apoc.xvj. Vidi de ore draconis exire tres spūs immūdos in modū ranarum.bi sunt spūs demonioz facientes signa.Et nota q̄ demones dicuntur tres. ꝑ eo q̄ triplica concupiscētia tentant.Vidit ergo dyabolum cunctis insidiantem. Octauo dico q̄ ipe vidit infernum malos recipientem.Et sic loquit Apoca.xx.Vidi angelum descēdentem de celo.⁊ habentem clauem abyssi ⁊ cathenam in manu sua.⁊ apprehēdit serpentem antiquū ⁊ misit eum in abyssum.clausitq̄ ⁊ signauit super illum.Quia ꝓculdubio abyssus.i.insatiabilis infernus.per angelum qui habet clauem eius.i.per diabolū peccatoribus aperit.⁊ ibi serpens antiquus.i.quilibet malicios⁹ peccator recluditur ⁊ ligatur. Añ ipemet dicit Apoc.xix. Vidi bestiam ⁊ reges terre ⁊ exercitus eoz congregatos.Et sequitur. Uiui missi sunt in stagnum ignis ardētis ⁊ sulpburis.Unde ista est illa visio de qua dicit Esa.xxj. De terra horribili visio dura demonstrata est mihi.Vidit igit infernū malos recipientem

Nono dico q̄ ipe vidit mundū malos ꝓficientē. Istud est eñ de maioribus monstris ⁊ mirabilibus huius mūdi scz q̄ mundus indignos ꝓficit ⁊ exaltat. Illa eñ q̄ videntur in speculo vident reuersa.q̄ scz dextera videt sinistra Ita vident bassa.sinistra vident dextra.bassa vident alta. Sic hodie in mundo q̄ debent esse in alto.sūt in infimo statu ⁊ depressione.⁊ illi qui debēt esse in dextra ⁊ ꝓsperitate.ponunt in sinistra ⁊ aduersitate. Quia scz viri perfecti qui deberent esse in dextra ⁊ ꝓsperitate.i.in alto statu ⁊ in alta ꝓlatione.sunt in infimo statu ⁊ depressione. ⁊ econuerso illi qui inferius deberēt iacere videmus in altis dignitatibus presidere ⁊ illi qui digni sunt sinistra aduersitatis.videmus in dextera prosperitatis. Ista viderat ipse Jobes Apoca.xiiij.vbi dicit. Vidi inquit agnum stantē supra mōtem syon ⁊ cum eo centum quadraginta q̄tuoz milia habētes nomen ei⁹ ⁊ nomen patris eius. Quia ꝓculdubio agnos insufficientes ⁊ ignoātes sup mōtem syon.i.sup omnes dignitates videmus ꝑsidere.⁊ de portātibus nomē sūum.i.de illis de genere suo videmus cū ipsis centū q̄dragintaquattuoz milia.i.infinitam multitudinem habitare.Et ideo ad istud videbat attēdere sapiens cum diceb̄at Eccl's.x. Vidi inquit sub sole quasi ꝑ errorem egrediens a facie ꝓncipis positum stultum in dignitate sublimi.⁊ diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis et ꝓncipes ambulantes super terram. Iste ergo vidit mundū malos prēficientem. Decimo dico q̄ iste vidit ympiū bonis officiētem. Añ etiam de magnis mirabilibus que possunt fieri ē q̄ iniqui ꝑsumunt bonos offendere.et q̄ illi qui digni sunt omni supplicio.malum audent alijs ex officio intentare. Sicut ad l'ram videmus de iniquis iudicibus et balliuis; q̄ ꝓprios defectus nō vident.sed alienos. Unde sikes sunt oculo qui melius videt distantia q̄ sibi adherentia.q̄nimo alios videt.seipm non videt.Et tales iniquos bene vidit Iohannes.d.Apoca'.xvij. Vidi mulierem sedentē sup bestiam coccineā plenā nominibus blaspbemie.que habebat capita septem.cornua decem . ⁊ erat ornata purpura auro et lapide ꝑcioso.⁊ habebat in manu vas plenū abbominatione fornicationis.⁊ erat ebria sanguine martyrum ihesu. Ista mulier significat malos iudices et balliuos.molles femineos ⁊ ineptos.qui scz super bestiam portant coccineam.in q̄tum bestialibus ꝓncipibus.coccineis.sanguineis et crudelibus cōiunguntur.et ab eis sustinent. Isti eñ dicunt habere capita id est plures capitaneos et magos. plura etiam habent cornua id est plura officia . dignitates eminentias et ꝓbendas.Et ideo isti sunt et dicunt pul-

pura ⁊ auro ⁊ lapide pciosō ornati. inq̄tum sc̄z tam ꝓpter magistros quos habent q̄ ꝓpter platuras. dignitates vel officia q̄ tenēt pre ceteris diuites fiunt. Juxta illud ps̄. Ecce ipsi peccatores ⁊ abundantes in seculo ob. di. Quid plura? ꝓcerto ista habent vas plenū fornicatione inq̄tum ipsi abundāt in luxuria ⁊ sanguine martyrū iesu. id ē pauperū substantia. Sicut ebriꝰ inq̄tum ipi abundāt in rapina ⁊ sevicia. Et ideo de isto vidi. i. de impioꝝ visione dicit in ps̄. Vidi impiū superaltatū ⁊c. Vidit ergo iobānes impium bonis officientē. Undecimo dico q̄ iste vidit hypocritam bona dissimulantē. ⁊ sic loquit Apoc. vj. d. Vidi ⁊ ecce equus pallidus ⁊ q̄ sedebat sup illuꝫ nomē ei mors ⁊ infernus sequebat eum. Hypocrita dicit equus. q̄ carnalis est. realiter dicit pallidus. q̄ abstinens est. superficialiter dicit mors. q̄ detrahendo alios occidit. mordaciter dicitur ab inferno sequi. q̄ ꝓcerto infernus appbendit eum finaliter. ideo de isto vidi dicit Eccl's. viij. Vidi impios sepultos. qui cum adhuc viverent in loco sancto erāt. ⁊ laudabant in civitate quasi iustorum operum. Vidit ergo hypocritam bona dissimulantē. Duodecimo dico q̄ iste vidit iudicē malos exterminantē. postq̄ enī mlta in isto mūdo visa fuerint dies iudicij sicut vltima ꝓspicit. vbi mali recipient qđ merent. Et sic loquit Apoca. xx. vbi dicit. Vidi sedes ⁊ sederūt sup eas. ⁊ iudicium datū est illis. Sequit. Et libri aperti sunt ⁊ iudicatum est de singulis ꝑm opa eorum. Ecce q̄ q̄ ⁊ quanta mirabilia dicit sctūs Jobes se vidisse. ⁊ quō discretionē legitur ad videndum mirabilia extendisse. Iste est ergo qui potuit dicere Job. ix. Abij et lavi ⁊ vidi. Quia exemplo istius nos debemus

Dimittere quod officit. Abij.
Abstergere quod inficit. Lavi.
Aspicere quod proficit. Vidi.

Sic ergo dico q̄ videre signat admirationē vel alicuius enarrabilis attentam considerationem et narrationem. Sed ad huc dico q̄ videre in bono significato sumitur multis modis. Justi enim vident

Discutiendo. Primum est videre iudicativum.
Inspiciendo. Scōm est videre ꝓtemplativum:
Compatiendo. Terciū est videre miserativum.

Dico ergo ꝓmo q̄ ꝓlati vidēt discrete discutiendo. Sicut enī aquila rer avium dī limpidissime videre. sic illi q̄ reges sunt ⁊ iudices aliox debent visum discretionis ⁊ discussionis habere clarum. ⁊ merita subditorum ꝓmouendox vel puniendox discrete examinare. ⁊ causas negociorum caute discutere. veveritate comperta possint qđ iustum est iudicare. vñ apls Eph̄. v. dicit. Videte quō caute ambuletis. Et illud Col'. ij. Videte ne q̄s vos decipiat. Et istud etiam Mar. xiij. Videte. vigilate ⁊ orate. Ubi dicit q̄ isti debent esse

Per discretionē illustrati. Videte.
Per attentionē excitati. Vigilate.
Per devotionē occupati. Orate.

Sic ergo dico q̄ prelati habent videre discrete discutiendo. Prelatus enī debet esse sicut oculus q̄ nō solum pro se. sed pro toto corpore videt. sicut speculator q̄ pro toto castro videt. vigilat ⁊ attendit. Ideo ipsis dicitur Marci. xiij. Videte ne quis vos seducat. Secundo dico q̄ attente vident contēplativi sc̄z conspiciēdo. quia ꝓtemplativi sc̄z morales debent habere visum more lincis qui videt vltra parietem: q̄ sc̄z isti vident ista que sunt in remotis partibus sc̄z

Superiora. Superiora dico sc̄z deū. angelos. beatos.
Inferiora. bona eterna ⁊ etiā quanta dei bonitas est
Interiora. ⁊ eius pietas. ⁊ qua sc̄z voluit carnē sume
Exteriora. re ⁊ crucē subire. Unde Matth. xxiij. Videbunt filiū hois venientē in nube q̄tum ad incarnationem Luc. xxiij. Videte manus meas ⁊ pedes meos q̄tum ad passionē. Et in ps̄. Venite ⁊ videte opa dñi ter. in ꝓsi. su. fi. bo. Unde dī Hiere. iij. Leva oculos tuos in directuꝫ ⁊ vide. Inferiora etiā debet videre sc̄z mortem. iudicium ⁊ infernum. ps̄. Ipsi viderūt opa dñi ⁊ mirabilia eius in ꝓfundo. Interiora etiam debet videre sc̄z cor ⁊ ꝓsciam. ꝓsiderādo q̄ntum ꝓficimus. ⁊ q̄ntum deficimus. q̄t culpas cōmisimus. quanta bona omisimus. ⁊ q̄nta premia amisimus Mar. xiij. Videte vosmetipos ⁊c. Exteriora etiā debet videre sc̄z quāta est in carne vilitas. quāta est in mundo vanitas. q̄nta est in boste fallacitas. vñ in ps̄. Vidi ꝓvaricantes ⁊ tabescebam. q̄ eloꝰ tua nō custo. Et sic talis cum suo quadruplici visu figurabunt in animalibus ocularibus q̄ habebant ante ⁊ retro totū corpus plenū oculis. sicut dicitur Apoca. iiij. ⁊ Ezech. j. ⁊ x. Contemplativi ⁊ Irales. i. scolares debēt videre ⁊ attendere et studere. Et si vis pone hic illa septem que ptinent ad scolaris visus instructiones q̄ ponunt in li. de oculo. vel pone ea que posita sunt. s̄. de studere vel discere. Patet ergo q̄ ꝓtemplativi videt attēte cōspiciendo. Quod bñ pōt dici de subditis ⁊ religiosis q̄ semper debēt videre ⁊ p̄ oculis habere mādata supioꝝ ⁊ exempla boim melioꝝ. Ipsis enī dicunt supiores illud Judicū vij. Quod me videritis facere hoc statim facite. q̄ sicut discipulus nitit facere qđ magistrū videt fecisse. sic ⁊ isti debent. Juxta illud Job. v. Nō pōt filius facere quicq̄ nisi qđ viderit patrē facientē. quecunq; enī ille fecerit. hec ⁊ filius sīr faciet. Contemplativi ergo vident attēte conspiciendo. Tercio dico q̄ boni activi vident devote compatiendo. q̄ ad bonū virum pertinet paupes ⁊ desolatos videre eoꝝ miserijs cōdolendo. De ꝓprietate enī oculi est q̄ faciliter plorat. multū enī hz de humido. ⁊ ꝓprium est oculo q̄ suo cōpari affligāt. ⁊ pro eius lesione aliquotiens lachrymāt. Sic ve viri iusti debēt se pauperibus pformare ⁊ eis ꝓdolere ⁊ pro eoꝝ infortunijs lachrymas compassionis emittere ⁊ stillare. Ad qđ invitant ipi paupes Treñ. j. vbi dicit. O vos oēs q̄ transitis per viā attendite ⁊ videte si ē dolor sicis dolori meo. Qđ tñ est ꝓtra multos q̄ de visione pauperū nō curantes ad ipsoꝝ miseriā non attendūt. Sicut enī ille q̄ est in lumine nō videt eū q̄ est in tenebris. sed bñ econverso q̄ est in tenebris videt enim q̄ est in lumie. Sic vere charissimi illi q̄ sunt in lumine ꝓsperitatis nō dignātur videre hodie illos q̄ sunt in tenebris miserie ⁊ aduersitatis. ⁊ ecōtra illi q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedent. alios qui sunt in ꝓsperitatis lumine bene vidēt. ⁊ ad ipsoꝝ auxiliū respiciūt ⁊ anbelāt. Qđ bñ figuratū est Genē. xl. in illo pincerna pharaonis. qui existens in tenebris carceris bñ cognoscebat ioseph. sed tandem ad lumen ꝓsperitatis eductus succedētibus ꝓsperis oblitus est interptis sui in carcere remanētis. Exemplū audiui de quodā scolari nobili. q̄ magistro suo dicere solebat ⁊ ꝓsuevera. q̄ si cps fieret. ipm egregie bñficiaret. q̄ tādem epus factus. de magri miseria nō curavit. ⁊ ideo quadā die sibi parisius venienti magister in meridie cū multis luminarib⁹ ardētib⁹ cereis ei occurrit. cui q̄renti hoc cur hoc faceret? Rndit mgr. dñe non videtis. ⁊ q̄ vt video compassionis oculos pdidistis. Isti enī oculos habēt ⁊ non vident. aures habent ⁊ nō audiunt ⁊c. Et breviter istud ē generale q̄ boīes divites pauperes ꝓpinquos nō solēt libenter cognoscere. si vo ad paupertatē ipos venire ꝓtingat. tūc solent eos libenter cognoscere ⁊ videre. Exemplo strutionis. q̄ ova sua dū sunt in sabulo obliviscit. cū vo pulli creverūt. ipos libenter recipit ⁊ maternis viscēribus ampleratur. q̄ illi qui i sabulo paupertatis iacent. a suis cōsanguineis non videnē. si vo p ꝓsperitatem creverunt. vel p dignitatem aliquā. libenter ab eis cognoscunt. si vidēt ꝓmoveri in aliquo gradu. dicunt enī nōne fuit filius illius. ⁊ sic videntes ⁊ dicentes inter se pater suus sive mater erat de genere nostro ꝓpinquo. ⁊ sic cognoscunt non in sabulo pauptatis. Sicut enī habet per scientiam pspectivam. quicḋ in aquam ponit melius vi. vñ ponatur q̄ denarius sit in tanta distantia q̄ non possit amplius apparere. dicit si in ea distantia ponat in aqua. q̄ statim clare cognoscit ⁊ videt. Sic ve ꝓculdubio charissimi dato q̄ aliquis a nobis distet tantū ꝓpter sui pauperis status difformitatem vel per remotam consanguinitatem vel familiaritatem q̄ ipm non videamus. ⁊ q̄ de ipso penitus non curamus. si contingat q̄ iste in aqua mundane ꝓsperitatis ponat. seu in dignitate. et q̄ dives ⁊ ꝓsperefficiatur. statim ipm cognoscimus ⁊ videmus. ⁊ nō obstāte quacunq; distantia generis. patrie seu status ipsum diligimus ⁊ amamus Quod bene figuratum est in nabucho. Dañ. iij. Quem mutatum in bestiam ꝓncipes sui eum de regno suo ejecerunt. sed cum ipm viderunt remutatum in boīem. ipm gratifice receperūt. Sic ergo sicut dī Joh. i. ꝛ Ut qui non vident videant. ⁊ qui vident ceci fiant. Nō sic ergo sed egenos pauperes ⁊ tribulatos videam⁹. Exēplo

Matathie de quo dicit.j.Macha.ij.Oz videbs miseriā filiorū isrl doluit z ptremuerūt reges eius. Iuxta illud Abacuc.iij. Viderūt z doluerunt montes. Ista ergo est triplex bona visio cōpassionis attētionis z discussionis. Sz adhuc hodie ꝓculdubio videt verificatū illud Ezec.xij. In longū differt dies z cessabit omis visio. Quia hodie cessauit apud plātos visio discussionis. Nō em curāt videre vl discutere de meritis causarū. sed ꝑ donatione bursarū. nō de sufficiētijs personarū. sed potius de exactione pecuniarū nō de iustitia negociorū. sed de receptione munerū vel donorū. Quod ptz in multis plātis. indignos sine deliberatione ꝓmouentibus. z multis iudicibus sententias sine debita cause cognitione ꝓcipitantibus. Isti em videre nō vident inq̄rum merita singulorū nō discutiūt nec rimantur Deū.xxvij. Senuit ysaac z caligauerūt oculi eius z videre non poterat. Item cessauit apud religiosos visio attentionis seu ꝓtemplationis. Quia ꝓculdubio isti libentius vident hec terrestria q̄ celestia. tpalia q̄ spūalia. mūdi fauores z solacia q̄ celi dulcores z bōficia Ezec.xiij. Te ꝓbetis insipientiā q̄ secūd spm suum z nihil videt. Ite cessauit in actiuis visio cōpassionis. qz ꝓculdubio nullus videt alium ei compatiendo sed potius ad eum

Deridendum. Ad eum dico deridendū. ps. Qui de
Explorandum. runt me z mouerūt capita sua. Ad
Contemnendum. eum etiā explorandū Deū.xlij. Ut videatis infirmiora terre venistis. Ad eum insup ꝓtemnēdum. d. Sap.ij. Grauis est nobis etiam ad videndum qm̄ dissimilis est alijs vita eius. Et breuiter tales bone z spūales visiones perierūt. z videtes videda defecerūt Eccl.xij. Obtenebrescēt videtes p foramina. Quibus premissis possumus dicere q̄ multa sunt q̄ visum z discretionē mentis impediunt. sicut optime ponit actor de oculo morali et accepit de scientia perspectiua scilicet Propter

Digiti impulsionem. Decipit ergo visus p
Medij obscurationem. pter oculi fortem impulsionē. nam sicut in
Mimiam attentionem. scientia pspectiua ostē
Medij variationem. ditur oculus impssus
Speculi appositionem. digito vidit vnaz rem
Radij fracti reflexionem. esse duo. Sic procerto
Diuersi situs dispositionem. loquēdo spūaliter qñ
Directam appropinquationē. ab aliquo consiliatore malo fortiter inducimur et impellimur. tunc male videre z iudicare cōpellimur. Nam duo vnū videt qñ p malū ꝓsiliarium alīq̄d fortiter allegatur Istud ptz de ꝓsiliarijs principū z plātorū. q̄ siue excusent siue accusent. semp de vna re facūt videre duo. qz sz si accusent de festuca. solent trabem facere. z vt pecuniā exigāt faciūt vnū defectū duos videri z apparere. Ita q̄ accusati possunt dicere illud ps. Videtes me deriserunt me. locuti sunt labijs z mo. ca. Si em aliquē apud dñm cōmendāt et excusant. ita fortiter solent impellere. q̄ bona eius faciunt duplicia apparere. ita q̄ sufficientiā nō vnius sed duorū in moribus ptinere videt. vt sic dicat ꝓsiliarius illi cōmēdato illud Zacha.ir. Ego aūt annuncias duplicia reddam tibi. Dicūt em ipi dño ipsius vel magistro illud Matth.xj. Quid existis in desertū videre. ꝓbetā. etiam dico vobis plus q̄ ꝓbetā. Et illud Can.vij. Quid videbis in sunamite nisi choros castrorū. Et breuiter isti sunt magi pharaonis. qui de seipis possunt dicere. Digitus dei est hic. Et bene magi. qz illud qđ nihil est. faciunt aliq̄d. et qđ aliq̄d est faciūt nihil videri. Si em ꝓnceps vult eractionē facere vl aliquā malicia exercere. statim adest Achitofel (cuius consilium quasi sicjs cōsuleret dñm) sz cū alicuius falsa causa allegatione ipm impellet. z eum male iudicare cōpellet. exemplo aliorū tyrannorū. Dicit em talis plātus sic facit. et talis sic. subditi vestri tantū deliquerūt. vos habetis modo talem necessitatem ꝛc. Sicjs etiam plātus aliquē indignū vult ꝓmouere. statim adest malus ꝓsiliarius ad excusandū qz si dicit puer est. rndit Hieremia z pcursorē fuisse pueros. z Danielē puerū senes iudicasse. z de iniusticia odem nasse. Si ignobilis z illitteratus. rndit ignobilia mūdi fm apm electa fuisse. z apos studia nunq̄ frequētasse. Eiusmodi est. dicet. Aaron q̄ fuit impeditionis lingue functus ē sacerdotio. Luxuriosus est. Sed z Osee ꝓbeta fornicariam legitur accepisse mulierem. et dauid legit adulterium cōmisisse. Percussor est z violentus. sed et Petrus legit gladio percussisse. dñs vim patior legit dicī tuisse. Oburgator est z ptentiosus. Sed z paulus legit petro aplorum principi in facie restitisse. z ipi apli legunt q̄s eor esset maior ptendisse. Et breuiter nullam causam repulsionis potest quis allegare. quam ipam sciat malus ꝓsiliarius excusare. q̄nimmo si ex toto inutilis z ineptus dicit. respondebit q̄ samson in mandibula asini philisteos expugnauit. et q̄ potens est z deus z nūc de lapidib⁹ filios abrae suscitare. O deus quot z quāti tales digiti curiā dominorū frequentant. ipos q̄ ad male iudicandum z videndum excecant et indinant. Ideo bñ ꝓsultur Eccī.xxxvij. A malo cōsiliario serua aiam tuam. Unde de talibus dī Esa.lix. Digiti eorū pleni sunt iniquitate. Impeditur ergo visus p fortem impulsionem. quia mali consiliarij sunt illi de quibus dicitur Esa.xxx. q̄ ipi dicunt videntibus nolite videre. z aspicientibus nolite aspicere nobis ea q̄ recta sunt. Secdo dico visus decipit p obscuram habitationem. qz sz experimento ꝓbat. q̄ oculus existens in aere turbulento non videt nec percipit turbulentiā in qua manet. qñ vo ad clarū aerem venerit. tūc bñ videt turbulentiam in qua fuit. Talis turbulentia charissimi est peccm. qđ sz oculum z visum rōnis intantū turbat. q̄ ibidem existēs se illic esse ignorat. ita q̄ vilitatem ꝓpij status non videt nec cōsiderat. neq̄ spectat. Contra qđ Hiere.iij. Leua oculos tuos in directū et vide vbi nunc pstrata sis. qñ vo surrexerit de peti vilitate in qua iacuerat tūc agnoscat. Exemplo frenetici q̄ dum eēt in infirmitate nō se sentit infirmū. qñ vo sanari incipit. tūc se esse fractum debilem z infirmum fuisse sentit. In figura cuius dī Exo.xiij. Oz filij israel de seruitute egypti recedētes leuauerūt oculos z viderūt egyptios post se. Quia ꝓcerto dum egyptus z egyptius. i. peccm z peccī status dimittitur tūc pfecte cognoscit z videt. Anselmus de similitudinibus dicit. q̄ ꝓsuetudo vicij est. vt non facile videatur ab ipo qui ipso premit. sed mox vt cessauerit videt z illa in qua q̄s iacuerit. z feditas tūc sentit. visus ergo decipitur p obscura habitationē. Tercio decipitur visus ꝓpter nimiam mediationē z attentionem. Ad sicut sensibiliter experitur. z in prefata scientia ꝓbat z monstrat ad candelam. q̄ si oculum valde ꝓuerteris ad aliquid. z virgā vel digitum in medio duorū oculorū intra te z rem visam posueris. tūc duos digitos videbis. z qđ mirum est si oculum dextrum clauseris disparebit imago sinistra. z econuerso si sinistrum dextra. Quod valde mirum reputat Aug⁹. x. de trinitate. Ista deceptio accipit charissimi in illis qui nimis attente respiciūt. qz carnalem affectum habēt ad nepotulos z parentes. Illud em qđ vnū est videt duo. qz bona eorum vident eis in duplo maiora q̄ sint. sicut oia q̄ vident in aq̄ vident esse maiora. z meliora esse credunt. Ite de tali visione dicit illud Job.xx. Indinauit se z ꝓspexit in monumentū z vidit duos angelos. Isti em habent duos oculos sz oculū dextrū veri iudicij. z oculū sinistrū carnalis affectus. q̄ in re visa ꝓsiderant dextra. i. eor virtutes z ꝓfectus. qz ergo si isti claudūt oculum dextrū recti iudicij. statim dispergit imago sinistra. qz nihil vident in talibus de sinistro z malo. qz si oculum sinistrū carnalis affectus clauderēt. z oculū dextrū veri iudicij apertū tenerēt. statim dextra pars illorū dispareret. inq̄rum sz in ipsis nullū meritum appareret. Quia breuiter clauso carnali affectu z apto oculo recti iudicij nihil videt in istis dextrū siue bonū sed quio econuerso isti oculum carnalis affectus aperiunt oculum vo recti iudicij claudunt. idcirco nihil sinistrū possunt videre. Sed cuncta solent bona z dextra existimare. Unde de multis modernis affectuosis z carnalibus prelatis. z alijs parentum z amicorum dilectoribus potest dici illud Esa.vj. Excreca cor populi huius. z aures eius aggrava. z oculos eius claude. ne forte videat oculis suis. et auribus suis audiat. z corde suo intelligat. Unde Zacha.ir. Oculus eius tenebrescēs obscurabitur. Deluditur ergo visus ꝓpter nimiam attentionē seu meditationē. Quarto dico q̄ deluditur visus ꝓpter medij variationē. Res enim que est in raro medio. sicut aer videt minor z remotior. et res que est in grosso medio sicut est aqua videt grossior et

ꝓpinquior. Et inde est q̄ baculus quis sit rectus. si tamen pars sit in aqua vel videtur fractus. vel tortus. Et ꝓcerto charissimi talis delusio spūaliter intellecta ꝓfingit in multis. q: scz q̄uis aliq̄s religiosus. vel alius sit rectus ⁊ perfectus. si tñ aliq̄s videt eū in aquis deliciarum in parte pfusum. vtpote q: lapsat se ad aliquas mundi ꝓsolationes. vel q: habet aliquas tales diuitias vel promotiones. statim credunt eū esse fractū. deuū vel iniustum. Iste deberet dicere illud Matt. vij. Quid vides festucam ⁊c. Et ideo religiosi nō debēt in ꝓspectu secularīū cōsolationes accipere. ne forte scandalū possint parere. ⁊ malas opiniones in eis generare. facile em̄ de platis ⁊ religiosis male iudicat ⁊ eorū vita magis mala q̄ bona in exemplū trahitur et habetur. Et ideo apls. j. Cor. viij. Oēs quis comedere ydolotica non esse pctm̄. illa tamē comedere coā infirmis ꝓhibent. ne videntes scandalizent. ⁊ ad gehennā ducant. Quia sicut dicit Claudianus. Regis ad exemplum totus componit orbis. mobile semp cum ꝓncipe vulgus. Quinto dico q̄ deludit visus ꝓpter speculi appositionē. Cōstat em̄ q̄ res vise in speculo vident euerse. q: scz bō videt dextrum sinistrum. ⁊ altum bassum. ⁊ q̄ plus est. memoria illoz q̄ vident in speculo valde est labilis. quod accidit ideo. q: illa visio causat ꝓ reflexiones ⁊ fractos radios nō directos. inde est q̄ homo melius recordat de forma alterius quā semel asperit nude q̄ de forma ꝓprie faciei quā in speculo semper vidit. Charissimi ꝓ speculū q̄ est fragile. ⁊ tamen splendet intelligo mundi ꝓsperitatem que fragilis est ⁊ defacili frangitur. sculptum tamē videt splendēs ⁊ amabile modo sic est q̄ quicūq̄d mediante isto speculo cernit. nec recte ꝓ radios fractos vel reflexos aspicitur. q: ꝓcerto illi q̄ nō nude vel directe ad boiem aspiciunt. sed ipm mediāte speculo mūdane sue ꝓsperitatis diligunt ⁊ attendunt. non est dubium q̄ istam visionem in seipos reflectant. inq̄tum ꝓ priam utilitatem in visione bmōi semp querunt Phil'. ij. Omnes que sua sunt q̄runt. non que sunt Jesu xpi. Quid ergo? ꝓcerto illi vident aliquid in speculo. i. illi cum visus ⁊ aspectum cordis ad speculum ꝓsperitatis mundane vertunt deludunt q: q̄d vnū est aliud credere nescunt. quod patet q: omnia vident ꝓpostera ⁊ euersa. Quia ꝓcerto viros iustos ⁊ sanctos qui in veritate sunt sublimes ⁊ alti in rei reputatione. ⁊ nobiles atq̄ summi. videt ⁊ existimant. infimos. ignobiles. viles ⁊ depressos. ecōuerso mali homines ⁊ iniqui. q̄ apud deum ⁊ in veritate sunt infimi vident a speculariter videntibus esse summi. Et quare? certe quia spūalia que in veritate apud deum sunt dextra ⁊ ꝓspera. ab ipsis reputant sinistra ⁊ aspera. tpalia vo que apud deum sunt aduersa ⁊ sinistra ipsi dextra p̄cipua et ꝓspera esse credunt. Et igitur ꝓpter speculum mūdane ꝓsperitatis visus ⁊ aspectus veri iudicij deludit. inq̄tum bonum q̄d malū est. ⁊ malū q̄d bonū est reputat. Contra q̄s Esa. v. Ve qui dicitis bonū malū ⁊c. Et bñ isti ponūt tenebras lucem ⁊ econuerso. q: ꝓcerto isti sicut dictum est dextra reputant sinistra: ⁊ sinistra reputāt dextra. tpalia existimant ꝓspera ⁊ spūalia credūt aduersa. Cuius tamen deus ptrium facit q: ꝓcerto illud q̄d mūdus credit altum. deꝰ credit infimū. ⁊ illud q̄d deus credit infimū. mūdus altū credit. Quia sicut dī. j. Cor. j. Quod infirmū est dei fortiꝰ est hoibus. q: infirma mundi elegit deus. vt confundat fortia. sicut dicitur ibidem. ⁊ illa que mūdus dextra reputat. dominus sinistra p̄dicat ⁊ aduersa. ⁊ econuerso. q̄d sinistrū ⁊ aduersum a mundo creditur. a deo dextrū ⁊ ꝓsperū reputatur. Ita q̄ deus mūdane iudicanti ⁊ speculariter videnti pōt dicere illud Gen. xiij. Si ad sinistrā ieris dextrā tenebo. si dexterā elegeris. ego ad sinistram pergo. Quod bene figuratum fuit in patriarcha iacob. qui sicut dicit Gen. xlviij. Cum ordinati essent effraym ad dexterā qui erat primogenitus ⁊ manasses ad sinistram q̄ erat secundogenitus. Ja cob benedictionem daturus cancellauit manus. ⁊ dextras manum posuit sup sinistram. ⁊ sinistram sup dextram. In quo possumus videre q̄ summꝰ patriarcha deus dextruz reputat q̄d mundus sinistrum. ⁊ q̄d mūdus sinistrū. ipe reputat dextrū. Nā sup effraym q̄ interpretat augmentū. i. super diuites ⁊ opulentos q̄ modo vident ꝓmogeniti esse ⁊ dexterā ꝓsperitatis tenere sinistram sue iustitie deus ponit. vt ostēdat eos nō esse dextros ⁊ sinistros. ⁊ finaliter in sinistra aduersitatis eterne ponendos. qñ scz dicet tūc bis q̄ a sinistris sunt. Ite maledicti in ignē eternum ⁊c. Sup manasses vo qui interpretat obliuio. i. sup paupes q̄ vūt obliuioni dant. ⁊ qui nunc in sinistra aduersitatis locant. Et sicut vltimogeniti postponunt dexterā sue gratie collocat. vt statum coz magis ꝓsperū q̄ aduersum ostēdat. et vt dexterā eterne ꝓsperitatis eis finaliter porrigat. qñ scz bis q̄ a dextris eius sunt dicet. Venite bñdicti patris mei ⁊c. pō. Me suscepit dextera tua dñe. Que etiā figurāt Apoc. v. vbi angelus pedem dextrū sup mare. ⁊ sinistrū sup terrā legit potuisse. Et vere angelus testameti xp̄s dexterā prosperitatis eterne. mari. i. amaris ⁊ fluctuosis pauperibus extēdit. sinistrū vo eterne miserie sup terrā. i. sup terrenos diuites posit. Oz insup imago crucifixi denotat q̄ dexterā aquiloni. i. illis q̄ sunt in frigore aduersitatis videtur ostēdere ⁊ ꝓmittere. ⁊ sinistrā pene eterne ad meridiem. i. ad illos qui nunc sunt in claritate ꝓsperitatis videtur extendere ⁊ donare. Circa quod est aduertendum q̄ imago virginis ad aquilonem ponitur. Ad denotandum q̄ deꝰ nullum habet tamebarum quin in mundo isto aquiloni. i. mūdi frigoribus ⁊ tribulationibus exponatur. vt sic sua diuine ꝓtectionis dextera protegatur. ⁊ ad eterne ꝓsperitatis dextram assumatur. d. illud pō. Dextera domini fecit virtutem. dextera domini exaltauit me. non moriar ⁊c. Sic ergo patet quomodo visus decipitur ꝓpter speculi appositionem. Sed quid? procerto talis visio facta in speculo non est durabilis. quia vere siquis mediante speculo sue ꝓsperitatis ab aliquo aspicitur diligitur ⁊ videtur. sua visio facialiter obliuioni tradetur. quia deficiente ꝓsperitatis speculo. nunq̄ amplius de eo recordat. Etiam si bō ipsum se mediante tali speculo respiciat. ita q̄ oculum considerationis sue primo ad speculum in quo relucet. i. ad mundū diuitias quas obtinet principaliter conuertat. statim iudicādo de seipso decipitur. ⁊ sibipi alius q̄ sit esse videtur. Et sicut supra dictum est de seipso dextrum sinistrum et sinistrum dextrū. i. bonum malum. ⁊ malum bonum a suo decepto oculo estimabit. Unde tales dicere possunt illud. j. Cor. xiij. Videmus nūc ꝓ speculū in enigmate. nude ergo ⁊ nō cū speculo ⁊ nos aut alios videamus. ⁊ nō ad fortunā sed ad naturā. nō ad ꝓsperitatem. sed ad ꝓsone sufficientiam. ꝓncipaliter intēdamus. q: als sicut dī Jere. j. Hic cōparabit viro cōsiderāti vultum ⁊c. Fallitur ergo visus per speculi appositionem. Sexto dico q̄ visus fallitur ꝓ radiorum reflexionē. Visio em̄ que fit per radios fractos vel reflexos nunq̄ est certa sicut visio nuda ⁊ directa. ⁊ inde est q̄ in quantitate rei vise in speculo vel in aqua nūq̄ vere iudicatur. Sic vere charissimi quando visus recti iudicij per aliquod delectabile frangitur. tunc veritas cognitionis impeditur. Et inde est q̄ quando auaricia. inuidia vel luxuria ꝛnmiscetur. nunq̄ de re veraciter iudicat. Et istud patet de doctoribus qui quando vident peccatū directe scz quando predicant vel disputant. tunc quantitatē veritatem optime monstrat. si vero veniat tentatio que radios veri iudicij frangat. tunc proculdubio male iudicat. inq̄tum ad illud quod condemnauerunt se inclinat Ire. xxxij. ꝓphete eius non inuenerunt visionē a dño. De inuidis q̄d dicemus in quib⁹ inuidia ita visum recti iudicij frangit ⁊ cecat. q̄ de homine q̄q̄ ꝓpinquo nihil boni existimant. Sicut. n. dī Gen. xxxvij. Videtes fratres Joseph venientē dixerunt. Ecce ⁊c. Dicunt em̄ inuidi istud Sap. ij. Grauis est nobis etiam aduidendū. Sed quid de auaricia iudicabimus. Ista em̄ dominat in omni terra egypti. s. que oculos sapientium ⁊ verum iudicium contemplatiūm ⁊ iudicatiuum peruertit: ⁊ omnem veri cognitionem confundit. Istud patet de munerum acceptoribus: qui a veritate iudicij excecantur. Isti enim sunt sicut vrsus qui videndo peluem candentem excecatur: quia scz dum istis muneribus ⁊ vasa vbi ardor auaricie est inclusus offeruntur. ipsi a vero iudicio excecant. Unde Dan. xiij. Auertūt oculos suos ne videāt celū ⁊ ne reminiscant iudiciorum iustorum. Quia breuiter apud istos nihil fit sine muneribus. sed cū muneribus quicūq̄d volunt. Un de malis iudicibus ⁊ eoz curijs ⁊ familiaribus pulcre loquit versificator q̄ dicit. Audito numma

quasi viso principe summo. Soluunt value nihil auditur nisi salue. Patet ergo q visio deludit p radij reflexionem.

Septimo dico q visus deludit ꝓpter diuersi situs variationē. Probatū est in dicta scētia sicut ponit dictus actor de oculo. Oz oculus existens in medio raro. vtpote in aere videt illud qđ est in medio grosso sicut est aqua esse maius ḡ sit in rei veritate: z ecōuerso qui est in aere grosso videt illud quod est in medio raro esse minus. Charissimi medū rarum z tenue significat pauptatem. medium vo grossum z pingue. signat talium facultatem. Pauperū ergo z diuitum visus z discretio taliter deludit: q illi qui sunt in raro pauptatis. diuites qui sunt in grosso medio terrene facultatis magnos existimāt. diuites vo paupes quos in raro vident paruos z minimos esse putāt. Unde breuiter ipi pauperes videndo magnos status diuitū dicūt illud Nume. xiij. Filios enachym vidim⁹ ibi quibus compati quasi locuste videbamur. Diuites vo de paupibus quos contemnūt dicunt illud Esa. liij. Vidimus eum z nō erat aspectus: virum dolor z scientem infirmitatem. Contra quos dominus dicit Matb. xviij. Videte ne cōtemnatis vnū ex istis ꝛc. Angeli eoz semp vident faciem patris ꝛc. Deludit ergo visus p medij variationem. Octauo dico q visus deludit ꝓpter directam appropinquationē. Videm⁹ enī q stella vel luna videtur maior: quando a nobis est remota. s. in oriente: ḡ quādo est in puncto meridionali. vbi constat q est magis ꝓpe nos. Et ideo talis ꝑcul dubio delusio inuenit quotidie in nobis: quia ꝑcerto illi qui sunt alicuantulum a nobis remoti: z minus familiares nobis vident nobis maiores z meliores. Illi vo quotidiani familiares z ꝓpinqui q̄ uis pre ceteris sint excellentes dicuntur respectu alioz esse parui. Teste enī Ouidio. Obsequium gratiam z familiaritas cōtemptum parit. Istud etiam ad mortuos applicatur: quia constat q ḡ diu aliquis viuit: z est ꝓpe nos. sua quātitas. suus bonor. valor z bonitas non videtur: quando vo moritz a nobis elongat tunc quantū erat vtilis cognoscit: z eius sufficientia melius declaratur. Istud insuper apparet de officialibus et alijs maioribus qui dum sunt presentes parui z mali reputant. si vo recesserint z a nobis remoti fuerint: tunc alijs exterioribus succedentibus ipsi meliores esse probant. Iniquitas enī succedentium auget famam precedentiū. Unde Ezech. xvj. hierusalem nequissime ciuitati dicit. Tu aūt iustificasti sorores tuas sceleraci⁹ agens ab eis. Illa ergo que sunt remota melius videntur: quia etiam cecutiens melius videt ali quantulum a remotis. sicut de Hely dicit. j. Reg. iij. Oz nō poterat videre lucernaz domini donec extingueret. Sic ergo patet charissimi q visus recti iudicij octo causis vel casibus deludit: ita q vnum aliud creditur vel videtur. z sic visio vana z falsa perficitur z causatur. Unde de talibus sic videntibus dicit Osee. x. Loquimini verba visionis inutilis. De quo tamē iudicio visionis dauid se absolui rogabat. d. in ps. Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

De videri ꝓfusionis: quo. s. reproboz opera prava que modo absconditā sunt in die iudicij videbunt. possum dicere q lapis qui dicit crisopraſſus meli⁹ videt de nocte ḡ de die. quia sient dicit Dyascorides. istum lux celat z ꝑdit obscuritas. Sic vicia talium que in die presentis vite celantur. in nocte futuri iudicij videbunt: quia nihil opertuz quod non reuelet. z nihil absconditū quod nō sciet in die iudicij. Unde dominus loquens anime peccatrici dicit sic Ezech. xvj. Nudabo ignominiam tuam coram eis. z videbunt omnē turpitudinē tuam: z iudicabo te iudicio adultere rozum. Nota q luxuriosi. ꝓsumptuosi inuidiosi gulosi z curiosi volunt videre. Luxuriosi. Contra illud Matb. v. Qui viderit mulierē ꝛc. Sed de visu z aspectu mulierū vide supra vbi agit de oculo luxurioso. Item ꝓsumptuosi qui volunt videre z inquirere. de diuinis secretis. Cōtra quos Nume. iiij. Alij nulla curiositate videāt que sunt in sanctuario. tales enī per talem visum incidunt in errorem Figurati in viris bethsames: qui quia viderūt archam nudam. mortui sunt. quia sicut dicit domin⁹ Ero. xxxiij. Nō enī videbit me homo z viuet. Et ideo ipse dicit Moysi ibi videm. Posteriora mea videbis: faciem aūt meam non videbis. Quia preceptum est simplicibus ne faciez dei id est sublimia diuinitatis videāt aut scrutent: z q in dorso eius id est in superficialibus z magis grossis studeant z meditentur. deum enī nemo vidit vnq̄. sicut dicit Johan. j. Quia sicut dicit. j. Thy. vj. Ipse est qui lucem habitat inaccessibilem quem nemo hominū vidit: sed nec videre potest supple pro tempore vite presentis nude z intime. Alis tamen in vita futura ibi eum videbimus sicuti est. j. Joh. iij. Item vident inuidiosi. de quo in Ps. Peccator videbit z irascet dentibus suis fremet z tabescet ꝛc. Itē male vident gulosi z curiosi. Unde Gen. iij. dicit. q mulier vidit lignum ꝛc. Videri vo loquendo passiue accipit in bono z in malo. In bono: quia sez malus debet velle videri vt corrigat. bonus vo vt eius exemplo alius melioz efficiatur. Dico malus vt castigetur. Infirmus enī bene vult vt medicus euz videat: z vt eius consulat sanitati. Sic z peccator debet velle q peccata eius sacerdos in cōfessione videat. Prelatus vo in visitatione videat: z vt salutis remedium interponat. Unde talis debet dicere correctori vel confessori illud Tren. j. Vide domine z considera q̄a facta sum vilis. Item bonus vt p eum alius informet. Exēplo boni magistri q̄ bene vult q discipulus videat opa sua et addiscat. Et sic dicit Matb. v. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹ vt videant opa bona ꝛc. Sed verum illud videri passiuum accipitur in malo. z sic refert ad vanigloriosos hypocritas z curiosos q̄ volunt videri ab hominibus. z vt laudent ab hominib⁹ intueri Matb. vj. Faciūt opera sua vt videant ab hominib⁹. Similes symie que gloriatur quando homines vident catulos suos. Similes etiaz pauoni qui gloriari dicit quando cauda z rota sua ab hominibus inspicitur z videt. Sic vere hypocrite qui habēt pulcram cōuersationem. z mulieres z iuuenes que habēt pulcram iuuentutē. bene vo pati z induti qui habent pulcrum ornatum z dispositionē ab hominibus videri cupiunt: z ideo quicquid habent pulcrum vt videat ostendūt si non haberent nisi truncum. valde bene ostendunt. Patet in istis armigeris tam in vestibus ḡ in alijs dicentes illud Sapien. viij. In multitudine videboz bonus z in bello fortis. Contra illud Matb. vj. Attendite ne iusticiā vestram faci. Sed de tali videri vide supra de apparere. z in titulis consimilibus. Ista igitur de videre sufficiunt. Vide de Aspicere. Apparere. Ostendere z similibus titulis. Et sic sufficit.

Videte quō caute ambulet

tis Epheſ. v. In lumine tuo videbimus ps. Quia p̄clarissimi ad visionem corporalem non solum est necessaria obiecti presentatio. nec solum necessaria est organi dispositio. quinimmo necessaria est luminis influitio. Hinc est q nos qui ſm thematis nostri contitentiam de visu morali locuturi sumus non solum indigemus obiecto materiarū nobis presentato. organo potētiarū bene dispoſito. quinimmo sup oīa indigemus lumine diuine gratie. nobis sursum a parte luminū derivato. Et hoc videt dicere verbum superius secundo dictum. In lumine tuo videbimus lumē Ac si dicat q sine lumine diuine gratie nihil vtiliter videre vel cognoscere possim⁹. Istud est enī lumē qđ nō solū illuminat cognitionē. quinimmo mouet z informat rectā z debitam locutionē: ideo indigemus lumine diuine gratie. vt vtiliter videre vel cognoscere possimus. Quia ꝓcerto clarissimi nec predicator bene videt seu loquitur. nec auditor bene retinet sine hoc lumine. Quod probari potest

Naturaliter. Naturaliter enī istud patz in istis aui
Figuraliter. culis. que aduenient solis lumine so-
Exemplariter. lent dulcius z letius resonare: z voces
Scripturaliter. suas altius exaltare: z creatorem suuz modulo suo attentius collaudare. Figuraliter istud patet in apostolis. qui tunc varijs linguis dei magnalia locuti fuerunt quādo lumē celeste. scz spūs sanctū in forma luminosa ignea receperunt. Exemplariter istud probo: z hoc quidem per exemplum satis mirabile. Legit enī q alexander postq̄ yndias pagrasset z ad terminos liberi patris et ad berculis colūnas attigisset inuenit in deserto duas arboreſ soli z lune dedicatas: z ipsis specialiter a gentilibus consecratas. que quidem arbores certis temporib⁹ loquebant.

ꝛ de oīb⁹ quesitis resp̄sa certissima querētibus fatebā-
tur. Erat eīm erro: generaliū q̄ sol ꝛ luna in bis arboꝛib⁹ effa
bant: veruntamē sic erat q̄ iste non loquebant: nec resp̄ō-
debant. nisi quādo lumē ab istis suis numinib⁹ recipiebāt.
vnde sic fiebat q̄ in mane quādo solares radij tangebāt ar
boꝛem solis. ipia arbo: querentibus respondebat. In sero
vo arboꝛ lune querētibus loquebaꝫ: quādo lux lunaris su
per eum influebat. ¶Reuera charissimi sic est q̄ p̄dicatoꝛes
possunt dici aues. possunt dici apostoli. possunt dici arbo-
res. Aues sunt q: debent volare celestia cōtemplando p̄.
Volauit super pennas ventoꝛ. Apostoli sunt ꝛ nunci. q̄a
debent fidei ꝛ moꝛum mysteria nunciare auditoꝛibus pre-
dicando Esaie. lxvj. ¶Nunciabunt gentibus fortitudinem
meam. Arboꝛes sunt: quia debent fructificare bona opera
faciendo et etiam fructū doctrine. pferre alios erudiendo
Dañ. iij. Ecce arboꝛ in medio terre ꝛ fructus eius nimius
Et specialiter isti debent esse arboꝛes solis ꝛ lune: quia. s. so
li iusticie christo: ꝛ lune perfecte meternū. i. virgini glorioſe
debent esse dati ꝛ dedicati p deuotionē ꝛ confessionē alsdeꝛ
penitus consecrati. Ita q̄ de istis potest dici illud Esa. lx.
Non occidet vltra sol tuus ꝛ luna non minuet. Isti etiaꝫ
sunt arboꝛes que habent loqui omnimodā sanctitatem: ꝛ
de secretis fidei respondere querētibus veritatem Ecci. v.
Si tibi est intellectus resp̄de proximo. Et in p̄. Magni-
ficentiā glorie tue loquent̄ ꝛ mirabilia tua narrabūt. Sed
quia procerto isti nunq̄ possunt nec bene loqui. nec bene
dicere. nec bonū responsum alijs facere. nisi celestis lumis
id est diuine gratie radijs tangant̄. ꝛ nisi solis ꝛ lune. i. xp̄i
ꝛ Marie lumie seu gratie pfundant̄. Teste beato Grego.
Inuanū laborat lingua predicatoris nisi intus fuerit gra-
tia saluatoris. Et hoc etiam ꝓbatur quarto scripturaliter.
quia Mar. vij. de illo muto ꝛ surdo dicit̄. q̄ ei xp̄s ipsum
sputo tetigisset. solutū esse vinculū lingue eius ꝛ loquebaꝫ
recte. Christus eīm interpretat vnctus: ꝛ significat celestē
vnctionem: que sc̄z mutos. i. p̄dicatoꝛes insciōs. ꝛ surdos
i. tepidos auditoꝛes facit discere loqui ꝛ predicare ꝛ atten-
te intendere ꝛ audire. Et sequit̄. Bene omnia fecit. i. surdos
diuina gratia fecit audire ꝛ mutos loqui. Igitur charissi-
mi pro isto lumine celesti impetrando ad ista duo numina
solem ꝛ lunā. i. xp̄m ꝛ mariā si placet recurramus: ꝛ ipam
mendax. Item sunt ibi viri invidi et odiosi. de quib⁹ Pro
uer. xix. Viri sanguinū oderunt simplicem. Itē ibi sunt vi
ri ignari et tenebrosi. de quib⁹ ps. Vir insipiēs non cogno
cet ꝛc. Item sunt ibi auari et ambicioſi. de quib⁹ Prouer.
xxix. Rex iustus erigit terram suā et vir auar⁹ destruet eā
Itē ibi sunt carnales et luxurioſi. de quib⁹ Leuit. xx. Vir
qui patit fluxum seminis immūdus erit. Item sunt ibi vi
ri crudeles et pniciosi. de quib⁹ Esa. ix. Vir fratri suo non
parcet. Isti em sunt mali viri de quib⁹ erat copia tāma-
gna. quia scz mali viri bodie supabundauerunt viri vero
boni perierūt. Juxta illud Esa. lvij. Viri misericordie col
liguntur et non est qui recogitet. Isti em viri nō dicunt a vir
tute. sed a virulētia. quia isti nō sunt viri id ē vigorosi. vel
virtuosi. immo viri id ē virulenti et venenosi de quib⁹? So
pbo. j. Visitabo sup viros defixos in fecibus suis. Et So
pbo. iij. Prophete tui vesani viri infideles. Ista ergo de vi
ris tam bonis q̄ malis sufficiant. quia in alijs locis pluri-
bus ē tractatuz. Vide ergo plures auctoritates diuisas et
prosecutas.

Virga. Nota q virga 3m suas ꝓprietates pōt va
riari et multa designare. Unde breuiter no
tare possum q in scriptura inuenio virgam scilicet

Gloriosam et admirabilem.	Prima est virga imperi
Speciosam et amicabilem.	alis dñationis. et sic est
Virtuosam et venerabilem.	virga dei benedictus fili
Rigorosam ꝛ formidabilem.	us de quo ps. Virgā vir
Amorosam et cōmendabilē.	tutis tue emittet dñs ex
Furiosam et detestabilem.	syon ꝛc. iſ ē ipsam de pa

radio emisit ⁊ in medio peccatoꝝ ⁊ inimicoꝝ suoꝝ dñari pituit ⁊ p̄fecat. Pastor eñ mediāte virga regit oues. sic pater mediante filio regit mundū. ⁊ ideo iste est v̄ga moysi cū q̄ signa mirabilia fecit cor̄ pharaone. que aquas egypti in sanguinē mutauit. ⁊ que in draconē mutata virgas magoꝝ deuorauit. sicut dicit Exod. iiij. ⁊ deinceps. Quia vere charissimi moyses dicit deus pater q̄ per virgam suam deum filium hic coram humano genere fecit multa signa ⁊ mirabilia. que per beatam incarnationem in draconem. i. in carnem seu boiem se mutauit ⁊ cōuertit. virgas magoꝝ. i. potestatem regnoꝝ ⁊ demonū destruxit ⁊ deuorauit. in q̄rum sc̄z sc̄am ecclesiam instituit ⁊ errores gentilium eneruauit. Et ideo ista est virga ferrea de qua dicit in p̄s. Reges eos in virga ferrea ⁊c. Quod potissime fiet in iudicio. quādo cum ista virga canes. i. peccatores ꝓcutientur. ⁊ extra domum ecclesie in infernum expellent. Exodi. viij. Extende virgam tuam. ⁊ percute puluerē terre. Virga eñ in p̄ncipio de sui natura est flexibilis tenera ⁊ mollis. in fine v̄o fit sc̄z dura grossa difficilis atq; rudis. Quia nunc x̄p̄s est dulcis: tener flexibilis ⁊ benignus. In fine tñ sc̄z in iudicio fiet durus. percutiens ⁊ seuerus. Et ideo nunc potest figurari in virga assueri aurea que in signum dementie ad bester fuit extenta. tunc v̄o figurabit in virga ferrea que ad percutiendum impios est extenta Apoca. xij. Recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Ista est virga imperialis dñationis. Sc̄do dico q̄ est virga virginalis ꝓpagationis. Virgo eñ beata dicit virga eo q̄ sine corruptione flos diuinitatis ⁊ fructus humanitatis de ea ꝓpagat. vnde Esa. xj. Egredietur virga de radice yesse ⁊c. Virga eñ flexibilis est ⁊ tenera. ⁊ quanto in arbore est altior. tanto est minor: gracilior et flexibilior. Sic ista dulcis est: flexibilis ⁊ pia. ⁊ ad preces nostras est inclinabilis ⁊ ꝓmpta. ⁊ quāto fuerit altior p̄ sanctitatem ⁊ generis dignitatem. tanto fuit gracilior p̄ humilitatem et tenerior per mellifluam pietatem. Et ideo ista fuit figurata in virga aaron que sicca floruit Nume. xvij. Inuenit germinasse virgam aaron in domo leui. ⁊ gēmis turgentibus erupant flores. Ista est virga virginalis generationis.

Tercio dico q̄ est virga virtualis sustentationis. ⁊ ista virga ē crux x̄pi. q̄ crux est illa virga qua canis inferni cū suis temptationibus depellitur ⁊ superat per quā regnū ecclesie regitur ⁊ spūaliter gubernatur cui debilis peccator per spem ⁊ fiduciam innitit. cum qua nobis p̄mia eterna mensurant. ⁊ per quā paupes simplices ⁊ innocētes. ne fiant viri pestilētes corrigunt. Dico q̄ crux est v̄ga sc̄z

Defensionis. Est dico virga qua tuemur ⁊ defendimur. q̄ sc̄z pueri cum virga se defendūt sc̄z a canibus. Sic cum v̄ga crucis. i. cum memoria passionis de fendimur ab hostib⁹ ⁊ peccat. Ista eñ virgam timet canis dyabolus scient q̄ alias per eā in x̄pi passione fuit victus Esa. xxx. Pauebit assur virga per cussus. Item est virga qua regimur et dirigimur. Sicut eñ pastor cum virga regit ⁊ dirigit gregem suum. sic x̄p̄s mediante virga crucis sue ⁊ memoria passionis gregē deuotum gubernat ⁊ regit. ⁊ in viam salutis dirigit ⁊ deducit. p̄s. Virga directionis virga regni tui. quia crux est sceptrum ⁊ virga regni x̄pi. Item ista est virga per quam sustentamur ⁊ erigimur. quia sicut debiles ⁊ infantes ⁊ infirmi vtuntur virgis ⁊ baculis ad sui innitionem ⁊ sustentationem. sic ⁊ nos qui infirmi ⁊ debiles sumus. virge ⁊ baculo crucis inniti debemus per spem ⁊ fiduciam hic ne cadamus. vt sic dicamus cum p̄s. Virga tua ⁊ baculus tu⁹ ipa me ꝓsolata sunt. Item ista est virga qua mensurant nra merita. Sicut eñ virge solent rerum mēsure accipi. ⁊ fm cuius quantitatē aliarum rerum quātitas mensurat. Sic vere fm quātitatem virge crucis sc̄z fm quātitatem deuotionis quā habemus ad crucē merita nra mēsurant. q̄b⁹ postea adequant p̄mia. vñ Zach. xij. Assumpsi duas virgas. vnā vocaui decorē. alterā v̄o funiculū. p̄s. Diuisit eis terram in funiculo distributionis. Due eñ virge sunt sc̄z duo brachia sancte crucis. que sunt decor ecclesie ⁊ funiculus. i. mensura etiam celestium p̄mioꝝ. ⁊ pena infernaliū tormentoꝝ. Sic ergo patet q̄ est virga virtualis sustentationis. Quarto dico q̄ est virga iudicialis iurisditionis. Virga eñ quā portant reges ꝓlides ⁊ pastores significant iudiciariam ptātem. q̄ in malis est impia ⁊ puersa. q̄ sc̄z cum ipsa ledunt impie subditos ⁊ affligunt. ⁊ p eas nudos paupes ⁊ nō indutos diuites dure ledunt. Ista ei est illa virga quā x̄p̄s discipulis suis imbibit. ne portarēt dicēs illud Matth. x. Nolite possidere aurum nec v̄gam nec peram. Nam tales mali iudices ⁊ eoꝝ male iurisditiones nihil aliud sunt q̄z q̄dam v̄ge dñi ad disciplinandus pueros dñi. i. paupes simplices ⁊ innocētes. ne forte fiant viri pestilētes. Deus eñ vtit malis sicut v̄gis suis ad alios affligendū Esa. x. Ue assur. virga furoris mei ipe ē. Ue runtamē vnum sciant tales q̄ postq̄ bō virga vsus fuerit ⁊ ipsa alios flagellauerit. in ignem aliq̄n eam proiicit. vel ipam destruit atq; frangit. Sic vere deus postq̄ tales virgas. i. tales iniquos iudices florere diu pmisit. Juxta illud Ezech. vij. Floruit virga: germinauit superbia. ⁊ eoꝝ ministerio ad alios tribulandū ⁊ affligendum vsus fuerit Juxta p̄s. Uisitabo in virga iniq̄tates eoꝝ. ipsos tñ solet finaliter. q̄nq; tpaliter destruere ⁊ ad miseriam deducere ⁊ frāgere Hiere. xlviij. Eñ ꝓfracta est virgo fortis: baculus gloriosus. ⁊ in igne ppetuo ꝓcremare ⁊ eos penitus eneruare Esa. xvij. Comminuta est virga percussoris tui Quia sicut dicit dñs in p̄s. Non relinquet dñs finaliter virgam peccatoꝝ sup sortem iustoꝝ. Et si tu q̄ris si de⁹ talibus virgis vtit. q̄re ex hoc puniunt. securis eñ puniri non dz immo manus? Ad hoc rñdet: q̄ dato q̄ isti sunt instrm diuine iusticie. ex hoc tñ sua malicia non minuit. nec etiā excusatur. q: sc̄z mala q̄ faciunt. ex sua culpa ꝓueniunt. ⁊ a suo libero arbitrio fiunt. Deus eñ malis eoꝝ voluntatibus punitiones aliorum p occulta sua iudicia applicat. et per ipos q̄uis ignaros executionē suoꝝ iudiciorum ordinat. Latro eñ in silua insidiās vt primo transeuntē spoliet ⁊ occidat nō minus punit. si deus volēs aliquē occidi ⁊ spoliari ipm in manibus eius tradat. ⁊ sic per illā viam occultā iusticiam dispensat. q̄uis ergo ista duo occurrāt sil. latronē tñ nō excusant. De istis habem⁹ exemplū in nabuchodonosor rege babylonis ⁊ sedechia rege iuda. De⁹ eñ volēs captiuare sedechiam ⁊ pplm birim ꝓpter eoꝝ ydolatrias ⁊ petā. sicut etiam añ p̄dixerat p̄ p̄s. Sup flumina babylonis ⁊c. vsus fuit supbia ⁊ crudelitate nabuchodonosor q̄ predictum sedechiam captiuauit ⁊ excecauit. Dictus eñ nabuchodo. erat pessimus ⁊ dei inimicus qui ad dei occultam iusticiam nō attēdebat. nec ibi a deo aliq̄d fieri sciebat. immo ꝓ eo q̄ dictus sedechias pactum ⁊ iuramentum sibi fregerat. ⁊ ab eius obedientia recesserat. ipm psonaliter impugnabat. Concurrebat ergo simul dei iusticia sedechiam de ydolatria puniens ⁊ nabuchodo. seuicia impietatē suam exercēs. Et Hiere. xxv. ⁊ alijs locis pluribus deus nabucho. seruū suū vocat. ꝓ eo q̄ ipe fuit virga furoris dñi in filios pestilētes. Eñ etiā cyro regi dicit dñs Esa. x. Ue assur. virga furoris mei ⁊ baculus ipse est i manu eius indignatio mea. Sequit. ipse aūt nō sic arbitrabitur. ⁊ cor eius nō ita estimabit. sed ad ꝓterendum erit cor eius ⁊ ad interfectionē gentiū nō paucarū. q. d. isti nō credunt se esse instrm diuine iusticie. immo ꝓuio corde ad iniquitatē mouent. quapropter a deo nō minus puniuntur. q: sibi nō deo imputāt ⁊ attribuūt facta sua. ⁊ quasi de ꝓprijs viribus gloriant. Eñ sequit ibidē. Munquid gloriabit securis ꝓtra illum qui secat ⁊c. Patet ergo q̄ est virga mundialis iurisditionis seu tpalis afflictionis. Quinto dico q̄ est virga pastoralis castigationis. Et sic dico q̄ ꝓ virgam intelligitur bonus ꝓlatus vel etiam iusta ⁊ charitatiua correctio sc̄z ꝓlatoꝝ. Ista eñ est virga qua

Pastores vtunt oues reducendo.
Rectores vtunt plebi presidendo.
Magistri vtunt pueros docendo.
Genitores vtunt filios castigando.
Ministri vtunt vestes expoliando.
Balliui vtunt alijs imperando.
Magi vtunt serpentes incantando.
Mensores vtunt sortes assignando.
Mercatores vtunt pannos mēsurando.

Quia charissimi ꝓlati ⁊ superiores q̄ sūt ꝑdictorum balliui. magi. ministri magri ⁊c. sunt correctionis virga siue iurisditionis. corrigalis afflictionis ⁊ pu-

nitionis scz oues simplices ⁊ errãtes sicut pastor in viam veritatis reducẽdo ⁊ dirigẽdo. pñ. Virga directionis ⁊ga regni tui. Item plebi scz subditoꝝ impando. ⁊ sicut impator maiestatẽ suam eis ostendẽdo. In cuius signũ reges virgã. i. sceptrũ portãt in manu. ad designandũ q̃ isti sunt q̃ habẽt alios ad regendum. i. virga iurisditionis regere ⁊ ⁊ga correctionis castigare Hester. v. Virgam aurea tenebat in manu. Item pueros. i. ignorantes carnales. sicut magister instruẽdo ⁊ doctor erudiendo Prouer. xxij. Stulticia colligata est in corde pueri. ⁊ ⁊ga discipline fugabit eã Item filios ⁊ subditos sicut pater castigando ⁊ corrigendo Vñ Prouer. xiij. Qui parcit virge odit filiũ. Item vestes cõuersationis subditoꝝ per discussionem visitationis a pulvere excutiendo ⁊ maculis peccatoꝝ eos emundãdo ⁊ deputando Exodi. viij. Extende ⁊gam ⁊ pcute pulueré. Item mandata superioris sui dei sicut balliui alijs scz denũciãdo ⁊ ꝓcipiendo. j. Cor. iij. In virga veniã ad vos. Item serpẽtes. i. peccatores incantãdo ⁊ sicut bonus magus domesticando ⁊ cõuertendo Exodi. vij. Proiecerũt magi singuli ⁊gas suas. Ista est ⁊ga somnifera cum qua mercurius somniavit argum. Item sortes bñficiorum ⁊ officiorum alijs sicut mensor assignando. qz mediante virga iudiciarie ptãtis ꝑlati debent mensurare ⁊ assignare gradum suum cuilibet Miere. x. Israel virga hereditatis eius. Item pãnos. i. peccata quos eis vendũt inq̃tum ipos exinde puniũt virga correctionis mẽsurando. qz virga dz adequari pãno. i. correctio ⁊ pena pctõ. qz sicut dr̃ Deut̃. xxv. Juxta mensuram culpe debet esse plagarum modus. Vñ de tali virga taliter peccatis adequata ⁊ mensurata. pñ. Visitabo i virga iniq̃tates eorum. Prelatus eñ dz subditos visitare et virga correctionis iniq̃tates ⁊ delicta mẽsurare. Et breuiter charissimi sicut pastor sine ⁊ga non põt gregem regere sic ꝑlat⁹ sine ⁊ga aspere correctionis nõ possit bodie subditos gubernare. Exemplo moysi q̃ sine ⁊ga nõ legitur signa fecisse nec pplm israeliticum direxisse. Unde de subdito potest dici illud Eccl̃i. xxxiij. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus asino. Ubi aduerte q̃ ꝑlatus debet asinum suum id est

Subditum recreare.	cibaria.
Subditum castigare.	virga.
Subditum occupare.	onus.

Correctio eñ est illavirga. de qua dicitur Prouer. xxix. Virga atz correctio tribuit sapiam. Ubi etiam oñditur q̃ virga correctionis est Virtutum ꝓductiua. virga. Criminum punitiua. correctio. Cordiũ directiua tribuit sapiam. Ista eñ ⁊ga

Virtutes ꝓducit.	Dico ergo q̃ ista ⁊ga virtutes ꝓ
Crimina educit.	ducit. cum dicit: virga. Quia sicut
Sapiam inducit.	a virga oriunt̃ ramunculi cum floribus ⁊ fructib⁹ ⁊ foliis. Sic ex correctione oriunt̃ multe ⁊tutes cũ bonis verbis affectionib⁹ ⁊ opibus. ⁊ de ista oritur in futurum
Opus pfectionis.	Dico q̃ ista virga ꝓducit in nobis opus pfectionis. Vñ Beñ.
Cibus deuotionis.	xxx. dicit. Oues iacob solo aspectu virgarũ ꝓducebãt fetus diuersoꝝ colorũ. Exemplo boni
Aqua cõpunctionis.	
Lumen discretionis.	

equi q̃ solum aspectu ⁊ge citius currit. Item cibum deuotionis. De virga eñ nascit̃ fructus dulcis. sic si q̃s ⁊ga correctionis percutiat̃. citius ad fructũ deuotionis allicitur. et sic dicit̃ Deb. ix. Qr in archa cum virga erant tabule ⁊ mãna. Ad denotandum q̃ manna gratie ⁊ deuotionis. ⁊gam correctionis comitatur. ⁊ q̃ illi q̃ acriter corriguñt̃. finaliter cibo deuotionis ⁊ gratie satiañt̃ Eccl̃. xxxiij. Cibaria et virga ⁊ onus asino. Et Michee. vij. Pasce pplm tuum in virga tua. Item aquam cõpunctionis. Quia scz bõ quando corrigit̃ ad cõpunctionis lachrymã inuitat̃. Unde de Moyse dicit̃ Exodi. xvij. ⁊ Nume. xx. Qr ipse pcussit virga bis silicẽ ⁊ eru. a. la. Et ꝓcerto si bõ q̃is sit durus ⁊ lapideus. bis. i. pluries a deo vel prelato percutiat̃. vir aut nunq̃ erit quin aqua cõpunctionis finaliter abundet. Item lumen discretionis. Quia scz homo ⁊ga correctionis docetur. ⁊ qui verbis non põt verberibus erudit̃. Quod bene figurat̃. j. Reg. xiiij. vbi extremitas virge in melle ponitur ⁊ comeditur. ⁊ oculi ionathe illuminant̃. Quia ꝓcerto si ionathas. i. subditus de melle ꝓsolationis cui adiuncta fit virga aspere correctionis gustauerit. statim intellectus sui oculus clarus erit. Pñ. Virga tua ⁊ baculus tuus: ipa me consolata sunt. Patet tamẽ q̃ aqua correctionis ⁊tutes solet ꝓducere. virga. Deinde dico q̃ ista virga crimina solet educere. correctio inquit Eccl̃s. vij. Per tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis. Virga eñ vipera vel tyrus verberatur ⁊ ab ipsis venenum aufertur. ⁊ exinde tyriaca fit. Sic vere peccatoꝝ ⁊ga correctionis affligit̃. vt venenu vitioꝝ fluẽte. ipe tyriaca. i. sanctus ⁊ bonus efficiat̃. vñ Leuitici. xxvij. dr̃. Qr decima pars ouis ⁊ bouis ⁊ capre que sub pastoris ⁊ga scz trãseunt sanctificabit̃. Et ideo prelatus ⁊gã correctionis debet in manu habere. qz illa est qua

Carnales debet supare.	Est ergo virga correctionis
Solide debet impare.	carnaliũ macerativa. quia
Rigide debet fulminare.	ꝑlatus cũ ista virga dz car-
Prouide debet liberare.	nales aliquotiens tangere.

ne per lasciuiã insolescant. vñ Judicũ. vj. Extendit angelus summitatẽ virge ⁊ tetigit carnes. Item ista debet esse. s. crudeliũ impugnativa. Nullus eñ dz esse ita terribilis tyrannus quin debeat ꝑlatus eum aggredi cum hac virga. Exemplo banaie. de quo dicit̃ q̃ cum ⁊ga descendit ad gygantẽ egyptium ⁊ abstulit ei hastam ⁊ interfecit eũ. j. Paralip. xj. Item debet esse solide impatiua. Vñ de bonis iudicibus ⁊ iurisditionib⁹ dr̃ Ezech. xix Qr facte sunt ex eis solide virge in sceptra dominantiũ. Item dz esse rigide fulminativa ⁊ cõminativa. Quia correctio dz habere verba et verbera. Vñ Exo. ix. Extendit moyses virgã ⁊ facta sunt tonitrua magna ⁊ grando ⁊ discurrẽtia fulmina. Item ista debet esse ꝓuide liberativa. q̃ per correctionẽ bõ de pena saluat̃. Vñ de puero ipsi ꝑlato vel patri dr̃ Prouer. xxiij Noli de puero subtrahere disciplinã. si eñ percusseris eum cũ virga nõ morietur tu virga percutis eum ⁊ aiam eius liberas de inferno. Sic ergo ptz q̃ ista virga crimina educit. qz correctio inquit. Deniq̃ dico q̃ ista ꝓudentiã solet inducere. qđ ostendit̃ cum dicit̃: tribuit sapiam. qz virga dr̃ esse mater discipline. sicut eñ dr̃ Esa. xxviij. Afflictio alias veratio dat intellectũ. Vñ de virga dicit̃ Prouer. xxij. q̃ stulticia colligata est in corde pueri ⁊ virga discipline fugabit eam sapiam inquit Prouer. xix. Suscipe disciplinã vt sis sapiẽs. Et sicut ꝓmittit̃ visum est quid sit virga pastoralis castigationis. Sexto mõ dico q̃ est ⁊ga eternalis indignationis. ⁊ ista est virga seueritatis diuine iusticie qua finaliter flagellabit dãnatos. de qua q̃libet damnatus põt dicere illud Treñ. iij. Ego vir videꝫ paupertatem meã in virga indignationis eius. Sic ergo ptz quõ virga sumit̃ multis modis.

Virgo. virginitas. Nota q̃ virginitas põt accipi in bono ⁊ in malo. In bono eñ significat carnis puritatem ⁊ integritatem. ⁊ sic potest significare quãlibet virginẽ siue monialem siue aliam. ⁊ maxime beatam Mariam. vel quãlibet sanctam. vel quemlibet in anima purum ⁊ mundum Et sic loquit̃. ij. Cor. xj. Despondi vos vni viro ⁊c. Quia ꝑm Aug. in hoc spũalis anime virginitas consistit q̃

Fides sit integra.	In malo aũt designat sterilitatẽ
Spes sit solida.	⁊ fructus bonoꝝ operũ raritatẽ.
Charitas sit sincera.	Et sic virgo põt dici quilibet peccator. vel quelibet mala anima vel ꝑsona q̃ fructũ bonoꝝ operũ non ꝓducit. nec sponso rõ per charitatis copulã se cõiungit. sed in sterilitate ꝑpetua semp ꝑsistit. ⁊ sic accipiunt̃ ille quinq̃ fatue virgines. quarũ lampades inuẽte sunt vacue. ⁊ ideo in nuptijs nõ fuerunt recepte. nec ipsis ianue sunt aperte. sicut dicit̃ Matth. xxv. Quia certo tales virgines dyaboli oleum gre nõ portãt. ⁊ ideo ad sponsi nuptias. nec ad paradisi ianuas vnq̃ intrãt. Et iõ breuit̃ de talib⁹ ⁊ginib⁹ ꝑ q̃s bodie ecclesia deformat̃ dr̃ Treñ. j. Virgines eius squalide. ⁊ sacerdotes eius gemẽtes. ⁊ ipa repleta est amaritudine. De scorpione dicit Pli. q̃ pũgit acrius virgines q̃ corruptas. Quia ꝓcerto tales ⁊gines scorpio dyabolus steriles in inferno finaliter pungit. ipas q̃ destruet ⁊ occidet Ezec. ix. Non parcat oculus vi. nec q̃

miseramini.sene adolescentulū ⁊ virginem et mulieres et parvulos interficite. Dicamus ergo latus de virginitate tam spūali q̄ corpali. Virginitas em̄ est q̄dam mētis ⁊ carnis integritas. Reges em̄ nō solent sibi nubere mulieres corruptas sed p̄electas virgines. Sic vere rex xp̄s vult sibi nubere virgines pulcras ⁊ mundas. ac sanctas et iustas. nō peccatrices fetidas ⁊ corruptas. Et ideo xp̄us ad modū vnicornis in gremio btē Marie requieuit. ⁊ extūc v̄ginitatem amauit ⁊ voluit. Jn cuius signū virginem p̄curforem habuit ⁊ discipulo virgini matrē virginem commendauit. Amore cuius quascunq; alias bonas virgines p̄dilexit. p̄s. Adducent regi virgines post eam ⁊c. Anime igitur nostre mentis integritatem deo seruēt. ⁊ etiam que cunq; bone religiose deo mundas ⁊ v̄gines se conseruent Quia ꝓcerto nulla nisi virgo vel mente vel corpe deo desponsabit. nec in paradiso suis gratis amplexibus p̄fruet Unde Hester. ij. Querunt regi puelle ac virgines speciose. Illi vo qui mente ⁊ carne erunt virgines. in paradiso erunt v̄ginis Marie socij ⁊ consortes Apoca. xiij. Hi sūt q̄ cum mulieribus nō sunt coinquinati ⁊c. Sed quia multa requirunt ad custodiaz v̄ginitatis. tam corpalis q̄ moralis. Hinc est q̄ possumus exponere ad virginum documentum illud Esa. xlvij. Descende. sede in puluere virgo filia babylonis. Jn q̄bus verbis aduerte q̄ sicut liliū per quod v̄ginitas in scriptura ostendit ⁊ denotat sex habet folia quibus granum qō est interius circuit. Sic vere hic ostenditur q̄ virginitas sex habet speciales virtutes q̄bus in suo esse sez perficit ⁊ tenet. Et iste ꝓculdubio sunt

Humilitas subiectionis. descende.
Tranquillitas quietionis. sede.
Asperitas afflictionis. in puluere.
Sterilitas possessionis. virgo.
Nobilitas conditionis. filia.
Timiditas confusionis. babylonis.

Debet ergo ꝓmo babere humilitatē et subiectionē. descende inquit. Quia non dz alte sapere nec de suis viribus p̄sumere. nec p elationē sup alios se efferre. sed potius debet ad sue fragilitatis ꝓsideratione descendere ⁊ v̄ginitate suam deo humiliter cōmendare. Exemplo illius de quo legitur q̄ dño humilitatem ⁊ v̄ginitatem p̄cibus commēdabat. Virginitas em̄ ⁊ castitas ex ꝓprijs viribus non habetur. sed a deo concedit ⁊ donat Sap. viij. Non ero cōtinens nisi deus det. Et ideo necesse est q̄ per humilitatē q̄ratur. vt sic in bonum exponatur illud Treñ. v. Humiliauerunt virgines in ciuitatibus iuda. descende inquit Esaie lv. Descendit ymber ⁊ nix de celo. Nix em̄ p̄sonam candidam ⁊ castam designat. vt de tali descensu humilitatis intelligat illud Amos. v. Virgo isrl̄ ꝓiecta est in terrā. Unde de tali virginitate dicit Aug⁹. de v̄ginitate. Non solum p̄dicanda est virgini humilitas vt amet. immo etiam admonēda est ne infletur. Un̄ Bern̄. sup Missus est de pulcra ymixtione virginitatis ⁊ humilitatis. Deo inquit placet illa anima in qua v̄ginitatem cōmendat humilitas. et in qua humilitatē exornat v̄ginitas. Habeat igit̄ vgo humilitatē ⁊ subiectionē. descende inquit. Si vis applica quō moniales debēt esse humiles ⁊ maioribus subiecte. Secundo habeat trāquillitatē ⁊ quietionē. sede inquit. Quia ad v̄ginem ptinet domi ⁊ in claustro quiescere et sedere. non ad ludibria discurrere vel vagari. Vinum sepe motū in estate corrumpit. si cum ꝓprijs fecibus miscet. si vo q̄escere dimittit in puritate conseruat. Sic vere multe sunt iuuencule que si domi sederent ⁊ quiescerēt in puritate v̄gines remanerent. que tm̄ quādo discurrūt corrumpunt. ⁊ luxurie fecibus admiscent. Exemplum de dyna virgine filia iacob que vadens ⁊ volens videre mulieres regiōis ab emor est corrupta Gen̄. xxxiij. Sede ergo Treñ. ij. Sederunt in terrā ꝓcutierunt senes filie syon. ⁊ cōsperserunt q̄ capita sua cinere filie birlm. Et bn̄ dixit conticuerūt. qz sez rariloquium ⁊ taciturnitas multum iuuāt. Habeat ergo tranquillitatem ⁊ quietē. Tercio dico q̄ habeat asperitatem ⁊ afflictionem. in puluere inquit. qz ipa nō dz i delicijs viuere. § corpus p pniam macerare. Periclitat em̄ castitas in delicijs. charitas in diuitijs. veritas in multiloquio. bonitas in hoc mūdo. ſm Grego. Et ideo ipa in puluere ⁊ cinere. i. in asperitate ⁊ vilitate pnie dz viuere. a carnis delicijs abstinere. ⁊ potissime vilitas ⁊ asperitas habitus. nō ornatus ⁊ curiositas requirit ad hoc q̄ castitas teneatur. Intus em̄ in aia dz ornari ⁊ nō extra. Quia sicut dr in p̄s. Omnis gloria eius abintus. puluere mōr. Puluis em̄ cinis ⁊ saccus erant arma penitentū ⁊ plorantū Joel. j. Plāge quasi vgo accincta sacco. Et Treñ. ij. Virgines irlm accincte sunt cilicijs puluere inquit. vt sic dicatur illud Job. vij. Ecce nunc in puluere dormiā. Habeat ergo asperitatem ⁊ afflictionem. Quarto habeat sterilitatem possessionis. qz necesse est q̄ sit vgo. i. sterilis in q̄tuz ad bona mūdi est ⁊ nō fecunda p diuitias tpales. vir em̄ potest esse dives ⁊ casta ⁊ virgo. Diuitie ad cogitandum in mundanis solent diuidere ⁊ trahere. pauptas ꝓter deū nō habet vbi debeat cogitare. j. Cor. vij. Virgo cogitat q̄ domini sunt. Quinto dico q̄ habeat nobilitatē non dilectionem. filia inquit non serua. Filia em̄ nobilis generis nō faciliter in viles p̄sonas consentit. Cum igit̄ aia ⁊ quelibet virgo. sint dei filie spūales. nō dz ad luxuriā faciliter accedere. sed nobilitatem ⁊ statū sui generis cogitare. ⁊ de vili mundo corpe ⁊ dyabolo nō curare vt sic deꝰ possit dicere illud Judicū. xix. Habeo virginem filiā. Sexto habeat timiditatē ⁊ confusionem. babylonis inquit. que interpretat confusio. Confusio em̄ bona ⁊ verecunda et timorosa sunt conditiones v̄ginum honestarū. ſm Treñ. ij. Abiecerunt in terra capita sua virgines iuda. vt sic de q̄libet virgine dicat illud Esaie. xxj. Babylon dilecta mea facta est mihi ⁊c. Debēt etiam verecūdari ⁊ timere virginitatē amittere. et maxime pro eo q̄ ipsam amplius nullus pōt reparare Amos. v. Virgo isrl̄ ꝓiecta est in terrā. nullus est q̄ suscitet eam. Sic ergo patet q̄ sex sunt speciales v̄tutes q̄ virginitati famulant. Et sic sufficit de beata virginitate. vide supra.

Virtus. Cum virtus nihil aliud est q̄ q̄dam mētis dispositio. qua mens rōni consentit ⁊ deo cōsonat ⁊ obedit. Possumus dicere q̄ v̄tus ſm suas diuersas ꝓditiones a diuersis diuersimode diffinitur. Et sic dicit Pbs. q̄ virtus est habitus volūtarius. ⁊ declarat dicendo. q̄ v̄tus consistit in medio duarum maliciarum Aug⁹. de spū ⁊ anima dicit. q̄ virtus est habitus mentis bene constitute. Et libro de libero arbitrio dicit. q̄ v̄tus ē bona qualitas mentis qua recte viuitur. qua nemo male vtitur. quā deus in nobis sine nobis operat. Unum enim añ omnia est aduertendum qō dicit Tullius. Qz virtus antiquitus solum per fortitudinē sumebat. Et ſm hoc videtur loqui scriptura. quia vt cōmuniter vbiunq; agitur de virtute. videt intelligere de potentia ⁊ fortitudine vel vigore. Ad p̄sens ergo intendo dicere aliquid de virtute in genere. in q̄tum nomen virtutis ad fortitudinem p̄ncipaliter applicatur. Dicamus ergo generaliter in q̄tuz virtus sumit ꝓ quacunq; bona mentis dispositione. Sicut em̄ videmus q̄ natura generat res informes. sed postea per diuersas dispositiones ⁊ alterationes ipsas ad p̄fectum reducit. sicut patet de corpore quod diuersis iuuat mentis organizat ⁊ complemētis. Sic vere aia de se informis ⁊ sine virtute ⁊ gratia est. ⁊ ideo necesse est q̄ habitus ⁊ dispositiones virtutis eidem imprimantur. per quas in esse suo corpozali siue mozali compleat. ⁊ sic eidez possint dicere illud Ruth. iij. Scit em̄ omnis pplus mulierem ſte esse virtutis. Sicut em̄ videmus q̄ lapides preciosi in venis generant sic vere virtutes in corpore humano ⁊ terreno per dei influentiam ꝓducunt. Virtus em̄ vt dicit Seneca. nudo homine ꝓtenta est. non aliquis est ita pauper debilis vel infirmus. quin multipliciter potest esse generosus ⁊ vtuosus. Un̄ dicit apls. ij. Cor. xij. Virtus in infirmitate perficit. Virtutes em̄ sunt quidam riuuli a fonte diuine gratie ꝓcedentes. ⁊ se per terram anime diffundentes. ap̄am spūaliter irrigantes. atq; bonis operibus fecundantes. Unde Gen̄. ij. dr. Qz de fonte paradisi quattuoz flumina nascebant. a quibus p diuersos riuulos tota terra irrigua reddebat. Fons em̄ paradisi diuinam gr̄am significat. qui se in terra in quattuoz flumina id est in q̄tuoz cardinales virtutes ramificat. ⁊ que cum illis riuulis id ē cum alijs suis dependentibus animam totam irrigat et fecundat. Ut sic anima virtuosa dicat illud Eccles. xxiij. In me gratia omnis vite ⁊ veritatis in me o. si. vi. et vir-

Et bene dicit spes vite. quia sicut videmus q̄ apes solent in suis aluearibus mella cōficere. tari vo formice t bericij in cauernis suis solent poma t grana reponere. apotheca rij solēt in suis apotheciis herbas t species recolligere. vt inde in hyeme possint viuere t pficere. Sic vere dum durat estas vite p̄sentis: mella grana t species diuersarū virtutum aggregare in cordibus nostris debemus: vt dū hyems mortis aduenerit: inde vitam eternā cum deo sursuz t cum angelis habeamus. Virtutes em̄ nos faciunt post mortem viuere: t dū facie ad faciē cernere t videre. Juxē illud p̄s. Jbunt de virtute in virtutem videbit deus deorū in syon. Et merito. Quia sicut dicitur Eccl'. xl. Facultates t virtutes exaltant cor. Ubi aduerte q̄ virtutes sunt possidende t acquirende multiplici rōne scz quia sunt

Cordiū repletiue: facultates. Dico ergo primo q̄
Virium defensiue: virtutes. iste sunt cordiū replete
Mentiū erectiue: exaltant cor. tiue: quia facultates.

Quia virtutes sunt ille facultates t diuitie q̄ replent ditāt t satiant cor humanum. Unde Seneca dicit. Diuitie temporales dum placēt transeunt. Ad veras ergo conuertere potius diuitias. Sic vere dicit ibidem q̄ vere diuitie sunt in animo: non in patrimonio. In quibus videtur innuere q̄ vere diuitie sunt vtutes que non bursam sed mentē locupletant: t que post mortem manent nec deficiunt facultates. Unde de iacob dicit Gen̄. xxxj. Or facultate ditato factus est inditus. Unde Seneca dicit: q̄ nulla possessio: nulla vis auri vel argenti plus q̄ virtus existimanda est. Diuites em̄ thesauros suos faciunt non de rebus corruptibilibus t putridis: sed durabilibus t sanis: t ideo aurum t argentum t lapides p̄ciosos solent in suis thesauris ponere que possunt longe manere. Sic vere sapientes non faciunt thesaurum de trāsitoriis rebus t diuitijs ternis sed potius de pmansuris virtutibus t eternis. Diuitie em̄ q̄ sunt exterius a fortuna possunt interimi virtutes que sunt in animo interius ab inimico nequeunt necari. Unde Stilbon phs. Cum capta vrbe vna cum alijs cōcivibus quicquid suppellectilis haberet in captiuitate perdidisset: querenti cur alijs flentibus letaret: quia nihil inquit perdidi. Fortuna em̄ diuitias que sue erant accepit diuitias que mee erant virtutes malis gratibus dimisit. ac si diceret. possessio virtutū ppetuo durat: eo q̄ ab initio non tollitur: t per fortune violentiam non auferē. Sunt igitur virtutes cordium repletiue Eccl'. xxxvj. Replet syon inen arrabilibus vtutibus tuis. facultates inquit. q: Macrobius dicit. Sole virtutes beatum faciunt. Scdo dico q̄ iste sunt virium tuitiue seu defensiue. quod ostendit cum dicitur. virtutes: quasi vires tuentes. Virtus em̄ dicitur quasi virium status: vel quasi vires tuens: vel quasi virilis actus: quia procerto virtus facit virilem statum: viriliter agere: t vires suas solet defendere t tueri. Vir em̄ virtuosus in virtutum stabilitate formatus concuti pōt: sed vinci nunq̄. nec em̄ tpalibus mulcetur: nec tribulationib⁹ terret. nec blandicijs fallitur. nec violentijs submergitur. Unde Seneca dicit. q̄ nō plus possunt aduersus virtutē calamitates damna t iniurie q̄ aduersus solem nebule. Vir em̄ virtuosus per sufficientiam vincit blandicias: per patientiam vincit tristicias t violentias cē. Unde breuit quilibet talis pōt dicere illud p̄s. In deo faciemus virtutem: t ipse ad cē. virtutes inquit. Nota q̄ virtus dicitur a vi. quia scz virtuosi vim faciunt sibipsis in q̄tum se subijciunt rōni. Unde Seneca. Dis habere magnum imperium impera tibi. Iste ergo sunt virium tuitiue t iuuatiue. virtutes inquit. Unde Seneca dicit q̄ sicut solis claritas intuitiua lumina obscurat: sic dolores angustias molestias t iniurias magnitudine sua virtus elidit. Nā vt ait Aeri. or est virtus ad occupanda pericula: q̄ crudelitas ad irroganda. Igitur virtutes sunt virium tuitiue t iuuatiue.

Tercio dico q̄ virtutes sunt mentium erectiue cum dr. exaltant cor. Quia cor quod virtutibus ditat: ab istis inferioribus segregatur: t sursum ad deum erigitur t eleuat. Virtutes em̄ sunt similes aeri. quo si dolium plenum fuerit: nunq̄ descendere sub aqua ipsum pmittit: immo ip̄m aqua elcuare compellit. Cuius simile est de testa qui plena rore interioribus vacuata: que tactaper radios solis p

bastam cui inmittitur solet sursum ascendere: et virtute roris ad solem ascendētis: t solis rorem attrabētis se ab inferioribus eleuare. Quia p̄culdubio charissimi si testa et dolium mentis nostre: aere t rore grarum t virtutum sue rint plena t interioribus vicijs vacuata. Nō enim est dubium quin ista inferiora cōtemnent t dimittent: t sursum ad solem iusticie xp̄m per desiderium ascendēt: t ad constderationem t affectionem eterno: z superiorum se faciliter conuertent. exaltant inquit. Et sic videtur loqui dauid in psal. vbi dicit. Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. Unde Seneca. Ualidiorem omniū t celsiorem t ampliorem facit virtus: nam cetera que cupiditates nostras irritant: animum deprimunt t labefaciunt. Sic igitur patet q̄ virtutes sunt habende t acquirende: quia sunt mentium erectiue t virium tuitiue cē. De virtutibus in genere multa t infinita alia possunt dici sed quia in particulari in diuersis titulis et locis de virtutib⁹ est tractatum. ideo omitto trāseo quo ad presens. Sed adhuc dicendum est de nomine virtutis in speciali. Et sic dico q̄ generaliter in scriptura p virtutem intelligitur fortitudo. potentia. vis t vigor. Et sic sumēdo dico q̄ tam in bono q̄ in malo significato est

Dominica t est eternalis. Dico ergo q̄ est virtus
Angelica et est supernalis. dominica que debet for
Canonica t est spūalis. midari. Et ista est virt⁹
Pestifera t est mundialis. que est potentia dei. de
Demoniaca t est infernalis. qua in p̄s. Date gloriā deo super israel cē. Item est virtus angelica que debz admiran. t sic angeli certi in scripturis virtutes dicunt p eo q̄ deus per eos vires t mirabilia operatur: t pro eo q̄ angelorum potentia t virtus mirabilis inuenit. t sic virtus sumitur pro ordine angelor⁹ qui dicunt virtutes. de quo dicit Luc. xxj. Virtutes celor⁹ mouebunt. Et. j. Petri. iij. vbi dicitur q̄ xp̄s p̄fectus in celum subiectis sibi angelis virtutibus t potestatibus. Item est virtus canonica seu catholica que debet roborari: t ista est virtus t fortitudo viri iusti: qua scz contra tentationes t tribulationes efficitur virtuosus: de qua cuilibet iusto dicit Maum. ij. Contemplare viam: conforta scz lumbos: robora virtute valde. Item est virtus pestifera que debet detestari: t ista est virtus t potentia mundialis. Unde. j. Macha. iij. vbi dicitur: q̄ appollonius cōgregauit contra filios israel gētes etexercitum et virtutem multam. Item est virtus demoniaca que debet subiugari: q: iusti debent virtutem diabo li superare t eum in tentatione fortiter conculcare: sicut Luce. x. dicit: vbi xp̄s apostolis dicit. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes t scorpiones t sup virtutem inimici. His igitur premissis t pro magna parte omissis dicamus solum de virtute diuina t humana. Est em̄ virtus diuina que est admiranda: t est humana q̄ est adiuuanda. Dico igitur q̄ est virtus superior t diuina. Deus em̄ sicut dicit in p̄s. Magnus dns t magna vtus eius. In rebus em̄ corpalibus magnitudo et virtus non semper adequant: q: aliquādo erit vnus cōmunis lapis magnus q̄ nihil habebit de virtute: vbi modicus lapis mirabiliter est p̄ciosus: hoc etiaz sepe est in animalibus quia sepe inuenit vnum modicum p̄ciosum virtuosum t fortē t vnum magnum vanum impotēs t debile. Hoc etiā patet in moralibus: q: sepe inuenit homo magnus q̄tuz ad seculum: qui nihil habet virtutis t gratie quo ad deum: t econtra inuenit homo modicus in corpore t facultate: et tamen in virtutibus et moribus erit magnus. Sed p̄culdubio non sic de deo. Deus em̄ magnus t magna virtus eius: quasi diceret. In deo virtutes t magnitudo adequātur: et magnitudo sue essentie: et virtus sue potentie infinita t pura iudicant. Un̄ Sap. vij. Virtutē em̄ ostendis tu qui non crederis in virtute esse p̄summatus. Et si vellemus de potētia t vtute diuine: possumus dicere multa: sed q: eius vtutes sunt note t notabiles: infinita t inenarrabiles: summe t incogitabiles: ideo supsedeo t soluz ad vtutis sue gliam notabo q̄ virtus diuina apparet scz

Carnem assumendo. O charissimi videte que t quā
Mortem sustinendo. ta apparebit: apparuit t appa
Morti p̄eualendo. ret virtus dei. Dico ergo q̄ ista

Celum ascendendo.
Mundum iudicando.
Malos pdemnādo.
Bonos premiando.
Malos puertendo.
Prauos subuertēdo.
Bonos pmouendo.
Tristes consortando.
Egros sanando.
Mira operando.
Fracta confirmādo.

virtus apparet i carnis assumptione: ex magna enim virtute pcessit de virgine posse nasci. Unde de cōceptione dictū est Luce. j. Spūs sanctus superueniet in te: z virtus altissimi obūbrabit tibi. Itē apparet illa virtus in mortis collatione z perpessione. Et magna ēm virtute et fortitudine puenit mortē non timere: z mortez velle pati pro alio. Ūñ de seipso xps sibi z alijs martyribus videtur dicere illud. j. Macha. ix. Moriamur in virtute pter fratres nostros. Ūñ etiam ipe dixit in ps. Aruit tanq̄ testa virtus mea z in puluerē mortis deduxisti me. Item apparet ista virtus in carnis resumptione z resurrectione seu in mortis supatione. Ūñ ipe de deo patre videt dicere illud ps. Deus pcinxit me virtute ad bellum z posimma. vi. meā. Qui pse. p. zc. Itē apparet in ascēsione eius. Ūñ de ascēsione angeli dicebāt illud psal. Exaltare in virtute tua: can. z psal. virtu. tu. Item apparebit in mundi iudicatione. vñ Sap. xij. Tu aūt dñator virtutis cum trāquillitate iudicas. Item in malorū pdemnatione Prouer. xv. In abundanti iustitia virtus maxima est. Et in ps. de ista sententia dicit. Vox domini in vtute: vox dñi in magnificentia zc. Item in iustorū premiatione et beatificatione: de qua in psal. Dñs virtutū dabit pplo suo. Ūñ etiā quilibet beatus pōt dicere illud psal. Dñe dominus vtus salutis mee: obumbra. caput meum in die belli. Itez apparet quottidie ipa virtus in malorum puersione: in sue grē infusione. Ista ēm est vtus solis que siccas arbores florere facit. Et ideo dī Judith. v. Quotiens penituerūt se recessisse a cultura dei sui dedit eis vtutem. Nam sicut dī Gal. iij. Ipse qui vobis tribuit spm: z operat virtutes in vob. Item apparet in nobis ista vtus in prauorū subuersione z ipiorū punitione. Unde de nequissimo antiocho: a deo oppresso z punito dicit. ij. Macha. ix. Qz humiliatus ad terram in gestatorio portabat: manifestam dei vtutem in semetipo contestans. Item apparet ista vtus in bonorū pmotione. Ūñ psal. Dextera dñi exaltauit me. Itē apparet in tristium psolatione. ps. In virtute tua dñe letabit rex. Item apparet in debiliū pfirmatione: ptz de apls infirmis q̄bus dictū est Luce. xxiiij. Qz expectarēt donec indurent virtutē ex alto. ps. Manda deus virtuti tue zc. Item apparet in egrotantiū sanatione Luce. vj. Virt? de illo exibat z sanabat. om. Item apparet in mirabiliū operatione. Ūñ Actuū. xix. Virtutes nō modicas faciebat dominus per manū pauli. Et Matth. vij. Unde sapientia bubi z virtutes tales q̄ per manus eius efficiunt. Iste ergo sunt virtutes dei q̄bus in nobis mirabiliter vtitur: z per quas virtuosus potens z mirabilis operat. Istas igitur virtutes debemus laudare: z ipsis suis laudibus cōmendare dicēs illud in ps. Exaltare dñe in vtute tua zc. Ista est ergo virtus diuina z superior. Sed adhuc dico q̄ est virtus interior z humana: et ista est virtus z fortitudo viri iusti. Sicut ēm videmus q̄ virtus naturalis varios habet actus: quia scilicet ista nutrit: viuificat et mouet: z pm suos actus diuersos ista virtus dicitur

Virtus nutritiua.
Virtus viuificatiua.
Virtus motiua.

Sic vere vtus anime et sua spiritualis fortitudo solet eam nutrire per deuotionem: viuificare per gratie infusionem: mouere z agitare per bonā operationem. Et sicut videmus q̄ virt? naturalis exercitata solet crescere: sicut patet de igne qui flatu venti pulsus et aspersione aque solet augmentari: z in fortitudine roborari. Sic vere virtus fortitudinis cōstantie tūc pis augmentatur: cum in fortuitoz obijce irritatur. Flatus ēm z pulsio tribulationum: sunt irritatio et occasio virtutuz z operationum: quia vt cōmuniter nulla virtus in suo esse perficitur: quando aliquo contrario non pulsatur. Et sic dicit apostolus. ij. Corinth. xij. dicens. Virtus in infirmitate perficitur. Quia sancti fortes et virtuosi multa contraria z infortunia habuerunt. Unde Hebreo. xj. Conualuerūt de infirmitate: fortes. fa. sunt in bello. Hoc est quod dicit Seneca vbi ait q̄ non aliter exigitur virtus cum tacta et ictu pulsa est: q̄ scintilla flatu leui adducta ignem suum explicat. Unum tamen aduertendum est q̄ sicut virtus corporis principaliter ab interiori spiritu prouenit: quod patet: quia deficiente spiritu nulla amplius est virtus in corpore. Sic pculdubio virtus fortitudinis nostre: qua scilicet possumus bona facere vel mala etiam tolerare: non aliū de potest venire q̄ a spiritu sancto: a deo: qui q̄diu in nobis per gratiam inhabitat: tamdiu nos roborat et confirmat: sed cum a nobis per peccatum recessit: statim bene operandi z malo resistendi virtus et fortitudo transiet et perbit. Istud bene apparuit in apostolis: qui virtutem resistendi tentationibus z tribulationibus non habuerunt donec spiritum sanctum receperunt. Posq̄ vo diuino spiritu sunt repleti: extunc virtute maxima sunt induti. Unde Actuum. iiij. dicitur. Qz virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis Jesu christi zc. Fatui sunt igitur qui in suis virtutibus z viribus confidunt: z qui in tribulationibus z in operibus ad deum nō recurrūt. Tales enim solet deus destruere: z ad pprie virtutis noticiā reducere: z eorum superbiam enervare. Judith. ix. Allide virtutem illorum domine. A deo ēm occulte venit virtus z potentia: et ab ipso puenit magnificentia z gloria. Ps. Dabit dominus virtutem populo suo zc. Et ideo ille michēas cōgratulādo dicebat illud Mich. iij. Ego aūt repletus sum fortitudine spūs dñi: iudicio z vtute. Et si velle mus notare de vtute fortitudinis: possem? dicere q̄ ista ē

Boni operatiua.
Mali tolleratiua.
Sui augmētatiua.
Diu perduratiua.

Est dico bonorū operatiua. Omnia enim que sunt specialem habent virtutem: qua mediante cōplent et faciunt actus suos: nihil enim sine virtute operatur: brachium enim non operatur in q̄tum brachium: sed in q̄tum virtute fortitudinis est repletum. Sic vere charissimi in anima debet esse virt? fortitudinis per quam bona faciat et operetur: z per quam in bonis operibus occupetur. Unde. ij. Thimo. j. Conlabora in euangelio fm virtutem. Est etiam virtus malorum tolleratiua. Metallum ēm in q̄tum est fortior⁹ virtutis tanto melius resistit ignibus: z tanto magis sine suo detrimento sustinet vires ignis: sicut de auro patet cuius tanta est virtus: q̄ sine sui consumptione sustinet omnes violentias ignis z carbonum. Sic vere quanto quis magis habet de virtute constantie z patientie z fortitudinis: tanto de ignibus tentationum et tribulationum melius resistit: et sine sui spirituali detrimento eorum violentias melius tolerat atq̄ suffert: sine enim virtute violentia nō potatur nec in patientia sustinetur. Unde in Psal. Domine in virtute tua pretitisti decori meo virtutem. Est etiam in super suipius augmentatiua. Qz diu enim crescit corpus: tamdiu in eo crescit virtus. Quanto etiam ad septennium⁹ appropinquat ceruus tanto in eius cornibus vnus in anno crescit ramus. Ad denotandum q̄ virtus in perfecto homine et semper debet crescere: z quanto plus homo senescit: tanto plus debent cornua virtutis sue plures ramos culos generare: z pullulare. Ps. Ibunt de virtute in virtutem. Et nihilominus perduratiua est ista virtus longo tempore: quia virtus fortitudinis nostre est perseuerātia: non enim ista virtus solet tantummodo bene operari: sed etiam cum aduersitate luctari: et victrix et in melius perficere z augmentare. immo etiam ad ipsam pertinet perseuerantiam operis prosequare. Non enim virtus fortitudinis videretur si ante operis complementum fniret. Unde de Seneca dicit: q̄ virtutis est ire non retroire. Unde Ecclesiastici. xlvj. dicit. Qz caleph dedit dominus fortitudinem z permansit illi vtus vsq̄ in finem. Ista igitur de vtute ad ps̄ens sufficiant.

Vis. vires. Nota q̄ vis in singulari significat violentiā: in plurali vo signat fortitudinem z vtutē. Et ideo possum? notare q̄ inuenio sex

Vires corporales.
Vires temporales.
Vires pectorales.
Vires naturales.
Vires tyrannales.

Vires corporales sunt subiugande: de quo Judith. ix. Nō in fortitudine z multitudine est virtus tua: nec in viribus equorum voluntas tua. Iste enim sunt il-

Vires supernales. le vires q̃ deflorauerūt thamar.ij. Regū.xiij. Prevalēs viribus Amon oppressit thamar.

Vires temporales sunt dispensande. Iste aūt sunt vires substantie temporalis: quibus sunt elemosyne faciende. Unde Ecclesiastici.xiiij. Scōm vires tuas porrigēs da pauperibus. Item sunt vires pectorales seu ipūales q̃ sunt roborande. Et inde dicit.ij. Reg.vj. Saltauit david totis viribus ante dōm. Item vires naturales sunt attendende: q; scz bō nō debet pūmere de viribus suis naturalibus q̃tum ad executionem alicuius operis virtualis. Iste em̄ nō sufficiunt nisi vires gratie sanctispiritus intercedant. Ūñ moysi est dictum Exodi.xviij. Stulto labore pūmeris: vltra vires tuas est negociū: q; dñs solus habet dare vires bene operandi ⁊ malo resistendi. Juxta illud Deut.viij. Recordare domini dei tui q̃ ipse vires tibi tribuit. Item vires tyrannales sunt abhorrende: ⁊ iste sunt vires ⁊ violentie crudelīū impiorum: de quib⁹ Job xviij. Vim fecerunt depdantes pupillos: ⁊ vulgum pauperum spoliauerunt. Item vires supernales sunt metuende scz vires potentie divine: quas ipse deus in diuersis tribulationibus ostendit: ⁊ quas finaliter in iudicio ostendet: de quibus dicitur Esaie.xxxviij. Domine vim patior. Et Abacuc.j. Usq; quo clamabo ⁊ non exaudies domine vociferabor ad te vim patiens et non saluabis. Sic ergo patet q̃ in scriptura fit mentio de sex generibus virium: vel virtutum. Vide supra de Violentia ⁊ fortitudine: ⁊ de virtute in vltimo.

Viscera. Nota q̃ viscera ꝑm Isidorū idem sūt q̃ corpis intestina. Et ideo viscera sunt quedam membra interius latentia: cibos digerentia: vtilia retinentia: superflua emittentia. Possumus ergo generaliter dicere q̃ per viscera possunt intelligi affectus interiores siue boni fuerint siue mali. Et ideo notandum est q̃ in scriptura inueniunt̄

Viscera divine dilectionis.
Viscera interne affectionis.
Viscera humane infectionis.

Dico ergo ꝓmo q̃ sūt viscera divine dilectionis ⁊ cōpassionis. Deus em̄ dicit habere viscera in q̃tum habet erga nos intima dilectionis federa. Et sic dicit Luce.j. Per viscera misericordie dei nr̄i ⁊c̄.

Scōo sunt viscera interne affectionis: omnia enim que in mente accipiuntur anime viscera spūaliter esse dicunt̄. Et aduerte q̃ viscera mentis nostre

Per passionē debēt impinguari.
Per discretionē debent illustrari.
Per deuotionē debent renouari.
Per turbationē debent cōtristari.

Dico ergo q̃ viscera voluntatis ⁊ mētis nostre debēt impinguari ꝑ passionem. Viscera enim sunt membra valde mollia et tenera: ad denotandum q̃ viscera mētis nr̄e ⁊ affectiones cordis nostri debent habere molliciem benignitatis: ⁊ erga miseriam, primorum rectitudinem pietatis. Et sic de ioseph dicitur Gen̄.xliij. Or cum vidisset fratres suos tribulatos et in p̄sentia sua tremebundos: ⁊ fratrem suū beniamin quē compulsi adduxerāt cepit flere: commota sunt quippe viscera eius super fratre suo. Et sic precipit apostolus Coll̄. iij. dicens. Induite vos sicut electi dei viscera misericordie. Item viscera mentis nostre debent illustrari ꝑ discretionem. Discretio enim ⁊ sapientia non sunt exterius in corpore: sed interius in mentis ⁊ cordis visceribus. Et sic loquitur Job.xxviij. Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? Et Ezechiel.ij. Fili hominis implebunturviscera tua volumine isto Hieremic.xxxj. Dabo legem meam in visceribus eorum. Item ista viscera debent renouari per deuotionem. Deuotio enim et gratia sanctispiritus sunt illa que spiritualiter renouant viscera mentis nostre. Et ideo petebat david in psal. Cor mūdum crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Item ista sunt viscera que debent contristari per turbationē id est per timoris diuini conceptionem: et sic loquitur Trenorum.ij. Conturbata sunt omnia viscera mea effusus est in terra iecur meum. Ista ergo sunt viscera interne affectionis et intentionis. Tercio dico q̃ inueniuntur viscera humane correptionis et infectionis: et ista sunt viscera peruerse et infecte mentis hominum peccatorum. Et aduerte q̃ ista sunt scilicet

Per luxuriam pinguia.
Per inuidiam tristia.
Per iactantiā patentia.
Per infamiā fetentia.
Per seuiciam ardentia.

Sūt dicō mētis viscera humorum pinguia per luxuriā. Unde de diuite corporali dicitur Job.xxj. Or viscera ei⁹ plena sunt adipe ⁊ medulla ossa eius irrigantur. Viscera em̄ naturaliter sunt pinguia et continent omnes feces: sic mens corpalis et luxuriosi. Item sunt tristia per inuidiam. In visceribus enim accidunt colica et iliaca passiones: que nihil sunt q̃ viscerum torsiones. Iste morbus est inuidia que torquet homines et peruersorum viscera: sicut de pessimo antiocho dicitur q̃ apprehendit eum dolor viscerum. Unde Esa.xix. Disrumpetur spiritus egypti in viscera eorum. Item ista viscera sunt patentia per iactantiam. Est enim quedam infirmitas viscerum: qua quādoq; ꝓter defectum virtutis contentiue viscera laxantur: ⁊ per secessum exterius emittuntur. Talis est infirmitas iactantium et inaniter gloriantium: nihil em̄ possunt continere: immo cordis sui et secreta mentis sue siue bona siue mala fuerint: solēt per iactantiam emittere: et per fatuitatem alijs ostendere: ⁊ per inanem gloriam omnibus ꝓpalare. Figura in iuda qui suspensus crepuit medius ⁊ effusa sunt omnia viscera eius Actuum.j. Item ista viscera sunt fetentia per infamiam. De visceribus em̄ stercora emittunt̄: sic de malorum cordibus aliorum diffamationes detractiones ⁊ iniurie producuntur. Unde de illo iniquo rege Achab dicit.ij. Paralip.xxj. Or longa consumptus est tabe: ita vt egereret intestina. Item ista viscera sunt ardentia per seuiciā: fel enim vbi manet ibi colera materia ardentissima adiacet. Ad denotandum q̃ fel id est ardor ⁊ amaritudo seuicie et iracundie impiorum: in visceribus mentis semper latent. Et sic dicitur Prouer.xij. Viscera impiorum ⁊ crudelia. Pone si vis q̃ ira ⁊ inuidia sunt sicut illa auicula q̃ blande primo ingredīēs: postremo secat ⁊ rodit viscera crocodilli. Unde Sapie.xij. Comestores hominum viscerū: et deuoratores sanguinis. Sic ergo patet q̃ sunt tria genera viscerum spiritualium.

Visitatio. visitare. Nota q̃ Visitatio dicit a video ⁊ frequentando: ⁊ sic visitatio idem est q̃ visualis frequētatio vel visus frequens agitatio. Et possumus generaliter loquendo visitationem duplicem inuenire scz diuinā et humanam. Primo dico q̃ est visitatio superior et diuina. Sicut enim principales ⁊ superiores solent in suis capitibus ordinare visitatores quos per totum ordinem solent mittere: dantes potestatem eisdem q̃ visitare possint vndiq;: et si quid reformandum fuerit reformare: dicens illud.j. Regum.xvij. Fratres tuos visitabis si recte agant. Sic superior omnium deus pater prelatorum a capitulo suo id est a curia paradisi instituit filium visitatorem hominum ⁊ visitandi: castigandi: reformādi potestatē plenariā sibi dedit: dicēs sibi illud.j. Esdre.vij. Missus es vt visites iudeā. Et possumus notare q̃ iste visitator visitat

Veniendo psonaliter.
Influendo spiritualiter.
Succurrendo temporaliter.
Affligendo corporaliter.
Promouēdo supnaliter.
Puniendo eternaliter.

Dico ergo q̃ ista visitatio dei que fit personaliter veniendo fuit visitatio beate incarnationis. Non enim sufficit medico infirmum diligere quin ipsum soleat psonaliter visitare. Sic vere medicus noster xp̄s non solum nos amauit: immo carnem sumendo personaliter nos visitauit. Quod bene petebat genus humanum: dicens. Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo. Ista em̄ fuit visitatio mirabilis et vtilis. Mirabilis dico eo q̃ rex totius vniuersi in hospitali huius mundi dignatus est infirmuz hominem visitare. Quod admirās dauid dicebat. Quid est homo q̃ memor es eius. Et vtilis etiam est: quia sicut a cūctis malis voluit nos sanare Job.v. Visitatio tua custodiuit spiritum meum. Visitat ergo deus personaliter veniendo. Item visitat spiritualiter influendo. Sicut enim amicus visitat amicum mittendo sibi exenia per nūcios suos: sic deus influēdo munus gratie et deuotionis visitat quottidie deuotos suos ⁊ amicos: mittēdo eis per

angelos exemium spūalis scientie et reuelationis ⁊ talē visionem petebat dauid dicēs in pſ. Respice de celo et vide ⁊ visita vineam istam: ⁊ pfice eam quam plātauit dextera tua. Item visitat tpaliter succurrēdo. Sicut eñ bonus dñs famulos suos obsessos ⁊ tribulatos visitat ⁊ eos liberans auxiliū eis prestat. Sic deus postq̄ boiem diu vexerit tribulari solet eum misericorditer visitare ⁊ tpaliter psolari. Pſ. Probasti cor meū ⁊ visitasti nocte. Item visitat affligendo corpaliter. Pastor eñ visitans oues in pascuis solet errantes cum virga percutere ⁊ ad domū reducere ⁊ a lupor periculo liberare. Sic deus cum virga tpalium tribulationum oues suas visitat: ⁊ eas reducat ad salutem ⁊ a dyabolo eas saluat. Pſ. Visitabo in virga iniq̄tates eor: ⁊ in verbe. pec. eor: misericordiā aūt meam ⁊c. Quia ꝓcerto talis temporalis afflictio ⁊ visitatio signum est saluationis ⁊ misericordie sic cōtrario boiem dimittere impunitū signū est diuine offense ⁊ eius future damnationis. Juxta illud Osee. iiij. Non visitabo filias vestras cum fuerint fornicate. Item visitat supernaliter ꝓmouēdo vel pmiando: quia scz sicut paterfamilias solet in sero operarios visitare ⁊ eis mercedem reddere pro labore: sic deus in sero mortis bene operantes visitat ⁊ mercedē eterne glorie eis pstat. Ideo bene solet ꝓsulere. j. Petri. v. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in die visitationis. Jsta est visitatio pacifica ⁊ fructifera. Pacifica dico. Unde Esa. lx. Ponam visitationem tuam pacificā. Fructifica dico. Pſ. Visitasti terram ⁊ inebriasti eā multiplicasti locu. eam. Item visitat eternaliter puniēdo. Dñs eñ rex audit q̄ sunt multi malefactores in vna ciuitate solet eam visitare ⁊ sceleratos occidere ⁊ punire. Sic ⁊ deus finaliter in iudicio mundū istum visitabit ⁊ impios ppetue dānabit. Vñ Judith. xvj. Ve gēti insurgēti ꝓtra gentē meū: dñs omipotēs vindicabit in eis: in die iudicij visitabit illos. Et Esa. xxvj. Dñs egredietur de loco scō suo vt visitet iniq̄tates habitatorū terre. Et si vis potes notare q̄ tūc visitabunt: punient ⁊ affligent in iudicio scz

Luxuria fetentes.	Dico q̄ tunc visitabunt fetē
Superbia tumentes.	tes ⁊ luxuriosi. Vñ Leuitici
Malicia fallentes.	xvij. Polluta est terra cuius
Scelicia nocentes.	scelera visitabo. Et Zach. x.
Discordia feruentes.	Sup bircos visitabo. Item
Carnaliter gaudentes.	tunc visitabunt supbi: pſum

ptuosi ⁊ ambitiosi. Unde Esa. x. Visitabo sup fructū magnifici cordis regis Assur. Et bñ dicit regis: q̄ nullus erit ita altus ⁊ potēs qui visitationem istam euadat. vñ Esaie. xxiiij. Visitabit dñs sup maliciam celi que est in excelso. Item tūc visitabunt fallentes ⁊ malitiosi. Esa. xxvij. Visitabit dñs in gladio suo duro ⁊ forti ⁊ grandi sup leuiathā serpentē vectē: ⁊ super leuiathan serpentē tortuosum. Et Hiere. xxiij. Visitabo super eos maliciam studeor eorū. Item tūc visitabuntur nocences ⁊ seditiosi seu iniuriosi. Unde Hiere. xxx. Visitabo aduersus oēs q̄ tribulāt eū. s. pplm israel. Item tūc visitabunt discordes ⁊ litigiosi. Hiere. xlvj. Visitabo sup tumultum alexandrie. Item tūc visitabunt carnales ⁊ delitiosi. vnde Hiere. ix. Visitabo sup oēs qui incircūcisum habent ꝓpucium. Omēs eñ isti dure a deo visitabunt ⁊ a deo seueriter damnabuntur. vnde Esa. xxix. Repente confestim a dño deo exercituū visitabunt in tonitruo ⁊ cōmotione terre. ⁊ voce magna turbinis ⁊ tēpestatis ⁊ flame ignis deuorātis. Et sic patet q̄ est vna visitatio supior ⁊ diuina. Scdo dico q̄ est visitatio inferior et humana. Et ista est visitatio prelatorum qui visitant corrigendo. Et visitatio perfector qui visitant consolando ⁊ iuuando. Et sic dico q̄ est visitatio

Consolatiua.	Consolatiua: q̄ scz quilibet tenet visi
Correctiua.	tare pauperes: infirmos ⁊ tribulatos:
Castigatiua.	vt ipos benigniter consoleť: sic eñ dicitur Jacobi. j. Religio munda ⁊ immaculata hec est visitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione earum. Unde Eccli. vij. ꝯcipitur. Non te pudeat visitare infirmum: ex hoc eñ in charitate firmaberis. Quam quidē visitationē ipse deꝰ reputat in persona tribulatorum ⁊ pauperum sibi factam Matt. xxv. Infirmus fui ⁊ in carcere ⁊ visitastis me. Correctiua etiam: quia prelati debent visitare subditos ⁊ eos

corrigere ⁊ monere: ⁊ si quid in ipsis reformandum fuerit reparare: vt sic ipsis per superiorem qui ipsos mittit: dicatur illud predictum. j. Regum. xvij. Fratres tuos visitabis si recte agant vbi ostenditur q̄ visitator debet

Odiū exterminare.	Pro primo dicit odiū exter
Subditos examinare.	minare q̄ dicit: fratres tuos
Discrete deliberare.	q̄ scz amandi sunt ⁊ nō odiēdi. Pro scdo subditos examinare cū dicit: visitabis. Pro tercio discrete deliberare cum dicit: si recte agant. Debet dico odium eliminare: fratres: quia scz ipse debet se habere fraterne ⁊ charitatiue: ⁊ cogitare q̄ illi cum quibus habet agere sunt fratres: non famuli neq̄ extranei: vt sic ad charitatem magis q̄ ad seueritatem moueat. d. Esaie. lx. Ponam visitationem tuā pacem. Et sic cuilibet dicat illd Genes. xvij. Non q̄so sit iurgiū inter me ⁊ te: fratres eñ sumꝰ vide supra de fratre ⁊ adiunge quicq̄d volueris. Item debet subditos examinare: visitabis: q̄ scz ipse debet visitare id est videre ⁊ frequētare status ⁊ conditiones subditorū ⁊ quod bonū est fouere: q̄d malum est amouere: dicens illud Ezech. xxxiiij. Ego ipse requiram oues meas ⁊ visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum ⁊c. Sequit: Qđ pericrat requiram ⁊ quod abiectum fuerat reducā: ⁊ q̄d fractum fuerat alligabo: ⁊ quod infirmum fuerat consolidabo: quod pingue et forte custodiam et fouebo. In ista auctoritate pōt videri quicquid debet facere visitator: expone eam si vis. Item iste debet discrete deliberare: si recte agant. Jsta eñ dictio si: dubitationem signat ⁊ per cōsequēs deliberationē designat: q̄ iste debet deliberatiue procedere: ⁊ magis sub dubio q̄ sub certo d̄ ꝓpositis negocijs cogitare: si recte agant inquit: vt sic cuilibet dicat illd. iij. Reg. iij. Recte ne agitur circa te: ac si diceret: si recte omnia tua sunt: tu es dignus cōmendatione. Si vo recta nō sunt: tu es dignus correctione ⁊ emēdatione: ita q̄ tibi dicatur illud Osee. ix. Venerunt tibi dies visitationis: venerunt dies retributionis. Et bene visitatio dicit retributio: q̄ bona ⁊ mala debent retribui cuiq̄ Esa. xv. Scām magnitudinem operis erit visitatio eorum. Et ideo mali visitandi sunt ⁊ puniendi ⁊ pm demerita castigādi. Unde nota q̄ prelatus debet visitare luxuria fetentes: superbia tumentes ⁊c. Dic per omnia sicut supra. Et sic patet q̄ est visitatio inferior et humana: vide supra de Correctione ⁊ de prelatis.

Vitis. Quia vitis siue vites sūt illa arbusta ex quibus vinea constituit. Et ideo qui de vite loquī voluerit ad vineā redeat. Nota breuiter q̄ in scriptura inuenio q̄ per vitem potest intelligi vicz ipse

Deus summus ⁊ gloriosus.	Dico igit q̄ vitis pōt dici deus summꝰ ⁊ glorio
Homo iustus ⁊ virtuosus.	sus: ⁊ sic loquit ipse de
Vir iniquus ⁊ vicios⁹.	us Job. xv. Ego sum vitis vera ⁊ pater meꝰ ⁊c.
Status bonus ⁊ fructuosus.	Et de ipa trinitate pt dici illud Gen. xl. Videbam cōā me vitē in qua erāt tres ꝓpagines. i. cognoscebā diuinitatē in qua videbā personarum trinitatē. Item vitis pōt dici bō iustus ⁊ virtuosus: ⁊ sic sumit vitis Eccl. xxiiij. vbi dicit in persona viri iusti. Ego quasi vitis fructificaui: q̄ scz ad vitē. i. ad virū iustū ptinet q̄ fructū bonorū operū portet. Jste eñ debet esse illa vitis: q̄ sublimari ad regnū noluit: timens ꝓter regnū pdere vinū suum. Sicut dicit Judicū. ix. Quia procerto vir iustus: regna scz mūdi p dignitatē non solet ambire: timens ne si ipa haberet suū vinū. i. interiorē gram cōtingeret depire. Item vitis pōt dici vir iniquꝰ ⁊ vicios⁹: ⁊ sic sumit. iij. Reg. iij. vbi dicit: q̄ famulus helisei inuenit vitem siluestrē quasi colloq̄ntidas q̄ ita fuit amara q̄ mādu cari nō potuit a filijs ꝓphetarū. Vitis eñ siluestris est peccator: cuius fructus. i. opera tanta amaritudine ⁊ malicia plena sunt q̄ a iustis manducari id ē imitari non possunt. Vnde Mali eñ sunt vites steriles: debiles: inutiles. Vitis dico sterilis: q̄ scz fructū bonor nō portant. Et dic si vis causam sterilitatis sicut supra de vinea Hieremie. viij. Mō est vua in vitibus: ⁊ non ficus in ficulnea. Vitis debilis ē peccator: quia vitis non est lignum forte: sed satis debile. Sic peccator debilis est ad bonum faciendum ⁊ malū dimittē

dum. Uñ Esa. xxiij. Luxit vindemia: infirmata est vitis. Item vitis est ad opus inutilis. Sic etiã peccator. Unde Ezech. xv. Fili hois qd fiet de ligno vitis. Sequit. Nunquid vtile erit ad opus etiã cũ esset integrũ non erat vtile Item vitis põt dici bon⁹ status ⁊ vtuosus: ⁊ sic ecclesia vel religio dicit vitis: qz scz viros iustos locovinoz ducit vñ Ps. Uxor tua sicut vitis abundãs in lateribus dom⁹ tue ⁊c. Item vitis põt dici status malus ⁊ pnicios⁹: ⁊ sic per vitẽ põt intelligi mũdus vel etiã malor status qui vinum carnalitatis pducit. Et ideo dñs videt dicere illud Matth. xxvj. Non bibã ammodo de genimine vitis. Itẽ vitis põt dici lapis pciosus siue baculus scz crux xpi: que crux est illa vitis q̃ botrũ cypri. i. dei filiũ portauit. vñ xps est iuda q̃ Gen. xlix. ligauit ad vitẽ asinã suã. i. ad crucem corpus suũ. Uñ. j. Mach. xiij. Sedebat vnusquisq; subtus vitem suam. Sufficit de Vite. Si vis vide de vinea: quia plerumq; in scriptura vitis pro vinea sumit. ⁊ econuerso ⁊c.

Vitulus. Nota q̃ vitulus est filius bouis cum matre adhuc deditus ⁊ lacte et vberibus enutritus. Et est vitulus animal qđ in aris deor⁹ antiquitus offerebatur. Et ideo breuiter dico fm q̃ vitulus plures habet conditiones: fm hoc potest sumi multiplicit er in scriptura. Notabo ergo q̃ inuenitur

Vitulus saginatus.	Vitulus saginat⁹ significat no
Vitulus immolatus.	stram redemptionẽ. xps enim
Vitulus effrenatus.	redemptor noster vitulus dici-
Vitulus adoratus.	tur: q̃ saginatus gratijs et vtu-

tibus p̃ ceteris inuenit. Figuratus Luce. xv. vbi paterfamilias vitulũ saginatũ in aduentu filij pdigi legit occidi se ⁊ ipm in cõuiuio p̃ gaudio filij pditi comedisse: ⁊ ad comedendũ alijs obtulisse. Quia pcerto paterfamilias de⁹ pater: p occupatione filij perditi. i. gentilis ppli ⁊ tot⁹ generis humani: vitulum saginatum xpm voluit occidi: ⁊ in sacramẽto altaris a fidelibus manducari. Uñ Gen. xviij. dr. Or abraam cũ puero ad armentũ cucurrit: ⁊ tulit inde vitulum tenerrimũ. Item vitulus immolatus designat iustũ viatorem. Viri enim iusti dicunt vituli: eo q̃ deo p̃ oblationem: ⁊ obedientie dedicatione dño penitus immolãtur ⁊ sibi in ara cordis p̃ deuotionẽ offerunt. Uñ. j. Esdre vj. dicit. Or in dedicatione domus dei obtulerunt vitulos centũ ⁊c. Quia motus cordis nostri vitulus cordis dr. inq̃tũ deo dedicat ⁊ offert. Uñ etiã vba laudis cõfessionis ⁊ oronis vituli dicunt Osee. xiij. dicit. Reddemus vitulos labior nostror. Uñ in ps. Laudabo nomen dei cũ cãtico ⁊c. Itẽ tunc acceptabis sacrificium iusticie ⁊c. Itẽ vitulus effrenatus significat stultum peccatorẽ. Uitulus iugo non subijcit: lacte pascit: ludit: discurrit ⁊ erigit. Sic vere peccator nõ querit nisi ludere ⁊ saltare p insolentiaz Malach. iiij. Salietis sicut vituli de armẽto: Lactare et pascere p carnalitatem ⁊ opulentiam Esa. xxvij. Pascet vitulus ⁊ accubabit. Sine iugo discipline manet p inobedientiã Hiere. lj. Effusi estis q̃si vituli super berbam.

Item vitulus adoratus significat deceptorem bostẽ scz dyabolum q̃ figurat in vitulo conflatili: quẽ filij isrl adorauerũt Exodi. xxxij. Iste enim conflatilis a flatu male suggestionis dicit eo q̃ pter hmõi flatum a fatuis adoratur qđ fit q̃n suis suggestionib⁹ credit: ⁊ suis tentationib⁹ obeditur. Ps. Fecerũt vitulũ in oreb ⁊c. Et quia parũ valet Vide de boue.

Viuere. vita. Nota q̃ vita aliq̃n accipit p ipa naturali dispositione: aliquando accipitur pro morali conuersatione. Generaliter ergo sumendo dico q̃ inuenitur

Vita naturalis.	Vita naturalis est vita cunctorũ:
Vita virtualis.	de qua Jacobi. iij. Quid enim est vi
Vita triũphalis.	ta nra: nisi vapor ad modicum pa-
Vita notialis.	rens. Vita virtualis est vita bono-
Vita gehennalis.	rum: ⁊ de ista Gall. ij. Viuo ego iã

non ego: viuit aũt in me xps. Vita triũphalis est vita sanctor: de qua Sap. v. Justi aũt imppetuũ viuũt. Vita notialis est vita malor: de qua. j. Thi. v. Vidua q̃ in delicijs est viuẽs mortua est. Vita gehẽnalis est vita damnatorũ: q̃ scz habẽt vitã cũ morte ⁊ mortẽ cũ vita: de q̃ in ps. Veniet mors sup illos ⁊c. His ergo p̃missis dicam⁹ p̃mo q̃ est vita naturalis q̃ est vita cũctor. Ista enim est illa que ex corpe ⁊ anima pstituit. q̃ aere ⁊ spiritibus pficit: q̃ a stellis ⁊ orbibus influit: q̃ abis ⁊ potibus sustentat: q̃ pãnis et vestib⁹ refouet: ⁊ ita charissimi est fragilis ⁊ defectibilis: et difficilis: ⁊ ex multis alijs necessarijs constituitur: et tamen facillime dissipat. Ista ergo est q̃si tela aranee

Cuius pditio laboriosissima.	Sic vere charissimi tela
Cuius subtilitia debilissima.	vite nre ẽ difficilis ad cõ
Cuius destructio facillima.	stituendum. Que enim bo
Cuius repatio impossibilis.	mini sunt ad pstitutionẽ

⁊ ad pseruationẽ vite necessaria qui vult scire legat istud Ecci. xxxix. vbi dicit. Initiũ necessarie rei vite boim: aqua ignis: ferrũ ⁊ sal ⁊c. Item est debilis ⁊ fragilis ad durationem. Ista enim durare non põt: q̃nimmo ad modũ venti ⁊ fluminis subito labit atq; trãsit Job. vij. Memento mei de⁹ qr vẽtus est vita mea. Itẽ est facilis ad destructionẽ: nihil enim facilius q̃ vita destruit: ⁊ nihil tristabilius dissoluitur: nihil impossibilius repat. De q̃ lamẽtando dicebat dau d in ps. Defecit in dolore vita mea ⁊c. Mõ sicut tela p multos dies terit ⁊ ordit: que tñ subito rumpit ⁊ cassatur. Sic vere vita nra cũ multos dies ⁊ annos durauerit: vno momento scindet: deficiet ⁊ cessabit Esa. xxxviij. Precisa est velut a texente vita mea ⁊c. Et sicut tela succisa nunq̃ põt ad eandẽ integritatẽ redire: sic nec vita morte succisa potest naturaliter in pristinũ statum redire. Uñ Esaie ibidẽ. Morieris tu ⁊ nõ viues. Et ideo de conditione huius vite mortalis q̃ntum sit fragilis ⁊ defectuosa: vana tristabilis ⁊ dolorosa dicit Deut. xxviij. Erit vita tua quasi pendens añ te: q̃si diceret tota vita nostra est quasi in pendulo ⁊ in incerto. Et ideo paucis vbis describit vita ista Job. vij. vbi dr. Militia est vita bois sup terrã. Ad uerte ergo in verbis istis q̃ vita ista est contẽnenda tripli ci ratione: fm tres status scz principium: medium: finem: et hoc propter

Ingressum vilis conditionis.	Primo probat vilem
Progressum acris afflictionis.	ingressuz carnalis na
Egressum tristis ejectionis.	tura: cum dicitur: vi-

ta bois. Scdo pbat acrem pgressum facilis tractura: militia. Tercio pbat vilẽ egressum mortalis fractura: sup terrã. Dico q̃ humana vita q̃tũ ad initiũ inchoat a vili pditione: ⁊ hoc ostendit cum dr: vita hominis. Nullũ enim animal habet ita vilem originem: ita fragile principium sicut homo. Iste enim in ventre menstruis nutrit. tandẽ nudus de ventre pgredit ⁊ cum nascit ita debilis est ⁊ impotẽs q̃ nisi aliũde iuuet nullo mõ sustentat: q̃nimmo pria miseria ⁊ vilitatẽ prefiguras ⁊ lachrymis ⁊ plãctibus occupat. Et ideo de tali vilitate dicebat Job. xiij. Or homo natus de muliere breui viues tpe ⁊c. Et si vis potes compare vanitatẽ vite nostre: flori: feno: vitro pleno aque: glacijei: vento. nubi et simulib⁹ q̃ debilẽ habent substantiã ⁊ impossibilẽ resistẽtiã. vita inquit bois: quasi diceret q̃ ceteris est vanior atq; vilior. Et sic dicit illud ps. Veruntamẽ vniuersa vanitas omnis homo viuens. Ista ergo inchoat a vili conditione vita inquit hominis. Deinde dico q̃ mediatur cũ acri turbatione cum dicitur militia est. Quia totũ vite nostre non est nisi quedã laboriosissima militia: in qua q̃diu viuimus in motu ⁊ labore sum⁹. Celum enim duas habet extremitates scz polum articum ⁊ antarticũ: ⁊ iste sunt partes celi stabiles ⁊ immobiles: totũ vo residuũ celi est mobile: ita q̃ inter istos duos polos tota celi substantia volutur: ⁊ sine cessatione iugiter circuit ⁊ rotat. Silr vo celestiu cũ bõ plures habet terminos. s. pncipiũ mediũ ⁊ finem a quadã tñ mobilitate ⁊ vite caretia incipimus: ⁊ in morte vbi est immobilis vite caretia terminamus: vnus est enim omnibus introitus ad vitam ⁊ simul exitus Sapientie. vij. Sed quid? procerto inter duos istos polos ⁊ terminos est vnum medium valde mobile scz transitus vite qui in miserijs ⁊ tribulationibus semper monetur: et tam corporis molestijs: q̃ animi trifticijs: q̃ mũdi laboribus ⁊ miserijs: q̃ hostis malicijs ⁊ tentationib⁹ continue agitatur: militia inquit. Unde Job. xiij. Cunctis diebus quibus nunc milito ⁊c. Et ideo de laboribus huius vite dicitur. Or tantis malis hec vita repleta est vt in comparatio

ne eius mors dicat remedium. Et ideo deus illam breuē fecit: vt molestie eius quia prosperitate vinci nō poterant ex breuitate temporis finient. Et si ad planū vis videre labores t miserias huius vite: vide auctoritatem Augu. de origine vbi tractat illud Jaco. iij. Que aūt est vita nostra rē. vbi dicit: vitam hanc dubiam: vitam erūnosam: hāc dolores exterminant: bonores sedant: ardores desiccāt: t aera morbi dant: esce inflant: ieiunia macerant: ioci soluunt: tristicie cōsumūt: solliciudo coartat: securitas bebetat: diuitie iactant: paupras deijcit: iuuent⁹ extollit: senectus incuruat: infirmitas frāgit: meror deprimit: t post hec oīa mors interimit: que ita vniuersis finem ponit: vt cum esse desierit: esse nec fuisse putet. Hec Aug. Ecce ergo que miserie: que angustie: qui motus: qs fluctus vel fluxus insunt iste. s. vite nostre. Et ideo ꝓpie compat mari quod continue fluctuat t mouet: t nunc accedit t erigit: nūc recedit t deprimit: nunc est darū: nūc obnubilat: t quod infinitis periculis subiugat. Narra de periculis si vis que sunt in mari t applica ad miserias hui⁹ vite: quia vita nostra mouet tribulationibus: erigit elationibus: deprimit terroribus: obnubilat erroribus t tota plena est periculis t tētationibus: militia est ergo. Jdeo Eccs. ij. dicit. Jdcirco teduit me vite mee videntē mala esse vniuersa sub sole t cūcta vanitatem t affectionē spūs. Et bene dicit teduit: q⁹ sicut in mari deambulanti t nauiganti duo solent accidere. scz error in imaginatione: t nausea in affectione: credit em̄ qui nauigat q videt sibi q stet: cum ipse continue moueat t econtra littora que continue stant fugiant t moueantur. Nauseam vo faciliter patitur: t pre fastidio stomachi ad vomendu⁹ faciliter ꝓuocat. Sic nauigātes p mare huius mundi vite contingit error t horror: quia videt sibi q ipse stat t tamē currit: quia homo nō percipit quādo labit vita sua: nec perpēdit q̄cito ad terram tendit: semp em̄ sperat viuere: t nunq̄ videt sibi q debeat desinere: cum tamē dicat Grego. moral. xxiij. Qz quot vite dies pagimus: q⁹ tot passibus ad terminū itineris appropinquam⁹. De alijs vo videt sibi q currant t q defluunt t veterascūt: dum reuera ipsi magis q̄ ipe stant: nec deficiāt aut senescant. Quia breuiter iste est error vite nostre: q⁹ alios semp vitam deficere t carere opinamur t credimus: nos vo diu victuros et difficiliter morituros existimamus: sicut ad literā patet de illis qui sperant alijs succedere in officijs t beneficijs: qui alios mobiles esse credūt: se aūt stabiles esse volunt. Cum reuera sepe fit q isti alij sunt stabiles t semp viuunt: isti vo semp sunt mobiles. moriunt defluūt t recedūt. Et isti sunt fatui: quia sicut dicit Seneca. Quilibet debet vitam appro bare alijs: t morte sibi: hoc est dictu q quilibet debet existimare q alij diu viuant: de se vo q moriat cito. Et merito. Quia sicut dicit idem Seneca. Viuere noluit qui non vult mori. vita em̄ cum expectatione mortis data est. In ista ergo nauigatiōe est error. Sed adhuc dico q solet horor esse: quia nausea tedij t displicentie nos solet ibidem inuadere inquātum pro miserijs quas ibidem videm⁹ vitam istam debemus cōtemnere t odire: t cum displicentie nausea ejicere t horrere. sicut dicit Job. x. Tedet animā meam vite mee rē. Sic ptz q ista vita mediat aeri turbatione: militia ināt est. Deniq̄ dico q ista terminat cum forti depressione t tristi: quia scz vita terminat t deprimit p mortē: t hoc ostendit cum dicit: sup terram. Mors em̄ intelligit p terram p eo q homo mortu⁹ terra efficit: t p eo q terra est vltimus termin⁹ ad quē cadendo venit. Quia res cadens ꝓuenit necessario ad terram vbi sistit: nec ꝓcedit vlterius aut ptransit. Mors em̄ est vite nostre termin⁹: ad quē duz descendimus: vlterius non transimus: sup terram inquit. Jurta illud. Aperta est terra t deglutiuit rē. Et Amos. vij dicit. In terra polluta morietur. Et ideo querit in ps. dauid Quis est homo qui viuit t nō videbit mortem: quasi diceret nullus. Et quare? ꝓcerto: quia mors est terminus breuis t grauis: dico grauis q⁹ multis comitat doloribus ps. Defecit in dolore vita mea. Breuis etiaz quia paruis progressibus ꝓgata: quia vita nostra inquātum est in ēsenti: non est nisi tps pūctus q̄ dicit nunc. Un Senec. Nulla vita est nisi tps pūctus q̄ dicit nunc. Vita est nisi breuis: nam si ad naturā rerum respexeris. etiā illius fuit vita breuis: qui inscribi in monumento suo fecit se nonagintanouē annis vixisse. Sic igitur patz q vita nra Terminat cum doloribus. Et sic bene dictum est. q Mediatur cum laboribus. militia ē vita hominis su- Jnchoatur cum fetoribus. per terram. Patz ergo q vita naturalis que est cunctor. Secūdo principaliter di co q est vita virtualis que est vita bonor: t ista ē vita gratie que consit ex vnione anime cum deo. Sicut em̄ spiritus influit corpori vitam t cū vita virtutes naturales t actus eorum: t inde est q homo viuus potest loqui operari delectari rē. Sic vere deus anime cōiunctus per charitatem sibi influit vitam t esse gratie t virtutes cum operationibus dependentibus ab eisdem. Jnde est q homo qui viuit per gratiam. potest actus spirituales exequi per gratiam

Potest loqui per confessionem. um executionē. Et qz
Potest delectari per deuotionē. breuiter deus t spūs
Potest sentire per compassionē. sunt vita anime. Un
Potest videre per discretionē. de Ezechiel. xxxvij. de
Potest operari per bonor actu. ossibus aridis dicit.

Jngressus est in ea spūs t viterūt: steterūtq̄ super pedes suos. t Deutrono. xxx. dicit de deo. Timeas dominū t illi adhereas: ipse em̄ est vita tua. Vita em̄ cuiuslibet animalis nobilissima cōditio: non a parētibus ꝓducit: sed a celestibus corporibus influit: t a deo de potentia materie educit. Sic vere vita gratie non potest a nobis introduci: imo necesse est eam a deo t celesti virtute dari: t in subiecta materia. scz in anima generari. Ipse est inquit vita tua. Et propter hoc sicut videmus q vita reputatur summus bonum inter bona naturalia: t ideo vt cōmuniter ab omnibus diligitur: t ab oībus adipiscat t seruat: attamen sicut patz q serpens precipue: super oīa seruat caput homo precise seruat cor: pro eo q ibi est principaliter sedes anime. Jurta illud Prouerb. iij. Oīi custodia serua cor tuum: quoniam ab ipso vita procedit. Sic vere in moralibus nullus est vita gratie maius bonum: t ideo super omnia a sapientibus querit: t habita cum diligentia custodit. Et ideo Jacob sollicitus de acquisitione huius vite dicebat filijs suis. Genesis. xlij. Emite nobis necessaria vt possimus viuere. Et aduerte q circa vitam ista tria considerantur. scilicet

Motus ꝓueniens qui acquirit. Primū est inchoatiuū.
Virtus subueniens qua ꝓficit. Scōm est mediatiuū.
Fructus aduenies qui colligit. Terciū ē terminatiuū.

Primū fecit cordium cōmutatio: emite. Scōm facit virtutum cōgregatio: nobis necessaria. Terciū glorie acquisitio vt possimus viuere. Dico ergo q circa vitam gratie attendit motus ꝓueniēs. Quia scz motus bone voluntatis. t actus gratie ꝓuenientis: t virtus gratie gratū date primo t ante omnia requirit hic q vita spūalis id est gratia gratum faciens acquirat: t hoc ostendit cum dicit. Emite. Quia ille qui emit solet dare quod suum est vt acquirat quod alienum est. Sic vere primo t ante oīa homo quod in se est debet facere: t quod suum est debet dare scilicet bonam voluntatem t promptitudinē mentis: t sic quod suum nō est scz vitam gratie poterit acquirere t mercari: emere t habere: emite inquit. Et sic loquit Apocal. iij. Suadeo tibi emere aurum: probatum ignitum: vt locuples fias. Sicut enim videm⁹ q multiplex alteratio t dispositio in corpore requritur ad hoc q corpori vita infundatur: quia scilicet primo est necessarium q corpus organizetur t informetur. t ad susceptionem vitalis anime disponatur. Sic vere ad infusionem vite gratie: necessarium est q dispositio voluntatis t alteratio morum preueniat: vt sic deus vitam hanc influat t mutet. Jsta aūt dispositio hz fieri tribus modis: vicz.

Culpam auferēdo. Disponit dico ania culpā auferē
Mentē offerendo. do: necesse est em̄ q culpa primo
Deum inquirendo. exeat: anteq̄ vita gratie introeat.

Et sic loquit Ezech. xviij. Quare morieni filij isr̄ reuertimini: viuite quia sicut ibidē dr. Non vult deus mortē peccatoris rē. Item disponit mētem offerēdo: quia homo debet mentem t voluntatem. t se humilem t deuotum t hylarem deo offerre: vt vitam gratie possit recipere t habere. Res enim non accipit: nisi vas apertum teneat. Obediētia enim mentem aperit: t deus vitam gratie influit t infundit. Et ideo dicit apostolus Hebreor. xij. Obtemperabimus patri spiritum t viuemus. Item disponitur deū

inqu irendo. Quia sicut forma sine artifice non inducit: sic nec gratia sine deo infundit. Quia sicut vita animalis a corde. vita arboris ꝓcedit a radice. Sic vita anime a deo principaliter exit. Et ideo dicatur in ps. Querite dominū z viuet anima vestra. Ista tamē sunt cōtra multos qui ad respicie dum vitam non disponunt. sed potius in peccati obdurationē z malicia obdurant: z ideo non viuificant: sed sine vita gratie perpetue indurant. In venis lapidū quādoq; inueniunt figure animaliū sicut testudinū vel serpentum. Natura em̄ inueniens aliquam dispositionē matere vult exinde animal ꝓducere: sed quia prevalet frigiditas in dispositione: sic vita non introducit. sed sine vita dimittitur. Sic vere charissimi natura naturans deꝰ licet sit semp paratus vitam gratie infundere. quia tamen multos inuenit indispositos. z in frigiditate indeuotionis penitus congelatos. solet eos sine vita gratie dimittere. z sic contingit illos per obstinationem in lapidis duritie ptrāsire. d. illud Job .vij. Desperaui nequaq̄ vltra viuam. O deus quot sunt tales hodie in mundo qui q̄tum ad actus morales magꝭ vident mortui q̄ viuentes. imo multi sunt qui magis i morte culpe q̄ in vita gratie gloriant. Iuxta illud. Dilexerunt homines mortem magis q̄ vitam: z multi sunt qui ꝓpter hypocrisim esse viui dicunt: z tamen ꝓpter culpaz mortui diuoscunt Apocal. iij. Nomen habes q viuas z tu mortuus es. In monte autē barbaro qui est iuxta neapolim. vbi sunt sub terra edificia ꝙgilij. dicunt esse thesauri infiniti: sibi sunt imagines cupree argentouiuo plene tali dispositione facte. q ad leue tactum pauimenti quod ereum ē z argentouiuo plenum. ꝓpter pondus intrātis mouent: z contra intrantem locum ꝓpter argentiuiui ad locum impulsuz z calcatū currentis mobilitatē pretendūt. ipmq; percutiūt z occidunt: z sic imagines iste vident esse viue: cum tamē inveritate sint mortue: quia si argentūuiuū quod intus est deesset nunq̄ imago se moueret. Reuera tales sunt hypocrite. isti em̄ nomen habent q viuūt z tamen mortui sunt. Quia ꝓcul dubio in monte ecclesie quem defendere velle vident. ipsi contradicūt obuiant z occurrunt. sicut quotidie de illis qui impetrantes z in ecclesias z in religionē intrare volentes. sub zelo charitatis impugnant. sicut etiam patet de illis qui sub zelo charitatis z specie alios reprehendunt. z malicioſe eoz vtilitatibus se opponūt. Iuxta illud Ecci. xix. Est coreptio mendax in terra cōtumelioſi. Sed quid ꝓcerto totum illud facit argentūuiuū quod est in cordibus eorundem. hoc est dictu vicium hypocrisis z fallax mobilitas sue mentis. que argentū dicit ꝓpter pulcraz eloquentiam. viuū ꝓpter credite sanctitatis non existentiam. mobile tamen est z non verum argentum ꝓpter fictam duplicitatem z maliciam Hiere. vj. Argentū reprobum vocate eos: quia dominus ꝓiecit illos. Quia ꝓculdubio argentūuiuū. s. hypocrisis que in istis latet: z qđ istos ad opera sua mouet. facit eos iustos z sanctos apparere: cum tamē in veritate sint mortue imagines. hoc est psone pestifere nō sincere. motus em̄ istoꝝ facit eos viuos reputari: ḍa sc̄z motus suoꝝ laboꝝ z suorum operum facit eos iustos credi. Tunc em̄ dicunt istud Actuū. xvij. In deo viuimus mouemur z sumus. Et tamē in veritate mortui sunt: z per gratiam nusq̄ viuunt: ita q ꝓprie istud solet ais dici Col. .iij. Mortui estis z vita vestra abscondita est. Non sic charissimi: nō simus ad gratiam recipiēdaz indispositi. sed per mentis ꝓmptitudinem z per gratiam prevenientē dispositi z parati. quod ostendit cum dicit. emite. i. qđ vestrū est erbibete z facite: z vitam gratie accipite z requirite. Unde Prouerbioꝝ. xviij. Veritatē eme z noli vendere sapiētiam Patet ergo q erga vitam gratie habendā attendit prevenientes motus. emite inquit. Iterum attendit virtus subueniens. nobis inquit necessaria. Multe em̄ cause occurrunt que sunt necessarie ad vitam corpori influēdam z habēdā. Quedā em̄ sunt cause efficientes sicut deus sol z alia virtus vtriusq; seminis. Quedā sūt cause materiales: sicut vtriusq; semen. spūs. cor z arteree. Quedā formales sicut intrinsece cōditiones vite. Quedā finales sicut ille ꝓpter quas fit vita. Sic charissimi spualiter loquēdo ad habendā vitam gratie multe cause spuales necessarie sunt. nam si vna virtus deficit. tota virtus z tota vite substātia euanescit. Iuxta illud Jacobi. ij. Ille q̄ deliquerit in vno factus est omnium reus: immo necessariū est q quelibet virtus aliqđ de suo influat ad hoc q vitā gratie habeat. sicut astrologi de vita corporali dicunt. q necesse est q q̄libet planeta antecq̄ infans possit esse vivax influat ibi per vnū mensem: z sic septimo mense pōt viuere in lucem exire ꝓ eo q tunc ibi septē planete p ordinem influxerūt. Sic vere necesse est q in nobis septem. i. vniuersitas virtutū operet z influat ad hoc q vitam gratie nobis donet. nobis inquit necessaria. In quib⁹ charissimi subdiuidendo auctoritates possumus videre q nouē sunt necessaria ad vitam pfectam z moralem habendā. Sic loquit Ecci. xxix. vbi dicit. Or in initium necessarie rei vite bois. aqua. ignis. ferrū. sal z lac. panis siligineus. z mel. z botrus vue. z oleum z vestimentū. In quibus sunt

Humor compunctionis: aqua.	Habeat dico q̄ spiritualiter z moraliter
Feruor dilectionis: ignis.	vult viuere cōpunctionis humorē. s. aquam
Rigor correctionis. ferrum.	lachrymarū. aqua inquit: q: sicut pisces sine aqua viuere nō pūt
Splendor discretionis: sal.	sic bō non pōt sine lachrymarū irriguo vitam gratie cōseruare.
Candor affectionis: lac.	
Sapor refectionis: panis.	
Dulcor deuotionis: mel.	
Dolor cōpassionis: botrus vue	
Liquor miserationis: oleum.	
Decor puersationis: vestimētū.	

ps. Deus vitam meā annūciaui tibi ꝛc. Pinus em̄ vtica. scirpus z carectū herbe sunt que sine aqua non crescunt vt cōmuniter neq; viuūt. Sic ꝓcerto vita gratie in homie nō perficit. nisi aqua lachrymarū radit cordis multotiēs irriget Job. viij. Nunq̄d virere potest scirpus sine humore z carectum sine aqua. quasi diceret nō. Itez habeat dilectionis feruorē. Ignis inqt. Nihil em̄ sine bōficio caloris pōt viuere: sicut pt⁊ q quia circa cor vbi est sedes vite solet calor ꝓpuus abundare. Sicut patet etiam in vere. vbi ꝓpē calorem tpis regnantem solent arbores reuiuere z virere. Talis calor est feruor dilectionis z charitas. Ista est enim vita ꝓprij cordis Augu. Scito anima mea: q amor est vita tua. Dō bene innuit ꝓma Job. iij. vbi dicit. Qui nō diligit manet in morte: ignis inqit. Ut sim⁹ sicut salamādra. q̄ in igne sine ꝓsumptiōe viuit. sic isti viuūt i igne diuie charitatis. figurati in tribus pueris q̄ in igne fornacis babylonis viterūt. Carbo em̄ viuere nō dicit nisi q̄diu ignis presentia inflamat: quia vita gratie ab igne charitatis ꝓuenit in isto igne permanet z consistit Thobie. viij. cap. Particulam iecoris posuit sup carbones viuos. Item necessarium est q habeat correctionis rigorem cū dicit ferrū. Per ferrum em̄ rigor iusticie carnis inquātum est culparū peremptiuus intelligit: per quem cōstat q vita. s. gratie custoditur Prouerbioꝝ. xij. In semita iusticie vita. Et Sap̄. v. Justi autē imperpetuū viuent: z apud dominū z merces eorum. Pluuia enim z estas faciunt herbas virere: z frigꝰ z intemperies hyemis calorem naturalem ad interiora redicum compellens solet vitam in arboribus conseruare. Sic vere vita gratie in homine conseruat. si per sui vel superiorum instrumenta iusticie flagelletur. Tempestas em̄ tribulationis: z frigus punitiue correctionis calorem interiorem id est feruorem affectuum non sinit exterius ad mōdana exire. imo ipsos compellit per timorem interius latitare. Et sic vita gratie in radice cordis fortificat Ps. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me. Sicut enim acetum superfusum apibus oleo mortificatis solet eas viuificare. Sic penitentia z acris iusticie executio. solet illos quos tangit ad vitaz gratie reuocare. Iuxta illud Matthei. vij. Arta est via que ducit ad vitam. ferrum inquit. quod durū est z scindens. vt sic dicat illud Senece in epistola. Or vita humana est quasi ferrum. qđ si exerceas conterit: si non exerceas rubine consumit. Unde iusticia tam in nobis q̄ in alīs facienda dicit Prouerb. xvj. Initium vie bone facere iusticiam. Habeat ergo correctionis rigorem. Item necessariuz est vt habeat discretionis splēdorem: z hoc ostendit cū dicit sal. Cōmuniter em̄ homo viuere non potest sine discretione salis. Sal em̄ condimentū et temperamentum sapientie z moderamentuz designat. Et ideo puero tam vitam naturalem q̄ virtualem intranti quando baptisat sal in ore ponit. Ad denotandū q toꝛ

vita ipsius sale p:udentie saliat Marci.ix. Habete in vobis sal.sicut dicit Sapiens. Sapiētia filij suis vitam inspirat. Unde ipsa dicit Prouerb.viij. Qui me inuerit inuenit et vitam ꝛ hauriet salutem a domino. Unde Seneca. Quemadmodum inquit amplissimū spaciū vsq; ad sapiam viuere. Ista est ēn lux spūalis. sine qua est impossibile q̄ viuamus Jobānis.j. Vita erat lux hominū. Habeat igit̄ qui spūaliter vult viuere discretionis splendorē. Item habeat affectionis candorem.lac inquit.quia necesse est q̄ sit lacteus ꝛ cādidus per castitatem exterius in corpore ꝛ p innocētie charitatem ꝛ puritatem interius in affectione ꝛ in mente. Lac ēn quod est candidū ꝛ dulce. candorē ꝛ puritatem continue innocētie significat.sine quo quidem lacte nequaq; vita gratie pseverat:sicut nec puer viueret.si in principio lac nō haberet. Et sic dicit̄ Esaie.lv. Uenite ꝛ emite absq; argento vinum ꝛ lac. Et sequit̄. Audite ꝛ viuet anima vestra Item habet saporem refectionis.panis inquit. Sicut panis cibus corporalis vitam cōtinuat corporalem. Sic ab? spūalis ꝛ sacramētalis.s.panis xp̄i vitaz causat ꝛ efficit spiritualem. Item necesse est q̄ habeat deuotionis dulcorem quod ostendit̄ cuz dicit̄ mel. Mel ēn quod est dulcissimū significat deuotionē.que.s.nobis cōtinuat vitam. Quia sicut ros de celo veniēs cōtinuat vitam aliquib? piscibus.s. ostreis ꝛ conchilibus. Sic deuotio ꝛ oratio deo cōmendata.vitā gr̄e cōtinuat hoibus.mel inq̄t. Ēn de btō Jobāne legit Matb.iij. Or ipse viuebat de melle siluestri ꝛ locustis Deuotio.n.mel siluestre dr̄.eo q̄ dulcedo ei? multis ē silue stris ꝛ nō domestica repit̄. Et iō de isto melle ꝛ de ista vita pōt dici illud Ezech̄.xvj. Dixi tibi in sanguie tuo viue. Se quit̄.simlā ꝛ mel ꝛ oleum comedisti. Jtē q̄ spūaliter vult viuere habeat compassionis dolorē.quia.s. dolor cōpassionis ꝛ passionis xp̄i necessarius est ad vitam gratie cōseruādam.quod ostendit̄ cum dicit̄.botrus vue. Botrus ēn fuit xp̄s q̄ tres naturas in se cōtinuit.s.diuinitatis anie ꝛ corporis ꝛ q̄ more botri depressus in palo crucis pependit.de quo Cantico.j. Botrus cypri dilectus meus. Huius ēn botri passio.ꝛ in torculari crucis depressio.ꝛ vini.s.sui sanguinis expressio deuote considerata ꝛ cum dolorosa cōpassione meditata vitam tribuit: ꝛ gr̄am cōtinuat ꝛ custodit. Unde ad Gal.ij. dicit̄. Xp̄o crucifixus sum cruci. viuo aūt ego iam nō ego. viuit vō in me xp̄s. Habeat ergo compassionis dolorem. Item necesse est q̄ habeat miserationis liquorem. ꝛ hoc ostendit̄ cum dicit̄. oleum. Quia in scriptura clementia ꝛ pietas. miseratio. elemosyna ꝛ benignitas per oleum designant̄.sicut supra de oleo fuit dictū Matb. .vj. Tu aut̄ cum ieiunas inunge caput tuū oleo. Et pcul dubio sicut vita corporis in diebus ieiunior oleo sustentatur.sic vita gratie in ieiunio ꝛ miseria huius mūdi.oleo misericordie refouet̄. Quia sicut dr̄ Prouerb.xj. Clemētia p̄parat vitam. Quod bene figuratū est.iiij.Reg.iiij. vbi dicitur de oleo ipsi vidue mulieri q̄ satis faceret debitoribꝰ suis:ꝛ q̄ ipsa ꝛ filij sui viuerent de reliquo. Quia breuiter sicut in Ps̄.dicit̄. Melior est miscia super vitas. Habeat ergo qui spūaliter vult viuere miserationis liquorē. Item vltimo habeat cōuersatōis decorem:qui ostendit̄ cum dicitur.vestimentū. Uestimēta ēn ad vitam corporis sunt necessaria contra figoris tempestatē. Sic vere vestes honeste apparentie:vite honeste cōuersationis sunt vtiles ꝛ necessarie. Nam sicut arbor nō diu viueret si corticem non haberet. Sic nec homo spūaliter viueret:si vestem honestat̄ ꝛ bone cōuersationis corticē derelinqueret.sicut dicit̄ Eccl .xxix. Initiū vite hominis aqua ꝛ panis et vestimentū. Ecce ergo quot sunt necessaria ad vitam moralē ꝛ virtuosam habendā ꝛ conuersandā. Emite ergo nobis necessaria ꝛc. Et ideo dicit̄ Gen̄.xlij. Cibaria hominibus vestris necessaria sumite ꝛ abite. Patet ergo q̄ circa vitā moralē attenditur virtus subueniēs. necessaria inquit. Rursum dico q̄ intendit̄ fructus ꝓueniens:ꝛ iste fruct? est vita eterna q̄ sequit̄ vitā virtutis: qđ ostendit̄ cuz dicit̄ possimus viuere. Nulla ēn ꝓprie dicitur vita.nisi ista:qz omnis alia vita siue moralis siue naturalis potest deficere.sed ista non. quia sicut dicit̄ Sap̄.v. Justi aūt imꝑpetuū viuent ꝛc. possimus inquit viuere.optatiue loquit̄.quia ista est sola vita optanda:sicut faciebat dauid in Ps̄. Portio mea in terra viuentium. Sed de ista vita vide infra. Patet ergo charissimi q̄ circa vitam virtuosam attendit̄ fructus succedēs ꝛ pōueniens.quod est scōm ꝑncipale. Tercio ꝑncipaliter dico q̄ est vita eternalis que ē vita sanctoꝝ. Et ista ꝓculdubio est illa quam angeli ꝛ beati cuz deo possident que eterna dicitur.ꝓ eo q̄ mortem nature pene ꝛ culpe decetero nō q̄ timent. Sicut in natura rerum sunt multa que vitam habent quasi eternam:sicut est palma inter arbores. elephas inter bestias. fenix inter aues. quia iste sunt res diutissime viuentes ꝛ ceteris rebus pereūtibus permanētes. Sic vere charissimi sunt illi beati qui perpetue vnct̄ ꝛ nunq̄ amplius desistunt aut deficiunt. Causa ēn quare res elemētales corrūpunt̄ est imperfectio sue forme quod non pōt replere omnes materie appetitus. ꝛ inde ē q̄ res celestes sunt perpetue. ꝓ eo q̄ forma sua est perfectissime nature. Et quia beati ꝑ forma beatifica habent ipsum deum qui est perfectissimus ꝛ eternus.ꝛ qui omnes appetitus eoꝝ cumulat atq; replet:necesse est q̄ vitam eternā habeant ꝛ nunq̄ deficient:sed q̄ perpetue semp viuant duz ipse saluator dicit Jobānis.x. Oues mee vocem meam ꝛc. Nec mirum: quia sicut fons viuus ꝛ eternꝰ ꝓpetuos riuulos emittit:sic deus q̄ est fons vite.riuos ꝓpetue vite in beatos diffundit. Unde.j. Jobis.v. Qui habet filium dei habet vitam eternam. Et de hoc dicebat Dauid in Ps̄. Domie apud te est fons vite: ꝛ in lumine tuo videbimus lumen. Unde diligēter aduerte q̄ ista vita principaliter habet quatuor.scilicet

Dignitatē bonoris ꝛ ꝓlationis:apud te. Habet et
Uoluntatē dulcoris ꝛ refectionis:est fons. go ista vita
Firmitatem vigoris ꝛ durationis:vite. bonorem ꝛ
Claritatem dulcoris ꝛ splendoris:lumen. ꝓlationē: ꝛ

hoc ostendit̄:cum dicatur apud te. Est aūt bonor in ista scilicet in terris q̄ homo sit de domo regia vel pape: ꝛ q̄ ꝑsonaliter apud eum cōmoret: sed multo fortiꝰ in beatis qui manent ꝑsonaliter apud deum:apud te inquit. Ipsi enim manserūt apud deum mentaliter dum temporaliter viuerent. Jurta Ps̄. Apud dominū gressus hominis dirigent̄ Ipsi etiam bona deposuerūt apud deum dum ipsa pauperibus p elemosynas distribuerūt. Jurta illud Psal. Substantia mea apud te:nunc vō apud deum inueniunt diuitias quas deposuerunt Ps̄. Apud dominū misciā ꝛ copiosa ꝛc. Et apud ipm acceperūt mercedem quam ꝓmerebant.scilicet vitam quā affectauerāt. Et sic sumit̄ illud Sapiēn.v. Justi imꝑpetuū viuent ꝛ apud dominū est merces eoꝝ ꝛc. Sic patz q̄ illa vita habet bonorē ꝛ ꝓlationē:apud te inquit. Item dico q̄ ista vita habet dulcorē ꝛ refectionem:ꝛ hoc ostendit̄ cū dicit̄:est fons. Deus ēn est fons a quo plene hauriūt quicquid desiderāt. A quo q̄dem fonte

Memoria delectāt̄. Et ideo sicut ceruus desiderat
Intellectus speculāt̄. ad fontes aquaꝝ ꝛc. sicut dauid
Affectus satiatur. aiebat ꝛ anbelabat:dicēs ad istū

fontē deliciarū ps̄. Sitiuit aia mea ad deū fontem viuū. Et bene viuū q̄ nunq̄ deficit:ꝛ bene fontē:q̄ cuncta reficit et mentē allicit. fontes ēn aquas patēter exponūt. Quia ꝓ certo fons.s.iste oibus ē exposit?:ꝛ in loco tuto ꝛ mūdo positus: si tū tu sis ad hauriendū ex hoc fonte bñ dispositus: Aqua ēn vite oibus dignitatib? cōmēdat̄ Apoc̄.xxij. Qui sitit veniat ꝛ bibat: ꝛ qui vult accipiat de fonte aque viue gratis. Deus ēn q̄ est ibi pincerna q̄ nō imꝓperat dat oibus affluēter dicens Apoc̄.xxj. Sitienti dabo de fonte vite gratis. Et tū iste pincerna qui aquā istam diuidit est suauissimus ita q̄ nulli erit exasperans ꝛ infestus. Agnus ēn dicit̄ in scriptura: eo q̄ benignissimꝰ inuenit Apocal.vij. Agnus q̄ est in medio throni reget eos ꝛ deducet eos ꝛc. Salmo ergo dicit̄ aquaꝝ dulcē diligere ꝛ de mari vsq; ad fontē ꝓcedere: ꝛ exquo fontē inuenerit ad amarā aquam amplius nō redit. Sic vere charissimi salmo q̄ a saliendo dicit̄ ꝑ eo q̄ volens vltra ꝛ ꝓtra impetū aque salire inclusis molendinis ꝛ locis strictis: vbi libere nō pōt cōtra impetum aque currere ꝛ trāsire solet: caudā in ore ponere et vltra fortiter ꝓsilire:ita q̄ q̄nq; inuetus mortuus est ꝛ palis casarū acutissimis infixus: significat sanctos qui cōtra impetum fluxus huius mūdi fortiter cucurrerūt:inquātuz per vitam contrariam se contra mundi vicia erexerunt: et loca stricta vbi sporcule tendebantur id est dignitates et

officia vbi dyabolus sportulam tentationū eis parabat tā to contempto ⁊ impetu transilierunt: q̄ sepe se morti expo suerūt: ⁊ tyrannoꝝ gladijs perierūt. j. Regum. xxij. In deo meo transiliam murum. Jsti ergo salmones postq̄ vite id est dulce refrigerium paradisi degustauerūt per deuotiōez: statim aquam mundi ꝓcerto amaram ⁊ ꝓsperitatem seculi dimiserūt ⁊ horruerūt per contemptum ⁊ abhominationem: nec amplius cessauerūt currere per bonam operationem: quousq̄ venerūt ad fontem vite paradisi ⁊ ad eterne voluptatis refectionem. Et ideo dicit christus Jobis. iij. Aquam quam ego dabo fiet in eo fons salientis in vitam eternam. Habet ergo vita ista dulcorem ⁊ refectionē: fons inquit. Jtem dico q̄ ista vita habet vigorem ⁊ durationem: quia scilicet nunq̄ amplius deficit: immo ꝑpetuo durat: quod ostendit cum dicit: vite: quod etimologisatur: quasi vim tenens: vel quasi virtuosa vel tenax: quia vita illa virtuosa est ⁊ tenens: ⁊ nunq̄ lubricosa vel fugax. Jsta eñ beatos videtur quodāmodo ꝑpetuo tenere: ⁊ inquātū etiam si vellent non ꝑmitteret eos mori: deficere vel perire nec mirum si illi imperpetuum viuunt qui sunt in gloria. Quia in hybernia dicit esse quedam insula vbi nullus moritur quacunq̄ angustia. O q̄ virtuosus est ille locus ⁊ ille fructus qui habitatus ⁊ degustatus tribuit eterne viuere. Jste est eñ de quo christus dicit Johānis. vj. Qui manducat panem hunc viuet ineternum. Et merito: quia sicut dicit Roma. vj. Gratia dei vita eterna. Circa hoc notandū q̄ sicut scriptura videtur supponere quattuor sunt virtutes que istam vitam principaliter procurant. scilicet

Elemosyne distributio.
Mandatoꝝ adimpletio.
Sapientie inquisitio.
Terrenoꝝ detestatio.

Elemosyna a morte liberat ⁊ ipsa purgat peccata. ⁊ facit inuenire vitam eternam: ⁊ hoc est de primo q̄n dicit elemosyne distributio: ⁊ hoc dicit Thobie. iij. Jtem mandatoꝝ adimpletio. Unde Luce. x. Domine quid faciendo vitam eternam possidebo? Cui respōdit dñs. Si vis vitam ingredi serua mandata. Jtem sapietie inq̄sitio. Unde de sapietia dicit Ecci. xxiij. Qui elucidant me vitā eternam ⁊c. Jtem terrenoꝝ detestatio. vnde Math. xix. Oz omnis q̄ reliquerit patrem vel matrē ⁊c. Jsta est ergo vita eterna. Quia sicut dicit Arestotiles. Supra celum est vita ꝑmanens ⁊ quieta. Habet ergo illa vita tenorez ⁊ durationem. Jtem dico q̄ ista vita habet splēdorem ⁊ discretionem. quod ostendit cum dicit: in lumine ⁊c. Quia in lumine diuine essentie ⁊ in speculo eterno vident beati lumē et cognitionem omniū cognoscibiliū secretoꝝ. Beati eñ vident lumen diuine essentie ⁊ eo mediante vident lumē omnium veritatū. Et sic loquit xps Joh. viij. vbi dicit. Qui sequit me nō ambulat in tenebris ⁊c. Quia sicut dī Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te. Ptz q̄ ista vita habet

Claram cognitionem.
Longam durationem.
Plenam perfectionem.
Dignam ꝑmotionem.

Et sic dico q̄ est vita eternalis q̄ est vita sanctoꝝ. Quare dico q̄ est vita mundialis q̄ est vita maloꝝ. Mali eñ malam vitam ducūt: ⁊ vitam sit i ad bene operādū accomodatā in malis vsibus ducūt ⁊ expendunt. Similes eñ vident istis fatuis seruitorib⁹ rusticorum q̄bus de sero aliquātulum datur de candela vt videant ire ad lectum: qui tamen inde ludendo ⁊ trufando suam candelam expendūt iia q̄ postea sine luminibus in tenebris ad lectum vadunt. Sic ꝓcerto paterfamilias deus seruitoribus suis hominibus modicū de candela vite ꝑsentis accomodauit: quia sicut dicit. j. Esdre. ix. Facta est deprecatio apud dñm vt daret vobis pax ⁊ illuminaret oculos vestros ⁊ daret vobis vitaz modicā in seruitute: vt cū ipsa ad lectū padisi tenderēt ordinauerit: qui tñ candelam istam in alijs vsibus vilibus. s. in malis operibus solent exercere. Sapien. xv. Estimauerūt lusum esse vitaz nostrā: ⁊ sic necesse est eos sine lumie gratie in tenebris inferni lectū sibi quere Job. xvij. In tenebris straui lectulū meum. De vita ergo maloꝝ possum notare breuiter q̄ ista est vita. scz

Presumptuosa.
Tumultuosa.
Fastidiosa.
Laboriosa.

Est dico vita presumptuosa: quia isti dicunt illud Job. xxvij. Nec eñ repbendit me coz meum in oñi vita mea. Jtem est vita tumultuosa: sem. Obprobriosa. per isti faciunt bonas brigas tumultus ⁊ litigia Pō. Jmmicia multiplicati sūt sup me. Sequit. Moab ⁊ agareni: gebal ⁊ amon ⁊ amelech ⁊c. Et Penuriosa. de istis possumus dicere illud Sap. .v. Vitam illoꝝ estimabamus insaniam ⁊ finem illoꝝ sine honore. Jtem est vita fastidiosa. Mali eñ fastidiūt ⁊ abhorrent omne bonum Job. xxxiij. Abhominabilis fit ei in vita sua panis ⁊ cibus desiderabilis. Jtem est vita laboriosa Mali eñ magis laborant ad se damnādum: q̄ iusti ad se saluandū Pō. Defecit in dolore vita mea ⁊c. Jtem est vita obprobriosa. Mali eñ sunt in obprobriū deo ⁊ angelis et iustis Pō. Conculcet in terra vitam meam ⁊c. Jtem est vita penuriosa. Nihil pōt eis sufficere: immo semp habēt penuriam in corde ⁊ famē auaricie. Unde ipse possunt dicere illud Thob. iij. Pauperē vitam gerim⁹. Jtem ista ē vita defectuosa. vñ Seneca in epistola. xxiij. Quidā aūt viuere defecerūt anteq̄ inceperūt. Jtem est vita malicioſa Ecclesiastes. ix. Filij hominū replent malicia ⁊ contēptu i vita sua. Jtem est vita piculosa ⁊ istam vitā sequit finaliter periculum mortis Pō. Descēdūt in infernū viuētes. Jsta est ergo vita maloꝝ que nō est vita ꝓprie: sed potius morz dicenda. vñ Seneca de isto q̄ diu male vixit dicit: nunq̄ vixit iste. sed invita moratus est: nec in sero mortuus: sed diu Multa possunt dici de vicijs huius vite. scz quomodo ibi abundāt dolor labor ⁊ rancor: invidia: fallacia: auaricia: superbia: ⁊ sic de alijs. sed omitto quia in particularibus titulis est tractatum: hoc igitur de quadruplici vita sufficit. scz

Naturali.
Uirtuali.
Supernali.
Mundiali.

Aduerte tñ hic q̄ istud verbū viuo q̄nq̄ significat in scptura discretionē: aliq̄n significat cōmēdatiōem: aliq̄n affirmatōez. Sigt eñ affirmationē q̄n sumitur ꝑ iuramento. Antiquitus eñ ad affirmationē iuramēti iurabant ꝑ vitaz ipsius dei: dicentes. viuit dñs: q̄d nihil aliud est dicere: q̄ sicut verum est q̄ dom⁹ viuit: sic verū est istud quod dicitur. Tale etiam iuramentū solebat dom⁹ facere. quando ꝑ vitam suam solebat asserē ⁊ iurare. d. illud Hiere. xlvij. Viuo ego dicit dominus deus exercituum ⁊ cetera similia Commendationē etiam significat: sicut antiquitus: quando aliqui commendabāt vitam suam loco salutationis vitam implorabant sicut hoc Dañ. vj. Rex ineternum viue. Et illud. iij. Regum. iij. Viuat rex salomon. Ad viuificationem ꝺo potest notari q̄ peccatoꝝ viuificatur. scilicet

Per tormentoꝝ tolerationem.
Per mandatoꝝ obseruationē.
Per dei iudicioꝝ executionem.
Per dei eloquioꝝ ꝓdicationem.
Per dei ꝓcordioꝝ miserationē.
Per dei ꝓconioꝝ exaltationem.

Dico ergo q̄ peccatorez viuificat ⁊ ad vitam gratie reformat toleratio mūdi tormē torum Pō. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me. Jtem viuificat ipsum obseruatio mandatoꝝ Pō. Viuifica me ⁊ custodiam sermones tuos Jtem viuificat ipm executio dei iudicioꝝ q: deus ꝑ occulta sua iudicia q̄nq̄ peccatori vitā tribuit. Pō. Secōm iudicium tuū viuifica me. Jtem ipm viuificat ꝓdicatio dei eloquioꝝ. Sepe eñ fit q̄ puerit ⁊ viuificat peccatoꝝ q̄n audit que loquit ꝓdicator Pō. Eloquiū tuū viuificauit me. Itē ipm viuificat miseratio dei ꝓcordioꝝ pō. In misericordia tua viuifica me. Jtem ipm viuificat exaltatio dei ꝓconiorum Pō. Deus tu cōuersus viuificabis nos ⁊c. Sufficit de viuere vita ⁊ viuificare.

Vltio. vlciſci.

Quia supra dictum est satis de vindicta: hinc est q̄ modicum est dicendum de vltione. Nota q̄ triplex est vlcio. scz

Desideranda.
Dituperāda.
Consideranda.

Prima est vltio zeli iusticie. Secunda est vltio dire nequicie. Tercia est vltio dei potentie.

Est ergo vltio que debet affectari: ⁊ ista est vltio iusticie quia boni ⁊ iusti ꝑm iudicium iusticie vlciscuntur malos ꝓpter impias iniurias iustis factas: et sic ꝓceptum est Moysi Numeri. xxxj. Ulciscere israbel de madianitis.

Jtem est vltio que debet detestari: ⁊ ista est vltio tyrannorum: qui non ꝑm iusticiam sed iracundiam ⁊ seuiciā malos vlciscunt: ꝓpter quod iram ⁊ vltionem a domino promerent. Unde Ezech. xxv. Tempus vltionis est domino

ꝓ eo q̃ fecit vltionẽ in ydumea vt se vindicaret de filijs iu da. Contra illud Leuit.xix. Non queras vltionẽ nec me mor eris iniurie ciuium tuoꝝ. Item est vltio quedã que debet formidari: ⁊ ista est vltio diuine punitionis: quã tem poraliter ⁊ eternaliter effundit: ⁊ quã ꝓcipue in die iudi cij publice declarabit. de qua Deutro.xxxij. Reddaꝫ vltio nem hostibus meis ⁊c. Vide quasi in oĩbus locis in qui bus de vltione fit mentio: quia vt cõmuniter semp agit de ista vltima vltione Esaie.xxxv. Ecce dñs deus noster vltio nem adducet. Vide supra de Vindicta vbi tractaui magis plane.

Ultimꝰ. vltra. vlterioꝝ. Vide vbi posterioꝝ ⁊ nouissimus. Nota q̃ vltra significat quandaꝫ supabun dantiam vel supercellentiã loci. numeri. rei vel temporis: que q̃ꝫ sumit negatiue: q̃ꝫ etiaꝫ ponit positiue: ⁊ quã doꝝ in bono ⁊ q̃ꝫ in malo. Nota ꝯ q̃ inuenio vltra. scz

Quod est admirandum.
Quod est frequẽtandũ.
Quod est detestandum.
Quod est formidandum.
Quod est affectandum.

Primũ est vltra diuine cõ ditionis: deus em̃ est magn? vltra q̃ credi potest. Quan tũcunq; em̃ buman? intelle ctus facit posse suuꝫ de ipso cognoscẽdo. semp tñ inuenit vnũ vltra infinit? em̃ est: ⁊ iõ nõ habet numerũ siue terminũ prefixuꝫ pñ. Regnabit dñs in eternũ ⁊ vltra. Ideo Job.xliij. Videꝫ q̃ multa adeo al ta dixerat dicit sic. Insipiẽter locut? sum ⁊ q̃ vltra moduꝫ excedũt sciam meam. Secundũ est vltra pfecte successi onis: ⁊ istud est q̃n bõ nõ est cõtentus vnũ solũ bonũ fecis se: nec ad gradũ pfectionis attigisse: q̃nimo q̃diu viuit sp vult vltra ꝓcedere: ⁊ de virtute in virtutẽ transcẽdere. Nõ em̃ est notabilis artifex q̃ vltra alios aliq̃d nõ facit: ⁊ q̃ cõ munes mores alioꝝ alicui? ꝓgatiue titulo nõ transcẽdit Et ideo Sap̃.salomon dicebat Eccs.x. Magnificaui opa mea: edificaui domos. plantaui vineas. Sequit. vltra oẽs qui fuerũt ante me in birlm. Ultra etiaꝫ significat tercio aliquã trãsgressionẽ alicui? termini pfiniti: ⁊ sic mali semp volũt esse vltra ⁊ extra: ⁊ nõ infra diuinoꝝ mãdatoꝝ termi nos cõtineri: ⁊ sic de tali vltra excessiuo ⁊ transgressiuo po test dici cuilibet illud qđ dictũ est Moysi Exo.xviij. Stul to laboꝛe consumeris: vltra vires tuas ⁊c. Quartum est vltra eterne damnationis: ⁊ tunc ponitur negatiue: ⁊ sic su mit in damnatis: qui vltra nõ habebunt aliquam consola tionem. Unde anime damnate dicit Esaie.xlvij. Ultra nõ vocaberis mollis ⁊ tenera. Isti em̃ non habent vltra

Diuinam societatem.
Paradisi iocũditatẽ.
Mundanã ꝓsperitatẽ.

Diuinã dico societatẽ. vñ Jo sue.vij. Non em̃ vltra vobiscũ ero. Supnam iocũditatẽ. Un de.iiij.Reg.vj. Nõ venerũt vltra latrones syrie in terram israel. Mundanã ꝓsperitatẽ: q: vltra nõ videbũt gaudia huius mũdi. vñ Job.xx. Nec vltra intuebit? eum locus ei? Quia sicut dicit Prouerb.xj. Mortuo impio nulla erit vl tra spes ⁊c. Quia breuiter tunc nullũ erit solatiũ ipis dam natis. Unde ipse deus dicit Zach.xj. Non parcã vltra super inhabitantes terram. Quintũ est vltra eterne saluatiõis ⁊ istud est illud vltra in quo beatis oĩes mũdi miserie de neganẽ: inquãtum beati nullis vltra molestijs fatiganẽ: et boc erit q̃n erũt vltra mare mortis in terra ꝓmissiõis padi si. Et sic dico q̃ beati nõ babebũt vltra. s. illic in paradiso.

Litem vel contentionẽ.
Pugnã vel confusionẽ.
Malignoꝝ impugtionẽ.
Tormẽtoꝝ tribulationẽ.

Item vel contentionẽ. Isti ꝯ nõ babebũt vltra litem vel contentiõem. vñ Michee .iij. Nõ discent vltra bellige rare. Item non babebũt vltra verecũdiam vel confusionẽ Joelis.ij. Nõ dabo vos vltra obꝓbriũ in gentib?. Item nõ babebũt vltra inimicoꝝ persecutionẽ. Unde Exodi.xiiij. Egyptios quos nũc vide tis nequaq̃ vltra videbitis in sempiternũ. Item nõ habe bũt vltra tormentoꝝ tribulationẽ Apoc.xxj. Absterget de us omnẽ lachrymã ab oculis sanctoꝝ ⁊c. Sic ꝯ ptz quõ vl tra sumit multis modis. Vide supra de trans ⁊ suis cõpo sitis: transire: trãscendere: ⁊ sic sufficit.

Ultro. Nota q̃ vltro est idem q̃ volũtarie seu spõ te. Notabo igitur q̃ inuenitur

Ultro voluntarie subiectionis.
Ultro libere collationis.
Ultro carnalis infectionis.
Ultro ꝓsumptuose ambitionis.
Ultro fructuose ꝙperationis.
Ultro liberalis saluationis.

Est dico vltro vo luntarie subiectionis. Et sic dico q̃ boni ꝙ luntarie se deo ⁊ ꝓxi mo subijciũt ⁊ eis serui unt ⁊ obediunt: de qui bus. j. Esdre.iij. Ultro offerebat munus domini. Item est vltro liberalis collationis. Sponte em̃ ⁊ nõ coacte est libe ralitas facienda. Unde de salomone dicit.iij.Reg.x. q̃ ipse vltro multa obtulit regine saba munere regio. Item ẽ vnũ vltro carnalis infectionis. Luxuria em̃ vicium est quod vl tro discretionis magistro indigere nõ dinoscit. Teste Se neca. Virtutes magistro indigẽt: vicia per se discunt. Un de saul vocauit ionatbã. j. Reg.xx. Filium mulieris vltro virum raptentis. Item est vnum vltra amare ambitio nis. Ambitiosi em̃ vltro se ingerũt nõ vocati. Un.ij. Ma chabeoꝝ.vj. Mulieres se vltro ingerebant in templum.

Item est vnũ vltro fructuose opationis: quia iusti bona opera faciũt voluntarie ꝓ seipsos. vñ Marci.iiij. Ultro. n. terra fructificabat. Item est vltro eterne saluationis: q: deus nobis vltro ⁊ liberaliter aperit paradisuꝫ. vñ Actuũ .xij. Venerũt ad portam ferream que du. ad ciuita. q̃ vltro aperta est eis: ⁊ sic sufficit.

Vlulare. vlulatus. Nota q̃ vlulatus nihil aliud ẽ q̃ plã ctus cum clamore eductus vel factus: seu sonus clamoro sus sine verbo. Nota igitur q̃ inueniunt in scriptura qua tuoꝛ gña vlulatuũ. s.

Bonoꝝ ⁊ perfectoꝝ.
Maloꝝ ⁊ peruersoꝝ.
Miseroꝝ ⁊ depressoꝝ.
Damnatoꝝ ⁊ desperatoꝝ.

Dico igit primo q̃ inue nit vlulatus bonus ⁊ vir tuosus. Boni em̃ in mise ria huius mũdi nõ lerant: sed potius vlulant ⁊ tristã tur. Canis em̃ qui est animal fidelissimũ: ex tribus causis videt ⁊ solet vlulare. s. q̃n suũ perdit dominũ: ⁊ maxime q̃n videt ipm mortuũ vel occisum: sicut multotiẽs exptum est Secũdo quãdo videt se ab dominũ pñtia solum in aliq̃ loco inclusum. Tercio quando antiquus est ⁊ sentit se ad mortis terminũ appropinquare. Quarto quãdo videt sibi mortem instare. Sic vere iustus quando videt xpm domi nũ suum mortuum ⁊ quãdo cogitat in ipsius passionem. Item quãdo se sentit inclusum in carcere carnis: corporis ⁊ in mũdi incolatus desolatione. Item quãdo videt se an tiquatuꝫ fuisse in vicijs ⁊ culparum infectione. Et quarto quando videt sibi paratam mortem infemi ꝓpter pecca ti cõmissionem. Et sic dico q̃ iusti babent vlulatum

Compassionis.
Compunctionis.
Desolationis.
Cõturbationis.

Itẽ iusti vlulant ꝓpter mortis xpi compassionem. Et sic potest dici illud Joelis.j. Flete ⁊ vlulate oĩes qui bi bitis vinum in dulcedine. Vinum em̃ sanguinis xpi quod fideles per tuotõnis dulcorem bibũt per xpi mortis compassionẽ sup ipsoꝝ vlulant atq; plangũt. Unde ibidem. Vlulauerũt vnicornes sup frumẽtovino et oꝛdeo quia periit: boc est dictuꝫ super xpo mortuo q̃ dicit

Frumentũ ꝯtum ad carnem.
Vinum ꝯtum ad sanguinem.

mam. Item isti vlulãt ꝓpter culparum com punctionem ꝓ sua spi ritali antiqtione. ⁊ sic dicit illud Esa.lxv. Clamabitis ꝓpter dolorẽ cordis: ⁊ ꝓpter contritionẽ spũs vlulabit. vñ Michee .j. Super hoc plangã ⁊ vlulabo: vadã spoliat? ⁊ nudus. Vide eã in tabula. Et Ihel.iij. Uox in rama audita ẽ ploratus et vlulatus ⁊c. Itẽ isti vlulant ꝓ pñtis incolatus ꝓlongatio ne: ⁊ pñtis carceris desolatõne. Et sic põt dici illus Joelis .j. Confusum est gaudium a filijs hominũ: accingite vos ⁊ plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris. Itẽ istivlulãt pre mortis eterne timore ⁊ turbatione: ⁊ sic sumit Ezechie lis.xxx. vbi dicit. Ululate: vevedici quia iurta est dies. Et Esaie.xxiij. Ululate naues maris q: vastata est fortitu do vestra q̃si diceret debẽt boni vlulare q̃n ve. i. vastitatez eterne mortis sibi metuũt imminere. Iste est ꝯ vlulat? bon? ⁊ virtuosus. Secõ dico q̃ est vlulat? malus ⁊ vicios us. Alique em̃ sunt aues tam paludstres q̃ nocturne q̃ pro can tu reddũt borribilẽ vlulatũ: sicut de vulis ⁊ bubonibus ⁊ onocroculis ⁊ noctuis q̃tidie expit. Sic vere kñi mali bo mines nõ solent sonuꝫ dulcẽ bonoꝝ verboꝝ emittere. sed ꝓ cantu laudis ꝓfessionis instructois ⁊ oꝛonis solẽt ꝓ ma la ꝛba quotidie vlulare. Unde nota q̃ mali vlulãt ⁊ clamã

Jnaniter. gaudendo.
Mordaciter rodendo.
Loquaciter deridẽdo.
Jactãter superbiẽdo.

Vlulant dico per ironiã exultationẽ. Vñ de filijs israel gaudẽtibus ꝛ ludẽtib⁹ dictũ est Exo. .xxxij. Vlulatus pugne auditur in castris. Sequit. Vocem cantãtũ ego audio. Jtem vlulant p mordacẽ detractiõez. Detractor em̃ nõ cessat vlulare: ꝛ vba detractoria seminare. vñ Esa. xiij. dicit. Or respõ debũt ibi vlule in edib⁹ suis sez destructe babylonis: ꝛ syrenes in delubris voluptatis. Vlule em̃ sunt detractores qui vlulãdo cum tristicia locunt. Syrene vo sunt adulatores qui vultu femineo blandiunt: q tamẽ simul bodie in babylone destructa. i. pfusa eccia morant. Jtez vlulãt p loquacem derisionẽ. Vox em̃ vlularũ ꝛ noctuarũ videt vox derisoria quia qñ aliquis deridet: illi libẽter dicit vel clamatur quia derisores nõ cessant alioꝝ facta horrere ꝛ cõtemnere: ꝛ de ipsis ioculare ꝛ vlulare: ita q eis põt dici illud Hiere. .xlvj. Vlulatus tu⁹ impleuit terrã. Jtem vlulant p iactantiam ꝛ elationẽ. vñ Esa. xvj. Audiuim⁹ superbiam moab q superbus est valde ꝛc. Sequit. Jdcirco vlulabit moab. Sic patet q inuenit vlulat⁹ malus ꝛ vicios⁹. Terio inuenit vlulatus pius ꝛ dulcorosus: ꝛ iste est vlulat⁹ pauperuz ꝛ depressoꝝ. q in tribulationib⁹ plangere ꝛ vlulare cogunt: tam p suis q̃ p miseriis alienis. vñ Ezech. xxj. Plange ꝛ vlula fili hominis. Et Hiere. lj. Cecidit babylon ꝛ contrita est vlulare sup eam. Quarto dico q est vlulat⁹ tristis ꝛ doloros⁹: ꝛ iste est vlulat⁹ damnatoꝝ: q. s. sicut lupus captus in pedica pre desperatione vlulare incipit: sic damnati. s. capti in inferno solent vlulatuz desperationis emittere Jacobi. v. Plorate ꝛ vlulate in miseriis vestris. Jsta igit de vlulatu sufficiant. Vide supra de lugere: flere: plorare: lamentare.

Vmbra. Nota q vmbra nihil aliud est q̃ fluxus quidam tenebros⁹. Umbra em̃ ꝛ tenebra differũt. Quia vmbra requirit luminis presentiã sup aliqd corpus occupatũ cadentẽ. Tenebra vo dicit totalẽ luminis carentiã aerẽ penitus occupantẽ. Notandũ igit q vmbra q̃tum ad suam similitudinariã apparẽtiã: ꝛ q̃tum ad suã virtutẽ ꝛ efficaciã multa signat in scriptura. Notabo igit q inuenio vmbrã

Humane conditionis.
Mũdane possessionis.
Diuine protectionis.
Supne absconsionis.
Interne deuotionis.
Eterne saluationis.
Peruerse puersationis.
Peccati corruptionis.
Obscure damnatiõis.

Dico q̃ primo q vmbra signat humanã pditiõem: quia humana vita vmbra dicitur et vmbre pie compat. Umbra em̃ nõ est corpus: sed corporũ similitudo: ꝛ ideo vmbra nihil habet de stabilitate: multũ aũt de mobilitate. Semp em̃ solet vmbra que a sole causat vel a luna currere ꝛ fugere: aut crescẽdo aut decrescendo fluere: ꝛ nunq̃ p vnũ momentũ pstare: posset tamẽ in eodẽ statu modicũ sistere vel manere q̃diu corpus cui⁹ vmbra est cõtingit supesse: quo tamẽ ãmodo statim solet deficere ꝛ cessare: ꝛ quia motuz lune ꝛ solis sequit: ideo trãsit ptinue ꝛ mouet. Sic vere charissimi humana vita mobilis est ꝛ nõ stabilis. fugax ꝛ nõ tenax: transiens ꝛ nõ manẽs exquo incipit nõ cessat currere amplius: ꝛ fm motuz solis ꝛ lune. i. fm ordinationẽ dei de etate ad etatem: de statu ad statum cõtinue ptrãsire: quousq̃ amoto corpe per mortẽ ptingat ipm penitus deperire. Et ideo pditionẽ suã mortalem cogitãs dauid dicebat. Sicut vmbra declinãs ablat⁹ sum ꝛc. Et ideo q vmbra vite humane comparet. bene pt̃z Esaie .xxxviij. vbi cuz Ezechias rex Juda post q̃ audisset q esset in primo moriturus: ꝛ quindecim annoꝝ dilationẽ impetrasset signũ dicte plongatiõis vmbrã horologij accepisse legit. Ad denotandũ q vita hũana vmbra est: ꝛ sicut vmbra fugit ꝛ perit ꝛ vagat Ps. Homo vanitati similis factus est ꝛc. Jsta est em̃ vmbra nõ corpus nec res firma. sed solum similitudo corporꝝ ꝛ valde vana: qđ patet: quia qui vmbram apprehẽdere querit: cũ ipam apprehendẽ crediderit: nil tenebit. Quia ista nõ est vere vita: ſ similitudo vite: que. s. vbi habere credit: subito p mortẽ fugere ꝛ euanescere etiam reputur. Ps. Dies mei sicut vmbra declinauerunt ꝛc. Et ideo dauid. j. Paral. xix. dicebat de vite vanitate. Peregrini ꝛ aduene sumus coram te dies nostri sicut vmbra sup terraz ꝛ nulla est mora. Signat ergo vmbra humanam conditiõem. Secũdo dico q significat mundanam possessionem. Mundi em̃ psperitas vmbra dicit: eo q nulla firmitate fulcitur: sed faciliter perit ꝛ deficit: defluit ꝛ cassatur. Quia breuiter oia mũdi bona vmbra sunt: ꝛ sic vmbra transeũt ꝛ recedũt Sap. v. Quid nobis pfuit superbia aut diuitiarũ iactãtia: transierũt omnia sicut vmbra ꝛc. Umbra em̃ habet multas pprietates: quia scilicet ipsa est

Caloris solis repressiua.
Luminis obscuratiua.
Maturitatis fructũ retardatiua.
Melancolie generatiua ꝛ nutritiua.
Serpẽtũ ꝛ colubrũ amica ꝛ nutritiua.

Sic vere vmbra mundane pspetitatis: reprimit calorem charitatis: obscurat splẽdorem veritatis: retardat maturitatez bonestatis: generat merorem tristicie ꝛ sanctitatis: nutrit ꝛ sustentat serpentes ꝛ colubres. i. cõmunitatẽ omnis maligne societatis. Quia sicut videmus q illi qui sunt in vmbra pspentatis: carent feruore dilectionis. Et sic dicitur q ionas fecit sibi vmbraculum pter estum Jone. iiij. Jtem carent splẽdore cognitionis. Quia sez q̃tum ad illa que ptinent ad salutem sunt in obscuris. Unde Job. iij. Obscurent eum tenebre ꝛ vmbra mortis: ꝛ loquit de die psperitatis. Jtem carent maturitate honeste puersationis. Quia illi gaudent in vmbra p speritatis sunt insolentes ꝛ leues. Unde Ezech. xvij. Uniuersum volatile sub vmbra frondiũ eius nidificabat. Jtez isti habent melancoliã timoris ꝛ turbationis. Teste em̃ Seneca. Quantũ accessimus ad successum: tantũ accessimus ad metum. Umbra em̃ psperitatis habet timores varios ad mixtos. Unde ps̃. dicit. Humiliasti nos in loco ꝛc. Jtem isti habent colubres ꝛ serpentes. i. homines omnis peruerse conditionis. Quia sepe fit bodie q illi qui sunt amplius peruersi ꝛ serpẽtes: sunt in vmbra psperitatis maiores scabini ꝛ diuites. Unde de behemoth Job. xl. Or in vmbra dormit in secreto thalami in locis humentibus. Et sic dico q vmbra significat mundanã possessionẽ. Et si vis pone quo modo ista vmbra fugientes insequit: ꝛ insequẽtes fugit: et quomõ illos qui vertũt sibi faciẽ solet fugere: ad illos vo q̃ vertunt sibi dorsum solet currere. Quia vmbra, psperitatẽ mũdane si ibi p affectũ asperaris ꝛ p amorẽ ad eũ cõuerteris: ipam q̃ ambiendo ꝛ pcurãdo secut⁹ fueris solet fugere. Quia vir tales possunt ad ea que cupiũt attingere. Unde Job. xiij. dicit: q ista q̃si flos egredit ꝛ conterit: ꝛ fugit velut vmbra. Ad illos vo qui ipsos fugiunt ꝛ ptemnunt: ꝛ q̃ dorsum cõtempt⁹ ꝛ displicẽtie sibi vertũt: solet accedere ꝛ venire sicut de iona legit Jone. iiij. Sup cuius caput ex insperato orta est edera faciẽs sibi vmbrã. Et ista q̃tidie videmus de multis q toto tpe vite sue ambiũt pmotiones: nec ad eas attingũt: ꝛ de multis qui pmotiões cõtemnũt: ꝛ cõtra spem ad eos veniũt ꝛ accedũt. Quia fm Grego. Ad dignitates ambientes depelli debent: ipsas fugientes inuiti cõpelli. Et si vis põt adhuc poni: q illi qui faciẽ cordis ad solem iusticie vertũt p affectionẽ. s. boni ꝛ iusti: vmbrã ꝛ eminentiam sui status ꝛ statũ mũdane glorie retroponunt. Et ecõtra qui istam vmbrã habent pre oculis: solem iusticie p culdubio contemnũt ꝛ ab eius aspectu necessario se diuertunt. Breuiter igitur hoc est verũ q ista vmbra multa mala facit: ꝛ multa vicia introducit. vñ Sap. xv. Sic in errorẽ induxit nos mala artis cogitatio ꝛ vmbra picture. Multa possunt dici de vmbra psperitatis: que supra in multis titulis sunt inserta. Patet ergo q vmbra signat mũdanam possessionem. Terio dico q significat diuinam protectionem. Deus em̃ dicitur habere vmbram id est potentiam ꝛ virtutem. Umbra em̃ ex corpore resultat: ꝛ vltra corpus se extendit: et sepe accidit q vmbra videtur dato q corpus minime videatur. Sic deus vmbram sue gratie ꝛ potentie longe lateq̃ diffundit: ꝛ q̃uis persona non appareat: vmbra tamẽ ꝛ resultatio sue potentie ꝛ bonitatis ꝛ clementie omnibus innotescit. Sub ista vmbra petebat reponi dauid et a tribulationibus ꝛ tentationib⁹ protegi ꝛ tueri ps̃. Sub vmbra alarum tuarum protege me ꝛc. Et alibi. In vmbra alarum tuarũ sperabo. Quarto significat supnam absconsionem ꝛ diuinam incarnationem. Caro em̃ ꝛ humanitas vt supra dictum est vmbra sunt: in qua deus fuit absconditus: quãdo fuit in ventre matris incarnatus. Et ideo eius

mēdatio obumbratio dicit. Sicut etiam angelus testat Luce.j. Spūssanctus superueniet in te ꝛc. Ut sic ō deo patre dicat ipse xp̄s illud Esaie.xlix. Dominus ab vtero vocauit me. Sequit. Sub vmbra manus sue abscōdit me ꝛc. Job .xxvij. Quasi custos fecit vmbraculum. Quinto dico q̄ significat interiorem gr̄am ꝛ deuotionem. Umbra ēm refrigerat fatigatos. Sic deus ꝛ gratia iuuat ꝛ temperat in tentationibus calefactos. In cuius signum belyas in vmbra iuniperi dicit obdormisse. ꝛ se ibi p̄re laboribus ꝛ feruoribus recreasse.iij. Reg.xix. Ūm de gratia diuina ꝛ de deuotione potest dici illud Esaie.xxxij. Or ipsi sūt sicut riui aquarum in siti ꝛ sicut vmbra ꝛc. Sexto dico q̄ vmbra significat eternam saluationē: quia gloria paradisi dicit vmbra p̄o eo q̄ ibi delectatio ꝛ refrigerium inuenit. Unde de anīa beata p̄t dici illud Cant.ij. Sub vmbra illius quē desiderabam sedi ꝛ fructus eius dulcis ꝛc. Septimo dico q̄ signat inanē cōuersationē. s. vitaz ꝛ cōditionem hypocrite ꝛ cuiuslibet peccatoris: qui nō sunt res sed vmbre inq̄tum sunt ficti ꝛ non veri: sicut ad literā patet de hypocritis: falsis amicis ꝛ adulatoribus. Nam sicut vmbra se solet p̄formare corpori cuius est vmbra: ita q̄ eo moto mouet: et eo sistente sistit. Sic adulator alīs p̄o viribus se conformat: ꝛ ad eorum conditiones se variat atq̄ mutat. Umbra ēm nullam habet sistentiā. sed solum quādam imaginariam ꝛ falsam apparentiā: ꝓpter quod poete animas descendentes vmbram vocauerūt ꝛ appellauerūt p̄o eo q̄ ip̄as esse sine soliditate affirmauerūt: sic ypocrite in bono nō firmātur. quinimmo bonis fictis ꝛ imaginatione simulant alīs Unde de eis potest dici illud Judic.ix. Umbram montiuz vides quasi hominū capita ꝛ hoc errore deaperis. Sicut ēm videmus q̄ vmbra semp in parte opposita soli ꝛ nunq̄ a parte solis inuenit. Sic vere peccator per peccatū ꝛ obstinationem soli iusticie opponit: ꝛ nunq̄ a parte eius per gratiam reperit Esaie.xxxviij. Reuerti faciam vmbram in horologio achaz in sole retrorsum ꝛc. Et sicut maiores arbores faciunt maiorem vmbram. Sic illi qui sunt in claustro ꝛ in statu maiori: sunt q̄tum ad vicia vmbrosiores: et viciorū tenebris depressiores. Et si vis pone quomodo in vmbra arborū requiescūt serpentes. i. mali familiares. Et pone figuram sub arbore danielis: sub cuius vmbra animalia habitabant. Octauo dico q̄ vmbra significat peccati corruptionem. Umbra ēm locum vbi est obscurat ꝛ lucet priuat: ꝛ etiam sterilitatem efficit ꝛ ꝓcurat. Loca ēm vmbrosa solent esse sterilia ꝛ fructibus vacua ꝛ inania. Sic vere vmbra peccati lucem gratie tollit: obscuritatem ignorātie inducit: ꝛ fructū bonorū operū impedit ꝛ euellit. Unde peccator ō demonibus potest dicere illud in p̄s. Posuerūt me in lacu inferiori ꝛc. Nono dico q̄ signat inferni habitationem. Quia sicut Job dicit illum locum terram tenebrosam ꝛ opertam mortis caligine vbi est vmbra mortis ꝛ nullus ordo Job.x. Sic patet quomodo vmbra significat in scriptura. Uide supra de obscuritate: tenebra: caligine et similia.

Vde. Nota q̄ vnde quādoq̄ ponit positiue: sic Jobā.iij. dicit de spū. Nescit vnde veniat aut quo vadat. Interrogatiue: sicut vbiq̄. Et sic dico q̄ ponitur

Reprehensiue. Ponit dico reprehensiue: ꝛ sic reprehendebat angelus agar que a sua domina fugiebat. d. Gen.xvj. Agar ancilla saray: vnde venis aut quo vadis?
Inquisitiue.
Execratiue.
Denegatiue.
Admiratiue. Sequit. Reuertere ꝛ būiliare sb̄ manu domine tue.
Dubitatiue.

Item ponit inquisitiue. ꝛ sic ponit. j. Reg.xxx. vbi dauid inquirēs egyptiū dixit. Quis es tu: ꝛ vndevenis: aut quo vadis? Itez ponitur execratiue: ꝛ sic ponit. iiij. Reg.v. vbi belyzeus execrāda lepram symoniace cōtractā a giezi: dicit ei. vnde venis giezi: q̄si dicat male fecisti. Item ponitur denegatiue seu desperatiue: ꝛ sic ponit Jobis.vj. vbi apostoli carētes pecuniam diterūt. vñ ememus panes vt manducēt bij. Et .iiij. Reg.vj. vbi de muliere fame peunte dicit rex. Ūm possum te saluare: de area an de torcular: quasi diceret de nullo. Item ponit dubitatiue Jobis.iij. vbi mulier dubitando dicebat: domine neq̄ cum quo haurias habes. vnde ergo aquam habes viuā. Item sumit admiratiue: ꝛ sic sumit Luce.j. vbi dicit Elizabeth virginis humilitatē admirās. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? et sic sufficit.

Vndecim. Cum numerus vndenarius sit ille q̄ primo transgredit denarium dico q̄ potest significare in malo: quia significat illos q̄ transgrediūt decalogum mandatorū. Et sic potest dici illud Matth. .xxviij. Or vndecim discipuli abierūt in galyleam: quia scilicet galylea interpretat transgressio vel transfiguratio.

Item numerus iste est medius inter denarium ꝛ duodenum: ꝛ sic signat in bono. sez illos qui in bono ꝓficiunt: et qui de obseruātia decem mādatorū: ad fidez mādatorū: ad fidem duodecim articulorū ascendūt. Et sic vndecim discipulis dicit dom̄s apparuisse Marci.xvj. Unde saga vndecim dicunt in tabernaculo fuisse Exodi.xxxvj. Et vndecim stelle dicunt Josep̄h in somnis adorasse Gen. xxxvij. Quia scilicet viri iusti: qui vndecim dicuntur esse: solent a deo visitari per specialem dilectionē: solent sicut saga tabernaculū tegere p̄ diligentē defensionē: solent insup sicut spirituales iosephā. xp̄m adorare p̄ obedientiā ꝛ deuotionem ꝛc. sufficit: ad ostendendū si contingat q̄ vndecim in bono sumit ꝛ in malo.

Vndiqz. Nota q̄ vndiqz idem est q̄ in omni parte. Et nota q̄ inuenio

Undiqz bonorū. Dico q̄ boni vndiqz habēt victorias
Undiqz malorū. vnde de dauid dr̄ Ecc.xlvij. Or contriuit inimicos suos vndiqz. Item
Undiqz miserorū. q̄ mali agunt vndiqz nequicias. Ūm
Undiqz dānatorū. Ezech.xvj. loquitur de mala muliere dicens. Domabas inq̄t amatores tuos vt intrarēt ad te vndiqz ad fornicādum tecū. Item q̄ miseri portant vndiqz molestias. vñ Dan.xiij. Angustie mihi sunt vndiqz. Itē damnati habēt vndiqz tristicias .ij. Paral.xv. Mō erit pax ingredienti ꝛ egredienti: sed terrores vndiqz Job.xv. Or nō credit q̄ reuerti possit de tenebris ad lucem circūspectans vndiqz gladium. Item beati habēt vndiqz leticias. vnde dauid dicit .ij. Reg.vij. Quia dominus dedit ei requiē vndiqz de inimicis suis.

Vngere. vnctio. vngentum. Cum vngentū semp mihi denotet pinguedinē que est materia vnctionis. Hinc est q̄ ꝑm diuersitatē pinguedinū potest poni diuersitas vnctionum. Sic ergo generaliter possum dicere q̄ in scriptura inuenit vnctio. scilicet

Deotorum. Prima est vnctio fructus ꝛ dulcoris. s.
Prelatorum. vnctio gratie ꝛ deuotionis. ꝛ influentie
Peccatorum. spūssancti. De qua Esaie.lxj. Spūs dñi sup me eo q̄ vnxerit me. Secūda est vnctio status ꝛ bonoris De q̄.ij. Reg.v. Unxerūt dauid in regem sup israel. Tercia est vnctio luxurie. Et ista est vnctio mūdane ꝓsperitatis: ꝛ humane carnalitatis: aut adulatorie suauitatis. de q̄ dicebant impij Sap̄.ij. Vino pretiosoꝝ vngento implemur nos. Igit ꝑ ordinē de istis vnctionib⁹ differam⁹. Primo ergo dicam⁹ q̄ est vnctio deuotionis interioris. boni dicuntur vncti p̄o eo q̄ virtute spūssancti sunt pleni. qua fiunt mites. dulces. suaues ꝛ misericordes. humiles ꝛ benigni

Res.n. vncta ꝛ vnctuosa. Sicut ptz de pānis q̄ in liminib⁹ ponunt. q̄ solēt ungi. vt sint suauiores. De
Est suauior qñ tangitur.
Est dulcior quādo comedit.
Est plicabilior qñ impellit. ficub⁹ ꝛ dactilib⁹ q̄ quātoplus habēt vnctuositatis. tāto sunt dulciores. De sotulari bus qñ sunt vncti q̄ sunt plicabiliores ꝛ ne ledāt aptiores ꝛ meliores. Sic ꝓcul dubio q̄ gr̄a spūssancti sunt vncti. sūt suaues ꝑ benignā ꝓuersationē. sunt dulces ꝛ maxime pauperib⁹ ꝑ piam ꝛ clementē miserationē. sunt molles ꝛ plicabiles ꝑ humilē obedientiaz ꝛ subiectionē. Et ideo breuiter ꝑ humilē obedientiaz ꝛ subiectionē. Et ideo breuiter q̄ tali vnctione fuerūt inūncti. tā deo q̄ ꝑ plato q̄ primo sunt accepti. vñ .ij. Reg.xij. Surrexit igit dauid de terra ꝛ lot⁹ vnctus q̄ē. Tales ḡ a deo spūalit inunguntur ꝛ sibi spāliter dedicant. Figurati in tabernaculo ꝛ in vasis ei⁹. qui oleo fuerunt inuncta: qñ dño fuerunt consecrata. Ad denotandum q̄ si deo volumus specialiter cōsecrari. necessario est nos oleo diuine gratie inungi Numeri. vij. Compleuit

moyses tabernaculum ⁊ erexit istud. vnxitq; istud ⁊ sanctificauit. Aduerte tamē q; sicut medicus vtit qñq; vngentis mordificatiuis: qñq; vngentis mitigatiuis: qñq; vngentis reparatiuis. Quia. s. mordificatiua solent rodere cruores malos. Mitigatiua solēt linire graues dolores. Repatiua solent replere deperditos humores ⁊ replere plagas ꝓfundi ores. Sic vere charissimus medicus salutis deus triplici vngento solet suos inungere ⁊ linire. s. Vngento mordificatiuo doloroſe tribulationis. Vngento mitigatiuo mūdialis consolationis. Vngento reperatiuo spūalis inspirationis. Penuria ⁊ tribulatio crimina rodunt atq; lacerant. Temporalis vo ꝓmotio ⁊ consolatio sedant atq; tēperant. Gratia vo ⁊ deuotio virtutes augent atq; repant. Et sic dico q; deus vngit mordificando per asperas tribulatiōes. De myrrha ⁊ aloe q; sunt species amarissime fiunt vngenta q; bus carnes supflue consumunt: q; bus corpora mortuoꝝ conduntur: q; bus mulieres vt redoleant inunguntur. Quia ꝓ culdubio ihū vngenta tribulationis ꝓtritionis ⁊ pnie que amaritudine ⁊ difficultate sunt plena rodunt a nobis oēm supfluam carnalitatē: cōdiunt nos ne putrescamus p iniq; tatem: ⁊ nos redolere faciunt p virtutē ⁊ famositatē. vnde Cant. iij. dicit. Dz in orto sponsi erat mirrha ⁊ aloe cū vngentis pigmentarioꝝ. De iudith etiam dicit Judith. x. vt melius fragraret ⁊ redoleret. vnxit se de myrrha optima. Etiam de maria legit q; ipsa vnxit pedes Jesu ⁊ etiā osculabat. sicut Luce. vij. dicit. Maria eīm. i. amaritudo pnie ⁊ ꝓtritionis debet pedes Jesu. i. simplices ⁊ subditos q; sunt pedes Jesu: ⁊ inferiores corporis ecclesie vngere. a q; vnctione non debet osculum charitatis abesse. imo semp debet vngentū istud cum osculo ⁊ cū correctiōe dilectio interesse Job. xj. Erat aūt maria q; vnxit pedes dñi cū vngēto. Vngit ꝯ deus seu prelatus mordificādo p aspas tribulatiōes.

Deinde dico q; ipse vngit mitigādo p mūdanas cōsolationes. Sepe eīm fit q; deus iustis vnecturam mūdanaꝝ cōsolationū immittit. p quā ne succūbant in laboribꝫ eos lenit. Nota eīm q; rota q; drige nunq; sine stridore onus portaret. si ipm auriga aliquādo non vngeret vel liniret. Et iō auriga noster deus sub onere tribulationū ⁊ laboꝝ ne per impatientiā murmurem? ⁊ strideam us aliquibus consolationibus nos solet vngere: ⁊ semp cū tentatione ꝓficuum facere: ⁊ rigoꝝ dulcedinē immiscere Ps. Unxit te dꝫ tuus oleo leticie. In quo etiā docet nos ipse deus q; alios tristes desolatos ⁊ paupes oleo misdie inungam? ⁊ cū eo rū tribulatiōibꝫ. oleū misdie ⁊ ꝓsolatōis misceam?: ⁊ eos qñ indigent beneficijs adiutoꝝijs ⁊ verbis ꝓsolatoꝝijs mulceamus. Exemplo filioꝝ israel: de quibus. ij. Paral. xxviij. Dz frēs suos filios iuda. nudos. captinos. famelicos. vestierunt ⁊ calciauerūt. cibo ⁊ potu refecerūt: ⁊ ꝓter laborem unxerunt: ⁊ debiles in iumētis imposuerūt ⁊ ad ꝓpriā patriā redurerūt. Ut sic ꝺ quolibet pio ꝓsolatiuo dicat istud Eccl. xxxviij. Curās mitigabit dolorē: ⁊ vngētarius pigmēta facit suauitatis: ⁊ vngēta conficiet sanitatis. Denicq; dico q; deus vngit p gratie inspiratiōes ⁊ infusiones. Me dicus eīm postq; vsus fuit vngēto corrosiuo ⁊ linitiuo. videns iam melius sanitati ꝓpinquū vtit vngento cōsolatiuo siue cōsolidatiuo. ⁊ carnis deperd itegeneratiuo: ⁊ cycatricis vulneris repletiuo. Sic vere deus postq; mentem vi cijs vulneratā p correctiones ⁊ ꝓsolatōes sanitati reddit solet vngentū gratie adhibere ⁊ virtutes deperditas reparare: ⁊ cycatricē anime. i. vacuitatē virtutū ad plenitudinem restaurare. Et sic anime vulnerate videt dicere illud quod dictum fuit Ruth. iij. Lauare ⁊ inungere. ⁊ induere culcioribus vestimentis. dico Laubre p correctionē ⁊ penitētiaꝫ. Ungere p deuotionē ⁊ gram. Induere per virtutū cumulatiōem ⁊ abundantiā. Hic anime tria inunguntur ꝓncipaliter. s. Puritatis nuda stitudo. Pietatis fluida mititudo Honestatis florida pulcritudo. De lauare ⁊ induere potes videre supra. De unctione vo pietatis nota q; sicut arbores que habent unctuosum fructum siue humorem. sicut pinus ⁊ abies solent virere: nunq; eīm perdunt viroꝝ nec hyeme nec estate. Et ideo dico q; pinus ⁊ abies solent

Perbenniter virere.
Faciliter ardere.
Suauiter berere.

Primo dico q; perbēniter virere solent: quia nunq; pdūt viroꝝ. nec hyeme

Utiliter valere.
Lumen mundo prebere.
Odoris fragrantiā exhibere.

nec estate. Secundo arde re quia rōne pinguedinis ⁊ humoris faciliter inflamāt. Tercio berere: quia digit⁹ statim adberet arbori ꝓpter gūmi tenacitatem. Quarto valere: quia gūmi ⁊ fructū ꝓferunt. Quinto ꝓbere lumen quia de talib⁹ gummis fiūt quādoq; candele. Sexto exhibere odoris fragrantiā: quia tales q; cōsueuerūt esse aromatice. Sic vere charissimi illi qui sunt in corde unctuosi ⁊ pij: ⁊ qui unctione spūssancti sunt pleni ⁊ adipe deuotionis ⁊ gratie sunt imbuti. Isti dico pbenniter virent p mētis alacritatē Ps. Unxit te dꝫ deus tuus oleo leticie cē. Item faciliter ardent p amorem ⁊ charitatē. unde Luce. vij. dicit. Dz maria unxēdo oscu labat. in quo ardor amoris intimi denotat. Item suauiter berent p concordiam ⁊ unitatem. unde. j. Paral. xxix. dicitur: q; salomon qui interpretat pacificus mungit. Itē uti liter valet per elemosynā ⁊ largitatem. Unde de pauperibus potest dici illud Matth. vj. Ungebant multos egros oleo. i. elemosynis. Item lumē alijs prebēt per sapientiam ⁊ discretionē. j. Joh. ij. Unctio eius docet vos de omnibus. Item odorem emittunt ⁊ exhibēt p bone fame fragrantiā ⁊ diffusionem: quia sicut dicit Eccs. vij. Melius est nomē bonum q; unguentum preciosum. Quia sicut dicit Prouer bioꝝ. xxvij. Unguentis ⁊ varijs bonis odoꝝ delectat cor. De gratie ergo unctione possum⁹ dicere q; figurat in puero baptisato: qui aqua lauat. ⁊ crismate inungitur ⁊ lineis vestib⁹ cē. Et sic anime per gram inuncte potest dicere illud Ezech. xvj. Lauī te aqua. unxi te oleo. vestiui te diuersis⁹ Sic ergo patet q; deus triplicit er unxit bonos. Patet ergo q; est unctio deuotionis interioris. Secō dico q; ē unctio ꝓmotionis superioris. Et sic dico q; per unctionem in scriptura electio ⁊ ꝓmotio designant. Uidemus q; per dicta scripturarū ⁊ antiquoꝝ quatuor genera personarum solebant inungi. quando ad aliquem gradum auctoritatis debebant erolli. Et sic dico q; ungebantur Rex quādo coronabat. Pontifex quādo ꝓsecrabat. Athleta qñ preliabat Prophet quādo instituebat. De rege eīm habem⁹ q; debet inungi. iij. Regū. ix. vbi dicit q; dictū fuit Jesu. unxi te regem sup populum domini. De pontifice vo patet Exodi. xxix. vbi de aaron summo pontifice dictū est. oleum unctionis funde super caput eius. De athleta vo dicit Jsidorus q; in signum fortitudinis inungebat. Ad qd dicit ipsa scriptura de saul in bello occiso. ij. Regū. j. Abiectus est clipeꝫ fortiū. clipeus saul ac si nō esset unctus. De ꝓpheta vo dicit. iij. Reg. xix. vbi dictum est helye. Helyzeū aūt inunges ꝓphetam pro te. Sic vere charissimi dico q; ille debet in prelatū eligi ⁊ inungi qui est rex se ⁊ alios regendo Pontifex pontem ad paradisum p bona opera faciendo. Athleta cōtra hostes spūales viriliter pugnando. Propheta multa ⁊ ꝓficua viriliter ꝓuidendo. Quia ꝓcerto charissimi q; cūq; est prelatus habet officium regis ⁊ pontificis. ⁊ imperatoris ⁊ pastoris. athlete ⁊ ꝓpugnatoris. ꝓphete ⁊ ꝓdicatoris. Et p pter hoc qui est dignus ⁊ sufficiens ad ista debet in prelatū erigi ⁊ instituī in pastorē ⁊ inungi. ij. Regū. ij. Unxerūt sibi dauid ut regnaret sup domū iuda. Ubi nota q; tria sunt necessaria cuilibet electo ⁊ inuncto. scilicet q; ipse debet esse

Mitis in cōuersatione.
Utilis in administratiōe.
Fortis in operatione.

Primū ꝓbat suauis electus unxerūt. Secm culminis perfectura. ut regnaret. Tercius virū statura. dauid. Quia ꝓculdubio charissimi prelatus debet habere in cōuersatione siue in cōuersando debet esse pius suauis ⁊ uosus ⁊ mollis. i. dulc placabilis ⁊ benign⁹ unxerūt unquit. Item debet habere in operando virilitatē. quia ipse debet pre ceteris viriliter agere. ⁊ in fortitudine ⁊ viribus abundare. quod ostendit cum dicit dauid. qui interpretat manu fortis. Item in gubernando utilitatem: quia ipse debet exercere officium suum publicum. ⁊ ideo istud debet sedule facere ⁊ exercere utiliter. quod ostendit cum dicitur regnaret. Dico igit q; prelatus inungit quando eligit ad suauiter cōuersandum. quod ostendit cum dicit unxerunt. Quia. s. prelatus debet esse unctus. i. dulcis suauis plicabilis ⁊ tractabilis ⁊ pius ⁊ benignus. ⁊ pauperib⁹ subueniens ⁊ delinquētibus cōdescendēs. ut sibi dicat illud Ruth. iij. Lauare ⁊ inūgere ⁊ induere cultioribus vesti

mentis ꝛc. Dic de vnctione per omnia sicut in tercio membro vbi inuenies de oleo vnctionis ꝛc. Quod tamē est contra multos qui non videnē esse vncti: quia nō sunt dulces nec pij. nec tractabiles: nec benigni: sed duri: crudeles ꝛ impij ac maligni: quibus videē dictum illud Mich. vj. Calcabis oliuam ꝛ non vngeris oleo. Et bene calcabūt oliuaz. quia isti hodie vere calcant ꝛ vilipendūt oliuam pietatis ꝛ virtutem: quia studēt habere feditatem ꝛ maliciam plus q̄ benignitatem aut clementiam: vt sic dicanē illud Deutrono. xxviij. Oliuam habebis in omnibus terminis tuis ꝛ non vngeris oleo. Non sic charissimi sed inungamur quilibet ad suauiter ꝓuersandum Item dico q̄ inungitur ad viriliter opandum. dauid inq̄t id est manu fortis bene operando. ꝛ tentationibus ꝛ tribulationibus viriliter resistendo. Exemplo nauis q̄ contra fluctus maris fortior est. quādo ipsa pice ꝛ bitumine est inuncta. Quia et quo quis in p̄latum est inunctus: nunq̄ debet amplius tentationū ꝛ tribulationum fluctibus esse victus. dauid inquit. In ps. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. ea. me. aux. ei nihil proficiet ꝛc. Quod est contra multos qui debiliores ꝛ deteriores efficiuntur. quando ad dignitatem ꝛ apicem inunguntē similes cicadibus qui in oleo solent mortificari. Quia multi sunt qui anteq̄ eligerent erāt boni ꝛ postea fiunt mali. Unde istud predictum. ij. Reg. j. Abiectus est clipeus saul quasi non esset vnctus oleo. Nō sic charissimi sed sim⁹ dauid manu fortis. ij. Reg. xij. Surrexit dauid de terra ꝛ lotus ꝛ unctus est. Iste igitur inungitur ad bene operandum. Item dico q̄ inungit ad sedulitē impandum. quod ostendit cū dicit regnaret. Regnare enim est officium sedulitatis. auctoritatis. seueritat⁹. nobilitatis ꝛc. vide supra de rege ꝛ regnare. Unde. iiij. Reguz. xj. dī. Fecerūt eū regem et vnxerūt. Sic igit patz quomodo p̄lat⁹ inungit

Et sic dico q̄ est quedam vnctio
Ad imperandum. promotionis superiozis. Terco
Ad operandum. dico est quedā vnctio corruptois ꝛ
Ad miserandum. sic dico q̄ mali vnguntē tripliciter. scilicet malo vngento: ꝛ illud est vngentum
Inflamatiuum. Primum est. ꝓsperitas mūdialis qđ
Maculatiuum. inflamat ꝓ auariciam. Unde de pessimo aza dī. ij. Paral. xvj. Posuerunt
Linitiuum. eum super lectum plenum aromatibus ꝛ vngentis mereticijs ꝛ combusserūt eum ambitōne nimia. Unde de dyabolo dī Job. xlj. Oz feruescere facit quasi ollam profundū maris id est cor peccatoris diuitis: ꝛ ponet q̄si cum vngenta ebulliunt. Scōm est carnalitas corporalis que maculaz contrahit per immūdiciam. Nihil em̄ vestes magis maculat q̄. s. vngentū. Unde mulieri meretrici est dictum illud Esa. lvij. Dilatasti cubile tuum. sequē. ornasti te regio vngento ꝛ multiplicasti vngenta tua ꝛc. Tercium est verbositas notialis. s. adulatio que vngit ꝛ lenit auditores ita q̄ dolorem non sentiunt aliozuz. Unde Amos. vj. Bibentes vinum in fialis: ꝛ optimis vngentis delibuti: nihil compatiebanē super contritōem Joseph. Ista ergo sunt vngenta mala que debem⁹ fugere ꝛ horrere ꝛ ab eis totaliter abstinere. Exēplo hester de qua legit Hester. xiij. Oz ꝓ vngētis varijs cinere ꝛ alicio impleuit caput ꝛc. Et sic patet q̄ sunt tria genera vnctionū vel vngentoz.

Vniuersus. vniuersitas. Nota de vniuersitate inquātum accipit ciuiliter pro cōmunitate nihil ad p̄sens. veritamen inquātū signat integritatē. totalitatē ꝛ generalitatē rerū. Notabo q̄ i scptura inuenit. s. vniuersitas

Videnda. Dico q̄ est videnda vniuersitas creaturarum: in quibus resultat potētia. bonitas
Credenda. diuina ꝛ sapientia. Ista em̄ vniuersitas debet videri ꝛ cum diligentia admitari. vnde
Tenenda. Eccs. vij. Lustraui vniuersa animo meo vt
Habenda. scirem: considerarem ꝛ quererem sapiētiā
Sectanda. ꝛ rationem. Item est vniuersitas credēda: ꝛ ista est vniuersitas articulozuz: quia
Vitanda. sicut dī in Psal. Opa domini vniuersa bona valde. Opera domini ꝓut sunt illa. de
Horrenda. q̄bus duodecim sunt articuli. Itē est vniuersitas tenēda ꝛ illa est vniuersitas dei mādatoz: de q̄ dī
Timenda. Hieremie. j. Ad oīa q̄ mittaz te ibis ꝛc. Itē est vniuersitas habenda: ꝛ ista est vniuersitas bonoz operum virtutum ꝛ meritorum: de qua potest dici istud Gen. xlj. Venēt
Petenda. septem sterilitatis anni in vniuersa terra. Item est vniuersitas sectanda ꝛ ista est vniuersitas boim iustoz. Unde
Regenda. ij. Regū. v. Venerūt vniuerse tribus isrl ad dauid. Itez
Attēdenda. est vniuersitas vitanda ꝛ ista est vniuersitas malor̄ hominum: de qua dicit istud Numeri. xxxij. q̄ domin⁹ circūdu, uit eos ꝓ desertū donec consumerē vniuersa multitudo q̄ fecerat malum: ꝛ ista est vniuersitas que semp ad malum parata est. Unde Matbei. xxvij. dī. q̄ ad crucifigendū dominum congregauerūt vniuersam cohortem. Item est vniuersitas horrenda: ꝛ ista est vniuersitas viciozum. de qua in Ps. Vniuersum stratum eius ver. in infir. eius. Stratus em̄ in quo iacet peccator: sunt ipsa peccata. Item est vniuersitas timenda: ꝛ ista est vniuersitas tormentoz. Unde Luce. xxj. q̄ pressura gentium maris fluctus ꝛ expectatio supueniet vniuerso orbi. Item est vniuersitas petenda ꝛ ista est vniuersitas celestium premioz: de qua potest dici illud Ps. Domini est terra ꝛ plenitudo eius ꝛc. Item ē vniuersitas regenda: ꝛ ista est vniuersitas subditoz. de qua Actuū. xx. Attendite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo posuit vos spūs sanctus regere ecclesiam dei. Item est vniuersitas attendēda: ꝛ ista est vniuersitas mortis singulor: quia vniuersi mortales sumus Psal. Uerūtamen vniuersa vanitas omis homo viuēs. Quia sicut dicit Job. xij. In manu domini anima omis viuentis ꝛ spūs vniuerse carnis hominis. Sufficiat quia sterilis est materia. Uide supra vbi omis ꝛ multitudo ꝛc.

Vnitas. vnus. Nota vnitas in scriptura sumitur multis modis: sed q̄a iste numerus diuersas habet proprietates: ideo etiam habet diuersas significationes. Unde nota q̄ vnus sumitur
Quādoq; ꝓ eminenti seculari dignitate. Accipit dī
Quādoq; ꝓ mentis indiuisa simplicitate. co ꝓ eminē.
Quādo ꝓ populi aggregata cōmunitate. ti ꝛ seculari
dignitate. Et sic sumit Eccl. j. Unus est altissimus creator omniū. Item sumit pro mentis indiuisa simplicitate Eccl. xvj. Melior est vnus timens deum q̄ mille filij impij. Itē sumit pro coniuncta cōmunitate: ꝛ sic dī Actū. iij. q̄ multitudinis credentium erat cor vnum ꝛ anima vna: Dicamus igit q̄ vnitas signat in bono ꝛ in malo. Et primo de vnitate bona dicamus q̄ inuenitur vnitas. scilicet.

Superior que debet admirari. Primam vnitatē facit. s. cōmunitas indiui
Interior que debet integrari. sibilis. de qua Joh. x.
Exterior que debet aggregari. Ego ꝛ pater vnum sumus. Secda est mentis simplicitatis.
Prima est summe diuinitatis. Tercia est iuncte fraternitatis. facit veritas inenarrabilis. de qua Eccs. vij. Virum repperi vnum de mille. Terciam vnitatem facit charitas insepabilis. de qua. j. Cor. vj Qui adheret deo vnus spūs est. Dicamus ergo primo q̄ est quedam vnitas diuinitatis. ꝛ ista est illa qua deus est Unus ꝛ non duo q̄tum ad essentie cōmunitatē. Unus q̄tum ad potentie singularitatem. Unus q̄tum ad principij ꝓductiuam vniformitatem. Iste enim numerus vnus est principium numeroz. quimmo sine isto nullus numerus potest esse: ꝛ per istius additionem oīes alij numeri multiplicant: ideo breuiter iste est numerus. a quo omnes alij numeri originant. ꝛ ad quē alij numeri resoluunt. signans ꝓprie ipm deum qui est vnus ꝛ nō multiplex. Quia procedo. Ab ipso sunt oīa per dationē. In ipso sunt oīa per cōseruationē. Ad ipsum referunt oīa ꝓ regis gubernationem. In ipm resoluunt oīa per finalem conclusionem. Et ideo dicit Deutro. vj. Audi israel dom⁹ deus tu⁹ deus vnus est. Quia sicut dicit Eph. iij. Unus deus vna fides. vnum baptisma: cum sit vnus deus oīa illuminans refouens ꝛ gubernās. vnus deus ꝛ pater omniū. Iste em̄ similis est soli qui cū vnicus sit in natura oīa illuminans refouēs ꝛ gubernans. quādoq; tamē apparent tres soles. quādo scz speculum in aqua ponit: quia scz apparēt due solis imagines in speculo ꝛ in aqua: ꝛ etiam vnus in celo. ꝛ tamē licet q̄ tres appareāt. constat tamē q̄ est nisi vnus Sic vere sol iusticie deus vnus est ꝛ non plures. cuius ad

enumerationē ꝓsonaꝝ trinitatis q̄ ex ipo resultat triplex ē ꝛ iō plures ee videanē. vn⁹ cn̄ est in essentia: ꝛ vnus ds simplex esse dinoscē ꝛ tenē. Sicut dicit̄.j. Joh.v. Tres sunt qui testimoniū dant in celo.pater verbū ꝛ spūssanct⁹ ꝛ hūy tres vnum sunt. Et ideo sicut videmus q̄ sol q̄uis sit vnus solus.sufficit tamen ad totum mundū illuminandū. fouendum ꝛ gubernandū. Sic ds vnus existens omnia potest per gr̄am illuminare.ꝓ sapiam gubernare.ꝛ p futura gr̄az refouere. Vñ breuiter sibi pōt illud Thob.x. Dia in te vno habētes nō dbuim⁹ te dimittere. Est dico vnus

In dignitate.	Dignittē	Honorādus
In raritate.	Raritatē	Seruandus
In pietate ꝓpter	Pietatem est	Frēqntādus
In charitate.	Charitatem	Amandus.
In potestate.	Potestatem	Formidād⁹

Iste ergo est vnus. Unde nota q̄ ds est vnus in dignitate: ꝛ ideo dbet honorari: quia ille q̄ vnus singularis et summus est dbet ꝓe ceteris honorari. Unus de ipso dicitur Ezech.xxxvij. Rex vnus est oīb⁹ imperans. Item iste est ds vnus in raritate:ꝛ ideo debet cōseruari. Qui ēm habet nisi vnum oculum diligentius ipsum conseruat ꝛ tractat: ꝛ ideo vxor thobie de vnico filio suo dicit Thobie.x. Omnia in te vno habētes nō te dbuimus dimittere sed conseruare. Et.ij. Regū.j. Sicut mater vnicum filium amat ita te diligebam. Iste ēm est ita rarus q̄ nō est alius. similis illi aui que fenix dicit̄: que in rebus vnica reperitur Eccs.iiij. Unus est ꝛ secūdū nō habet. Item iste est vnus in pietate: ꝛ ideo dbet frequētari. Qui ēm habet nisi vnū beneficium vel benefactorem vel nutritorē diligit ipm ꝛ solet libentius frequētare. Sic igit̄ ē q̄ istū vnū ꝛ solum benefactorem ꝛ gratie collatorē habemus.vnde dico q̄ ipm obsequēdo ꝛ deuote ambulādo frequētare dbemus. Unde de isto dicit̄ Ezechiel.xxxvij. Pastor erit vnus omnū eorum. Item iste est vnus in charitate: ꝛ ideo dbet adamari. iste enim vnice ꝛ singulariter amat oīes.iste est ēm pater oīm atq̄ mater Eph.iij. Deus vnus ꝛ pater omniū. Item iste est vnus in potestate ꝛ ideo dbet formidari. Homo ēm minus timet qui habet plures dominos: quia de vno pōt ad alium appellare: sed quādo est vnus solus nō sic. Et ideo de isto dicit̄ Eccl.j. Unus est altissim⁹ creator omniū.oīm. potens rex:potens ꝛ metuēdus. Et bene dicit creator quia ista est potestas que vni deo ꝛ nulli alij cōmunicat̄. Maz sicut ab vno oīes alij numeri accipiūt principium.sic a deo oīes creature habēt initium Actuū.xvij. Ex vno oīe genus hominū ꝓpagatū est. Et sic dico q̄ iste singulariter est vnus ꝛ summus.vnus etiam viuens.vigens cōtinu⁹. Ista ēm vnitas est triplex ipsius dei ꝛ potissime xpi.s. Unitas

Personalis existentie.	Dico q̄ ipse est vnitas essentie
Supnalis eminētie.	personalis. q̄uis ex pluribus
Eternalis efficacie.	entibus in actu nō fit vnū fm

Vsqzquo. Nota q vsqzquo est q̄dam interrogatiua dictio q̄ idem significat q scz quare vel quo. Ceruntamē vt cōiter vsqzquo q̄rit de tempore t est sensus. vsqzquo. i. vsq; ad qđ tpus erit hoc. sicut Dan.xij. Usqzquo finis horū mirabiliū. Et sic nota q per istud aduerbium vsqzquo q̄q; deus reprehendit. quādoq; homo. Homo enim videns opera dei t ipius iudicia t ne sciens causas ipsoꝝ q̄q; ꝓsilit ad disputandū cū deo: et ad querendū vsqzquo. i. vsq; ad qđ tps durabit. Et sic dico q istud vsqzquo conquerit homo de deo scilicet

De perfectis quos grauari ꝑmittit.
De malis quos vitari ꝑmittit.
De iniustis quos non punit.

Conquerit de iustorū grauamini bus: t sic in ps. 12 tribulati loquit dauid in Ps. Usqzquo dñe obliuisceris me in finem: vsqzquo auertis faciez tuā a me. Et Abacuc.j. Usqzquo clamabo t non exaudies. Sequit. Quare taces deuorante impio iustiorem se. Item conqueritur. de malorū ditaminib⁹. de hoc scz q videt eos ꝓsperari. vñ in ps. Usqzquo peccatores dñe gloriabunt. Itē conquerit de iniusticiarū dissimulatione. de hoc. s. q dē nō punit iniq̄tates malorū. Et sic dicit Apoc.vj. Usqzquo dñe iustus t verax non vindicas sanguinē nostrum qui effusus est.

Item hō p istam dictionē vsqzquo reprehenditur

De temulentia.
De negligentia.
De inconstantia.
De immūdicia.
De auaricia.
De ignorantia.

Dico q arguitur hō de temulentia t ebrietate. j. Regum. j. Usqzquo ebria eris di. pau. vi. quo ma. Item arguit de negligentia t tepiditate Prouer. vj. Usqzquo piger dormis: qñ ꝓsurges de somno tuo. Item arguitur de incōstātia t varietate. iij. Reg. xviij. Usqzquo claudicatis in duas partes. Item arguit de immūdicia t carnalitate Hiere. xxxj. Usqzquo delicijs dissolueris filia vaga. Item arguit de auaricia t cupiditate Abacuc. ij. Ue qui multiplicat non sua. Usqzquo aggrauat ꝓtra se densum lutum. Item arguitur de ignorantia t fatuitate Prouer. j. Usqzquo paruuli diligitis infantiam. Et sic igitur patz quomodo ista dictio Usqzquo est quedaz arguitiua dictio tē. Vide de quare.

Vsura. Nota quia supra de vsura in locis infinitis est dictum. ideo breuiter pertranseam de vsura. Nota igitur q vsurarij sunt

Mandatoꝝ trāsgressores.
Gaudioꝝ ꝓemptores.
Proximoꝝ receptores.
Terrenoꝝ ꝓsumptores.

Dico igit q sunt mandatoꝝ dei trāsgressores. Quotidie semp audiūt q tam i iure canonico q̄m in diuino prohibet vsura Deut. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsuram. Et tm ꝓtrarium quottidie publice faciunt Ezec. xvij. Usurā t supabundantiā accepisti. Item isti sunt ꝓemptores celi gaudioꝝ. Isti em̄ sunt contenti ꝓsentib⁹ futura nō querūt. Quia sicut dicit Prouer. xviij. Non habent futuroꝝ spem mali: et lucerna impiorum extinguet. t ideo qz eterna nō sperāt quōcunq; habeāt temporalia nō curaut. vñ Ps. Nō deficit de plateis eius vsura t dolus. Item isti sunt fratrū ꝓximorum deceptores Sub specie em̄ boni decipiūt ꝓximos. sikes lupo. q̄ portare videt ouem t sibi bñfacere. t hoc inde est vt eam deuoret. similes byene. que post⁹ aliud animal lustrauerit. vix de circulo eius amplius se mouebit. q̄ etiam fingēdo vocē hominis t canes t pastores etiaz decipit t occidit. Silr etiam aranee que ꝑmo muscā alligat. t tandē humorē et substantiā eius vorat. Quia ꝓcerto isti sub specie boni et mutui vident alios portare. ipos tamen solent voce ficta decipere. t in laqueos suoꝝ contractuum inuoluere. ita q vix pōt de laqueis suis contractuū q̄s exire. t sic totā substantiam deuorant. sugunt. attrahunt atq; vastant. Quia breuiter sicut dī Gen. xxvij. Vox quidē vox Jacob: 8 manus tē. Item isti sunt ꝓsumptores mūdi terreni. Cōsumunt em̄ omnia bona alienoꝝ vt augeant ꝓpria. Similes corde lupine q̄ in instrumēto iuncta corde ouine ipam occulte rodit t vastat. Similes etiā veneno aspidis quod primo facit dormire: sed occulte totum corpus occupat t si non aduertitur totum necat. Similes etiam catto qui post⁹ diu cum mure luserit. ipm exterminat t manducat Similes etiam crocodillo qui post⁹ boiem deplorauerit: occisum ipm vorat atq; comedit. Quia tales post⁹ bene luserint. ipm applaudendo exhereditabunt. quia venenū vsure dum bō delectat t nō cogitat nec aduertit. solet totam substantiā eius rodere. t occulte totū corpus. i. totaz hereditatē hois occupare. Psal. Sicut eius q̄ deuorat in abscondito. Vide supra de auaricia.

Terus. Quia supra de ventre satis dictum est: ideo breuiter pertranseo. Notabo igitur q in scriptura inuenit vterus bonus et malus. Primo dico q vterus potest accipi in bono. Et sic est Uterus

Eterne ꝓsentie.
Materne pudicicie.
Interne conscientie.
Fraterne subueniētie.
Fecunde operationis.
Sapiētie t discretionis.

Dico igitur q inuenitur vterus eterne diuinitat̄. Et iste est vterus t secretū predestinationis diuine: vbi deus a principio et eterno omnia q̄ facturus erat composuit et concepit: que tandem creando et opere complendo parturit et emisit. In isto igitur vtero homo ab eterno fuit: sed ipsum deus extinde mediantibus causis secundarijs in lucem huius vite produxit. Unde Hieremie. j. Priusq; te formarem in vtero noui te: et anteq; exires de vulua tē Et in psalmo dicitur. In te proiectus sum ex vtero id est ab ipsa occulta predestinatione. t ab ipso vtero sapientie et memorie tue ordinatum est de me apud te. Iste est vterus in quo ab eterno genuit filium deus pater. Ex vtero ante luciferum genui te: vt dicitur in psalmo. Iste est igitur vterus in quo in imaginibus suis creature concepte t ordinate sunt ab eterno Job. xxxviij. Quis est pluuie pater: aut quis genuit stillas roris. de cuius vtero egressa est glacies: et gelu de celo quis genuit q̄si diceret omnia ista procedunt de vtero mentis diuine. Item inuenitur vterus materne virginitatis Matthei primo. Inuenta est Maria in vtero habens. Et Luce primo. Ecce concipies in vtero t paries filium. Item est vterus interne conscientie et volūtatis. et sic vterus viri iusti nihil aliud est q̄ cor eius et voluntas. Item est vterus in quo debent esse viscera pietatis et compassionis. sm illud Job. xxxj. Ab infantia creuit mecum miseratio: et de vtero egressa est mecum. Item est vterus in quo debemus portare t concipere fetus bone operationis Deutrono. xxx. Facies omnia que precipio tibi et abūdare faciet te dominus sobole vteri tui. Item est vterus in quo est cor et virtus sapientie et discretionis Hiere. j. In vtero noui te. Et sic dico q vterus tripliciter potest sumi in bono. Secundo dico q potest sumi in malo. Et sic dico q caro. mundus. impius et dyabolus habēt quilibet suum vterum. Unde nota q inuenio vterum

Canalis immūdicie.
Mentalis iniusticie.
Naturalis existentie.
Temporalis opulētie.

Dico igit q ē vterus virilis carnalitatis. Uter⁹ em̄ in q̄ latent feces t in q̄ sūt odavilia t carnes a q̄ feces luxurie egerunt. t in q̄ cū tavilia t fetida esse no

feuntur. Et de hoc pōt dici illud.ij. Paral.xxj. Tu autem egrotabis languore ventris donec vitalia egredientur per singulos dies. Iste est enī vterus in quo se Job q̄rebat fuisse.di.illud Job.x. Qui vtinam cōsumptus essem ne oculus me videret: fuissem quasi nō essem de vtero trāslatus ad tumulum. Et merito: q̄ ꝓcerto q̄ in vtero carnalitatis nascunt.ꝛ q̄ ibidem p malas complacētias generāt eternis tribulationibus deputant Esa.xiij. Suscitabo super eos medos id est demones q̄ argentum non querant nec aurum velint. qui lactantibus vteris nō miserebunt: sed sagittis interficient impios. Dico etiam q̄ est vterus iniquitatis. Et iste est vterus voluptatis secretum malor. De q̄ Job.xx. Panis eius in vtero illius vertet in fel aspidis intrinsecus. Panis enī temporales voluptates designat: q̄ in vtero mentis in fel reuertitur. qui exinde remorsus conscientie et amaritudo eterne miserie generatur. Dico etiā q̄ est vterus natiuitatis. Et sic dico q̄ iste vterus est ipsa ꝺditionis humane fragilitas. Nihil enim vilius q̄ puer qui est in vtero. sic nihil defectuosius q̄ hō in suo esse naturali ꝛ corporeo. Figurari enim potest in illo qui claudus erat ab vtero matris sue Actu.iij. In multis enī defectibus abundamus. ꝛ ab ipso vtero contrahimus

Ignorantiam, Dico ignorantiam. Psal. Errauerūt
Impotentiam, locuti sunt falsa. Impotentiam dico
Indigentiam. Actuū.iij. Vir quidam erat claudus

ab vtero matris sue. Vñ ꝓpter debilitatē ꝛ impotentiā naturalem indiget quilibet adiutore. Vñ ps. Suscepisti me de vtero matris mee. Et alibi. In te confirmatus sum ex vtero. Dico etiam indigentiam. Vñ Job.j. Nudus egressus sum de vtero matris mee nu.reuer.illuc. Et sic dico q̄ iste est vterus natiuitatis. Dico q̄ est vterus ꝓsperitatis Mundus enī habet vterum suum scz ꝓsperitatē. vbi nutriunt pueri peccatores. vbi locant ꝛ dormiūt: sed statim quādo inde egrediuntur per mortem ipsi plorant in inferis lamentantur. Iste est vterus ceti. De quo Jone.ij. Orabat Jonas de vtero piscis: quia qui in vtero mundane ꝓsperitatis detinentur. per peccata ipsi moriuntur. nisi p orationis suffragium liberentur et ad terram penitentie eu mantur. Unde Esaie.xlix. Deus ab vtero vocauit me ⁊c. Sic igitur patet q̄ vterus in bono sumitur et in malo. Sufficit.

Vti. Vsus. Cum vsus rerum a deo hominib⁹ sit cōcessus: ꝛ ꝓpter hoc fuerūt facte res vt eis debite quilibet posset vti. Possumus breuiter notare q̄ triplex inuenitur vsus rerum scz

Virtuosus. Vsus igitur vtuosus est ꝓfector. q̄ bo
Fructuosus. ni et vtuosi oibus rebus virtuose vtun
Uiciosus. tur. Vñ Aug. de vera religione dicit. q̄ iustis vtitur amico ad ꝗm vtitur inimico ad patientiam vti pōt quolibet ad beneficentiam. vtitur oibus ad cōplacentiam. Quia ꝓculdubio charissimi iustus non solus bñ vtitur bonis: immo etiam bene vtitur malis. Utitur dico bene bonis: q̄ iustus bene vtitur gratijs ꝛ vtutibus spiritualibus q̄ simpliciter sunt bone. Istis enī vt ait Aug⁹. de libero arbitrio. nemo male vtitur. ceteris scz mediis vt minimis bene vel male quilibet vti pōt. Hec Augusti.

Mediis etiam bene vtitur: nature scz fortitudine. pulcritudine ingenio ꝛ similib⁹: ipa in dei seruitio expendēdo Item bonis fortune scz potentia opulentia ꝛ eminentia ꝛ similibus. ipse debite ꝛ iuste ministrando. Ista enī sunt in differētia: quia eis bñ possumus vti ꝛ etiā male. Multa enim sunt vilia ꝛ inutilia: que tamen vtentibus et eis vti scientibus sunt vtilia. Et inde est q̄ coziādrum qd̄ boibus est medicina. canibus est venenum. Amigdalū vulpibus dicit esse mors: qd̄ homini est medicina ꝛ cibus. Etiā mādragora si q̄s discrete vtī dormire facit ꝛ patientem iuuat. si vo immoderate sumitur boiem occidit. Etiam tela aranee que etiam inutilis videt si q̄s ea debite vsus fuerit contra multas infirmitates erit vtilis. Quia breuit tela mundane ꝓsperitatis ꝛ bona tpalia ꝛ corpalia que vulpibus ꝛ canibus id est hominib⁹ bestialibus ꝛ malis indebite vtentibus: ꝛ eis vti discrete nescientib⁹ ꝛ nolentibus sunt nociua ꝛ aie dānatiua. q̄ tñ boibus. i. psonis rōnabilibus ipis moderate ꝛ rōnabiliter vtētib⁹ suffragant ad salutem. ad salutē sūt vtilia: ꝛ spualiter adiuuatiua. Boni enī vtunt rebus mūdanis scz diuitijs delicijs ꝛ eminētijs. patēter ꝛ moderate nō superflue. nec nimis laute vel diminutiue vel nimis stricte. vñ.j. Tbi.j. Samus q̄m lex bona ē si ea legittime quis vtat. Vñ Aug⁹. libro de doctrina xpiana reprehendēs nimis strictū vsum rerum ꝛ nimis lautū dicit sic. In omnibus talibus non vsus rerum sed libido in culpa est: ꝛ ideo quid locis ꝛ temporibus psonisq̄ conueniat. diligenter est attendendū. Malis insup vtit bene iustus: q̄ scz vita mala taliū vtitur ad suppius castigationē. vtitur mala morte eoz ad timoris diuini sibipsi incussionem. ꝛ ad diuine iusticie cōmendationem: penis et tribulationibus a talibus malis illatis vtitur ad pniam ꝛ patientiam. ꝛ ad virtutū cumulationem. Sicut enim dicit Plī. Ethyopes vtunt sanguine draconū ꝓ estum. vtunt etiam carnib⁹ eius ad cibū: felle et cauda ꝛ lingua in q̄bus est venenū reiectis. Sic vere charissimi caro. i. vita. ꝛ sanguis. i. mala mors ꝛ vindicta impioz. draconū. i. iniquoz ad vsum salutis sunt necessaria. Caro enī. i. vita ꝛ carnalitas taliū est comedēda ꝛ incorporanda p dilectionē ꝛ cōpassionē: cum tamē fel ꝛ lingua venenata. i. facta venenosa et opera ꝛ vba ejicianda. vt sic natura nō vicia diligat. Sanguis enī. i. mala mors eoz vtilis est. q̄ñ. s. ꝓsiderat. quia ti mor dñi dei ex hoc concipit ꝛ concutit. ꝛ ipius iusticia cōmendat. que ꝓ estum. i. ꝓtra dyabolicā temptationē tuentur. ps. Letabitur iustus q̄n viderit vindictā ⁊c. Et sic vita ꝛ morte. ꝛ carne ꝛ sanguine ipsoz malor iusti bñ vtuntur. ꝛ in oibus ꝓficiunt ꝛ lucrant. Exēplo prudētis mercatoris. q̄ ita bene scit lucrari in plumbo ꝛ ferro: sicut i auro ꝛ lapide ꝑcioso. Vasa enī fictilia ad vsuz sunt vtilia. nō solum aurea ꝛ argentea. Ad denotandū q̄ non solū boni sunt vsibus ecclesie ꝛ iustoz necessariꝫ: immo etiam mali Roma.viij. Diligētibus deuz omnia cooperant in bonū. vñ Leui.vij. Adipē cadaueris mortui habebitis in varios vsus. Sic igit patz quō hō iustus bñ vtitur gratijs ꝛ vtutib⁹: ꝛ mediis. i. bonis nālib⁹ ꝛ tpalib⁹. ꝛ infimus malis. i. eoz malicijs ꝛ criminib⁹. Juxta illud Ecci.xxxj. Utere q̄ hō frugi bis q̄ apponunt tibi. Et sicut etiā de militib⁹ illis dī Judicū.iij. Or vtraq; manu vtebat ꝓ dextera. q. d. oia erāt eis dextera ꝛ bona: ꝛ nihil inueniebāt sinistrū aut malū. Ptz igr q̄ est vsus vtuosus q̄ est ꝓfector. Scdo dico q̄ est vsus fructuosus q̄ est btōrū. Quis enī vti ꝛ frui differāt: q̄ fruitio est vsus rei ꝓpter se: vti vo ꝓpter aliud. Et sic ꝓprie vti ptinet ad iustos viatores: frui vo ad bōs cōprehensores. Unū tñ q̄n q̄ sumit ꝓ alio. Vñ etiā possum⁹ dicere q̄ beati in patria vtunt deo ꝛ bonis ppetuis iuxta votū. Et sic loquit Rapbael angelus: videbar quidē māducare vobiscū ꝛ bibere. ꝛ ego cibo ꝛ potu inuisibili vtor Thob.xij. Usus enī totū votū ꝛ totā vtilitatē importat. Juxta Aug. Utile quicqd est totū vtendo est vtile: nō ꝓficit enī dominiū sine vsu. Et iō minores sapientiores fuerūt q̄ vsum in rebus retinuerunt. ꝓprietatē in alijs dimiserūt. Justi enī dū sunt in hac vita sunt solū ꝓprietarij ꝛ domini regni celoz Mat.v. Qm ipoz est regnū celoz. Verumtamē adhuc nō habent vsum: ꝛ iō partū ꝓficit ad pnīs sed ꝓcerto post mortē in patria ipsi habēt vtilitatē ꝛ vsuz ꝛ plenū emolimentū ꝛ fructū Eccls.ij. Hāc ratus suz patrē meā si vterer labore meo. Iste igit est vsus beatoz q̄ ē fructuosus: vt sic de boie ad tantoz bonoz vsum ꝓmoto dicat illud.j. Mach.xiij. Consenserūt symonē esse ducē ꝛ vti fibula aurea. Tercio dico q̄ est vsus viciosus qui est malignoz. ꝛ iste nihil aliud est q̄ abusus. Usus enī in bono vt cōmuniter accipitur. quia sm Aug. vti ab vtilitate dicit. Deinde libro.lxxxiij. q. dicit q̄ vtile quicqd ē vtēdo fit vtile: ita q̄ nemo vtit nisi vtili. non enī vtit quisq̄s aliq̄ quo male vtit. Veruntamē hic accipio malū vsuz ꝓ abusu. Mali enī sūt sicut serpentes qui quantūcunq; bonos cibos et sanos comederent: totum in venenum cōuerterent ꝛ mutarent. Quia mali quibuscunq; rebus vtant: ꝓpter malum vsum omnia tam bona q̄ mala in venenū puertunt ꝛ mutant: ꝛ omnia in perniciem anime conuertunt. Unde Seneca dicit. Or malis oia fiunt mala. Patz tunt. de temporalibus rebus que de se bona sunt ꝛ vtilia. quādo tñ quis bene vtitur eisdem. verūtamen q̄ isti eis non

bene vtunt: immo abutunt. ideo nō in bonū: sed in malū puertunt. vnde Eccl. xxxix. Hec omnia sanctis in bonum peccatoribus vo in malum cōuertunt. Dicat em Plin. Quis glandes sint cibus porcoꝝ. porci tamen si nimis co medunt faciunt abortiuos. Sic vere bona temporalia q̄uis masculis t perfectis qui ipsis bene sciunt vti possunt esse vtilia. femellis tamen t imperfectis qui ipsis bene vti nesciunt: sunt mirabiliter nociua. Palme em boni fructus sūt t vtiles. t tamen dicat Plin. Quidam milites alexandri se talibus fructibus strangulauerūt p eo q ipos immaturos t virides comedere voluerūt. Isti igit qz male vsi sūt mortui fuerūt: qđ tamen non fuissent: si vsi bene fuissent. Quia breuiter mali volunt omnibus etiā bonis male uti. igitur mortem spūalem t eternam solēt pro premio reportare Roma. j. Immutauerūt naturalē vsum in eum vsuz qui est ꝓtra naturam. dicūt em illud Sap. ij. Venite t fruamur bonis tē. Et sequit. Utamur creatura tē. Et tamen isti sunt maledicti: qđ constat. qz bis omnibus possunt licite vti dum tamen vellent bene vti. t si solum quererēt necessaria: t pauperibus tribuerent t darent superflua. Unde Aug⁹. de verbis dñi ca. j. dicit sic. Utantur dantes consuetudine sua sed doleant aliter non posse. Sequit. Utere cibis electis: potiosis q̄bus consueuisti: qz aliter nō potes. qz si consuetudinē mutas egrotas: concurre igit tibi vtere necessarijs t superflua da pauperibus. vtere potiosis. da pauperibus vilia. Patet igit quō inuenit vsus malus qui est vitiosus: vsus sanctoꝝ qui est fructuosus. vsus bonoꝝ q̄ est virtuosus. Sufficiat de vsu quantū ad hoc: t in q̄tū dicit consuetudinem. t alicuius rei frequētationem. Et quo Basilius in regula dicit q mos in longo tempe confirmatus tenet t obtinet vsum nature. Et Ambrosius libro de officijs. Usus cito inflectat naturā. vide. s. d abusu t alijs psimilib⁹ tē. t sufficiat ad presens tē.

Vtilis. Vtilitas. Nota q vtile dicit ab vti. vnde vtile dicatur istud qđ ad vtendum est congruum t habile. vtile ergo et bonum equiparant. qz nihil est alicui vtile: nisi qđ est bonum honestū. pficuū vel delectabile. Notabo igit q fm differentiā bonoꝝ sez tpaliū. spūaliū t eternoꝝ triplex est vtilitas sez

Utilitas spiritualis.
Utilitas eternalis.
Utilitas temporalis.

Dico igit q sunt quedā vtilia homini spūaliter. Et sic dico q sibi sunt vtilia omnia que valent ad obtinendam salutē. Et sic dico q sicut solet apothecarius diuersas t multas herbas t amaras t dulces tam laratiuas tē. colligere: vt sic ꝓtra diuersos morbos possit de remedijs vtilibus ꝓuidere. t hoc quia vix est dare herbam tam modici pcij vel valoris quin sit in aliquo vtilis medicine. Sic vere bō q cōtra morbos viciorum vult ꝓuidere t de sanitate anime procurare. debet vtilia remedia ꝓuidere. t de diuersis rebus q̄rere diuersimode q̄ ad salutem animarū tam sui q̄ aliorum possunt ꝓficere t iuuare. Et sic videbat loqui angelos Thob. vj. vbi dicit. exentera hunc piscem. t cor eius t fel repone. tibi enim sunt hec necessaria ad medicandum. Uir em est inuenire aliquā herbam. i. rem siue bonam siue malam. siue dulcem siue amaram. q̄n exinde possit aliq̄ vtilitas elici. t q̄n ad vtilitatē tā suaz q̄ aliorum possit aliqđ comodū vēdicari Eccls. ij. Cogitaui in corde meo a vino abstrahere carnē meā t transferre animā meā ad sapientie lucem. t videre quid sit vtile filijs hoim. Et sic dico q multa sunt vtilia ad salutem: que aut debēt ꝓcurari. aut saltē cum patientia tolerari. Ad salutem em est vtile

A deo gubernari.
A penis tribulari.
A delicijs infestari.
A delictis flagellari.
A bonis castigari.
A ꝓximis suffragari.

Dico ꝓmo q est vtile nobis q a deo penitus gubernemur. Ui demus em q nihil pōt esse vtilius pupillo q̄ q habeat bonū tutorem. ceco q̄ q habeat bonum ductorem. discipulo q̄ q habeat bonū doctorē. Cum igit charissimi: nos sumus pupilli a patre nostro rpō p petm multotiens viduati Tren. iij. Pupilli facti sumus absq; patre t matres nostre quasi vidue. Ceci diuino lumine gratie p vicia denudati Esa. xlij. Quis cecus nisi seruus meus. Discipuli p ignorantiā obscurati t bebetati Matb. xv. Adhuc t vos sine intellectu estis. valde est nobis vtile q đo nos penitus cōmittamus t de nobisipsis non ꝓsumentes nec ꝓfidentes causam salutis anime nostre in eius manus comendemus dicēs in pō. In manus tuas cōmendo spm meum. Iste em est

Utilis tutor qui potest viriliter nos defendere. Et cō
Utilis ductor qui sat vtiliter suos conducere. sibi
Utilis etiā doctor q̄ vtiliter sat suos instruere. cō

mittere nos debemus qui melius scit q̄ nobis sunt vtilia. q̄ nosipsi sciamus. t qui vtilius nobis procurat vtilia q̄ nosipsi credamus. Et sic loquit Aug⁹. libro soliloq. dicēs Constanter crede deo: eiq; te totum cōmitte quantum potes. noli velle esse quasi ꝓprius dñs tui. sed illius clementissimi t vtilissimi te seruum esse ꝓfitere: ita em te a se subleuare non desinet. Nihilq; tibi euenire permittet nisi qđ tibi ꝓficit etiam si nescias. Jacta cogitatum tuū igit in domino quia sicut dictum est vtile est q nos deo penitus commendemus. Secđo dico q nobis vtile est q penis tribulemur. Uerbe em amare vt cōiter magis vtiles sunt medicine q̄ dulces. Un de absinthio berba amarissima fm plateariū legit q multipliciter vtilis sit in medicina. hoc ꝓncipaliter habet q materiam duram indurat: t materiam mollē mollit t relarat. Quia tribulationis afflictus amaritudo t vsus materiam duram t grossam sez corpus habet indurare ad patienter sustinendū. materiam vo mollem t leuem sez aiam t voluntatē habet relaxare ad deuz diligendū. t ad se humiliandū t ad deum cōuertendum. qz per tribulationes duriores efficimur vt sustineam⁹ laziores vo vt flendo ad deum humilius recurram⁹. Et ido deus tribulationes fidelibus suis ꝓcurat: vt sez eos a peccando reseruet: t in bono ipsos humiliet t conseruet. Un Aug⁹. sup pō. xlix. Ostendēs quō saul a dauid ꝓsecutum nunq̄ legit adulteriū. ꝓditionem vel homicidium cōmisisse. que tamen in ꝓsperitate cōmisit dicit sic. Res periculosior est anime ꝓspera habere q̄ aduersa dauid saulē inimicum fugiens alienam non concupiuit nec adulterari virum non occidit. Erat em infirmitate tribulationis sue tāto deo intentior. quāto videbat se inferior. Utilis quidā est tribulatio: t vtile medicamentū ꝓtra dyaboli temptamētum. factus est dauid securus hostibus deuictis ꝓstura cecidit. tumor excreuit. Est igitur vtile q penis seculi tribulemur: sed de hoc vide de tribulatione supra in tercio membro auctis. Tercio dico q est vtile nobis q casu criminis impugnemur. Duo em sunt ꝓsonarum genera q̄bus q̄q; vtile est temptari t in temptationibus superari. s. negligentes t ꝓsumentes. Utile est dico negligētibus: quando em hō est negligens t nō precauet caute ne cadat: t qz nimis incaute se peccati occasionibus exponit. tunc vtile est q̄q; q cadat: vt extunc caute se habere addiscat vt ex tunc periculum diligētius ꝓcaueat. t sicut facit hō q̄ sine aduertentia in lubrico cecidit qui ibi iterum transiēs melius cauet ne iterum cadat. Et sic loquitur Seneca in Prouer. Oz cautio est in reliquum lapsus anterior. Sicut etiā patet de lupo qui nō libenter vadit ad locū vbi semel fuit pedicatus: et de mure qui non libenter intrat muscipulā in qua prius alīs fuit captus: t sic de similibus. Ergo vtile est cadere vt simus impostorū cautiores. Et sic loquit Isidorus de sentētijs suis lib. ij. ca. ix. dicēs. Utile est dei seruo post cōuersionem temptari. q̄tenus a torpore negligētie sollicitantib⁹ vicijs excitetur: et ad virtutum actus per exercitiū agitetur. Item est vtile ꝓsumentibus. Arrogantes em t de suis vtutibus gloriantes t fragilitatē ꝓpriam ignorantes: t ꝓpter vtutes si quas habēt alios quos peccare viderint contemnētes post casum meliores fiunt. qz concepta humilitate vires ꝓprias recognoscūt. Deus em facit talibus sicut mater filio suo quem docet ambulare. aliq̄n em dimittit ipsum sibi. vt si cadat bis vel ter: nō curat dum tamen ambulare addiscat. Sic vere tales ꝓsumptuosos ex industria dimittit cadere t vt cognoscāt vires ꝓprias solet eos fidipsi dimittere. t q cadāt in diuersa peccata dissimulat: vt ex hoc discant humilius t melius p virtutem ad gliam ambulare. Unde Isido. ibidem ca. xxxiij. Qui dum plangunt viciorum impulsum frequēter de ipa humilitatē vel infirmitatē per humilitatem validius conualescunt. plerūq; vtile est arrogātibus a đo deseri: quate

mus suę infirmitatis ꝓsciį ad humilitatē redeant: ꝛ humiles post casum existant. Et ista sunt que deducat Greg. li. moꝛ. xxxij. ca. iij. vbi dicit. Oꝛ pcā sunt vulnera virtutes aūt medicamēta: ꝛ ideo tales de medicamento vulnus faciunt: inq̄tum de ipa virtute supbiunt. ꝛ ideo ecōuerso vt ait deus de vulnere eis medicamentū facit: inq̄tum ipos cadere per pcīm dimittit. ꝛ p pcīm ad humilitatē. ad cautelam ꝛ ad sanitatē reducit. Unde dicit q̄ acceptis inquit ꝛtundus extollitur. nō gladio: sed vt ita dicerim medicamento vulneratur. Quid eīm est virtus nisi medicamentū quid eīm vicium nisi vulnus. qꝛ igitur de medicamento facimus vulnus facit deus de vulnere medicamentū: vt qui virtute peccamur vicio curemur. De hoc habemus exemplum de petro. q̄ nimis de vtute ꝓria ꝓfidens p̄sumptuose dixit. Si me oportuerit moꝛi tecū ꝛc. Nesciebat enim quid erat hūana fragilitas cū hoc dixerat de se nimis p̄sumēs: ꝛ alios etiā p̄nebat inq̄tum se eis pferebat dicēs ꝛ si oēs scandalizati fuerint ꝛ nō ego ꝛc. Math. xxvj. Sꝫ q̄d ꝓcerto de⁹ ipm sibipsi dimisit ꝛ statim cecidit. ꝛ sic de fragilitate cognita ꝛ humilitate ꝓcepta flendo amare forti oꝛ resurrexit. ꝛ medicina ꝑ vulnere: ꝛ vulnus ꝑ medicina ibi salubriter fuit. De quo in ps̄. Imple facies eoꝝ ig̃. ꝛc. Quod exponēs Aug. li. iij. de cui. dei. dicit ca. xiij. Audeo dicere superbis vtile est cadere in aliquod apertū manifestūq; pcīm. vt sibi displiceāt q̄ sibi placēdo p̄sumebāt. Sa lubrius enim sibi petrus displicuit qū fleuit: q̄ sibi placuit qū p̄sumebat. Utile est igit̄ nobis q̄ casu criminis impugnemur. Quarto nobis vtile est q̄ a viris impijs flagellemur. Utile eīm est berbe q̄ calcet ꝛ q̄ ventis et pluuijs infestet. Bufo etiā q̄uis sit venenosus. in multis tñ fit vtilis medicine. puluis eīm ipsius cōbusti vulnera sanat: carnē ꝛ pellē ꝓsolidat ꝛ restaurat. De tyro etiā serpēte venenoso fit tyriaca q̄ nihil vtilius est ꝓtra venenū. Basiliscus est animal inimicū nature: in aliquibus tñ vtilis cognoscitur: ꝛ ad trāsmutationē metalloꝝ plurimū suffragat. Etiam auiū rapaciū fel ad multū ꝓficit: ꝛ vtiliter oculos clarificat. qꝛ breuiter vt dicit Plī. q̄ nō est dare aliq̄d aīal q̄n boi in aliq̄ sit vtile atq; bonū. Sic vere ḳ̄ mali q̄ hic nobiscū viuūt q̄uis nob venenosi videant: tñ in plurib⁹ sūt vtiles. Isti eīm suis maledictis ꝛ factis nos sicut tyriaca a veneno peccatoꝝ purgant: ꝛ sicut metalla in melius nos trāsmutāt: ꝛ oculos mētis nr̄e occasionaliter clarificāt et illustrāt. Deus eīm malos p̄ nos dimittit etiā ꝑ alere: q̄a videt q̄ nobis ad cautelam viciꝝ. ꝛ ad exercitiū virtutū. ꝛ ad augmentū p̄miꝝ seu meritoꝝ p̄nt ꝓficere ꝛ valere. Unū Greg. in moꝛa. li. xx. ca. xviij. dicit. Quipotēs deus inq̄t electoꝝ suoꝝ aduersarios tpaliter pmittit excrescere: vt p eoꝝ seuiciam purget bonoꝝ nequiciā. Hunc eīm dñs aduersarios bonis nocere pmittit: nisi etiā inq̄tum ꝓderunt videat. Mā dum iniusti seuiūt iusti purgant: ꝛ vtilitati iustoꝝ mil⁹ tat vita prauoꝝ. dū hanc puniēdo humiliat: et puniendo semp in melius formal. qꝛ reprobi bonos duꝝ cruciant purgāt. ꝛ vtilitati bonoꝝ malos potestate militant. Quia breuiter isti mali non sunt nisi firmamentū medici dei nostri cū q̄bus solet a nobis morbos cruentare. ꝛ ideo saluare seu sanare. Unū etiā Aug. li. de laude charitatis ca. viij. dicit. Quodāmodo firmamentū dei est ipse inimicus tuus per quod sanaris. Si igit̄ nouerit deus vtile tibi esse vt te expoliet. ꝛ vt p ipm vapules vel cedaris pmittit: ipe de illo te curat. opta vt ille sanet. Ideo est vtile vt a viris impijs flagellemur. Quinto dico q̄ est vtile vt a platis ꝓuidis castigemur. Discretus eīm medicus magis respicit infirmi vtilitatē q̄ voluntatē. ꝛ ideo q̄n videt vtile. pcutere solet vel ligare q̄uis nouerit infirmo displicere. Sic bonus platus subditos q̄uis inuitos oꝛ corrigere ꝛ curare id est de vtilitate eoꝝ pensare. Sicut eīm dicit Augustinus in ench. ca. xxvij. bona multa p̄stant inuitis: qꝛ eoꝝ ꝓsulitur vtilitati non voluntati qua ipsi sibipsis inueniunt esse inimici. Et ideo nihil vtilius q̄ bonus prelatus q̄ scit de subditoꝝ vtilitatibus ꝓuidere. Tortura de auro facta sꝫ de instrumēto aureo vtilioꝛ est q̄ de alio. Quia q̄n platus est aureus ꝛ benignus tortura ꝛ correctio quā imꝑmit vtilioꝛ inuenit. Iste eīm oꝛ esse vtilis sibi. ecclesie ꝛ subditis: qꝛ magis oꝛ q̄rere vtilitatē aliorꝝ q̄ ꝓpriā. Exēplo apli q̄ dicit. j. Coꝛ. x. Non quero qd̄ mihi vtile est sed qd̄ multis vtile. Quia platus debet querere publicam vtilitatē nō priuatam: ꝛ salutem diligere nō solū ꝓpriā: ꝫ cōem. Unū platō vtili loquit̄ Grego. in past. cap. iij. d. sic. Sit pastor cogitatione mudus. actione ꝓpuus. discretus in silendo. vtilis in verbo: singulis compassione ꝓximus. pre cunctis cōtemplatione suspensus. bene agentibus per humilitatem socius: cōtra delinquentiū vicia p zelum iustiae erectus: interioꝝ curā in exterioꝝ occupatione nō minuens. exteriorum ꝓuidentiam in interioꝝ sollicitudine non relinquens Utilis ergo debet esse platus: ꝛ corrigēdo seueriter: ꝛ pdicando verbaliter: ꝛ gubernando sagaciter. In istis ꝫ debet vigere iustiia. que ꝛm Augustī. cōis est virtus. Et ideo ꝛm Ambro. li. de virginibus. Ista aliis nata magis q̄ sibi: non tam suas vtilitates q̄ publica emolimēta rimat. Oculi. n. qui sunt in capite nō sibi de visu ꝓuident: sed mēbris aliis vniuersis. In quo notat̄ q̄ mens ꝛ psideratio capitis prelati magis debet vacare vtilitati aliorꝝ q̄ ꝓprie. Quia sicut dicit Aristo. bonū qd̄ est cōmune ē diuinū. Unde Ambro. sup. Beati immaculati. exponēs illud. Feci iudiciū ꝛ iusticiam qd̄ ꝓtinet ad prelatū dicit. Oꝛ sola iustiia est que ei bus aliis potius est nata q̄ sibi: quotidiano vsu ꝛ fructu in publico suo damno alienas custodit vtilitates: q̄ nihil habeat vtilitatis vel laudis. Utile est igit̄ q̄ a prelatis ꝓuidis castigemur ꝛ etiā gubernemur. Sexto dico q̄ est vtile q̄ nostris ꝓximis suffragemur: qꝛ omis homo bonus debet ꝓximos iuuare: ꝛ vtilitatē ꝓximi curare. Exemplo elephātum de quo dicit Plī. q̄ alteri de altero maxima est cura: ꝛ hoc potissime pertinet ad actiuos. Quia. s. vita actiua que ꝓuidet ꝓximis fructuosior est q̄ cōtemplatiua: ꝛ ideo contemplatio est aliquotiēs omittenda ꝑ ꝓximi vtilitate faciēda: ꝛ hoc est qd̄ dicit Grego. in past. ca. iij. Qui suam fortuens vtilitatē ꝓximoꝝ negligit: quasi vitius pedis calciamentū amittit. Sant inq̄t nōnulli qui magnis muneribus ditati: dum solius cōtemplationis studijs inardescūt: parere ꝓximoꝝ vtilitati in ꝓdicatione refugiūt secretum quietē diligūt. secessum speculationis querūt. de quo. si districtius iudicenē et tantis ꝓculdubio rei sunt. quātis veniētes ad publicū ꝓficere potuerūt. qua inq̄t mente ille q̄ ꝓximis ꝓfuturus enitescere: vtilitati ꝓximoꝝ secretū ꝓponit suum quādo videt q̄ ipse pīs vnigenitus vt multis ꝓdesset de sinu pīs egressus est ad publicum. Hec Grego. Proficiamus igit̄ ꝓximo q̄ opus est pietatis ꝛm aplm. j. Thi. iij. Pietas ad oīa vtilis est ꝓmissionē habens vite q̄ nunc est ꝛ future. Sic igit̄ patz quō sunt sex q̄ nobis summe vtilia iudicanē. Patet ꝫ q̄ quedā sunt vtilia homini spūaliter ꝛ hoc est primū principale. Adhuc dico q̄ sibi sunt quedā vtilia eternalia ꝛ ista sunt bona padisi. vita eterna. gloria. beatitudo. de q̄bus in titulis suis. Ultimo dico q̄ sibi sunt vtilia quedam tpalia siue tpaliter. vt diuitie. sanitas. gaudiū ꝛc. de q̄bus nihil ad p̄sens. Unde de vsu. vti in suis titulis: ꝛ sufficit ad presens.

Va. Cum vua sit fructus de quo vinū exprimit̄ ꝛ liquat̄: videt̄ q̄ p vuam fructus intelligat̄. Et ideo sic ō fructibus suis possumus distinguere. Et notabo q̄ inuenitur Vua

Magni valoris. Inuenit̄ vua magni valoris: ꝛ ista
Dulcis saporis. est xp̄s qui de vite. i. de matre virgine
Boni liquoris: natus ꝛ in toꝛculari expressus vinuꝫ
Falsi dulcoris. sꝫ ꝓpij sanguinis nobis stillauit. qd̄
Grauis boꝛoris. fideles inebriat atq; potat. vt sic de q̄
libet deuoto intelligat̄ illud Gen̄. xlix. Lauabit in vino stolam suam ꝛ in sanguine vue pallium suū. Ista est illa vua: cuius sanguis aspectu elephantes. i. martyres ad prelium animant̄. j. Macha. vj. Ostenderūt elephātibus sanguinē vue ꝛ moꝛi. Et ista est vua passa que in passione fuit ligata ꝛ ad solem extra hierusalem est siccata. Figurata in ligatis vne quas abigail ꝑsentans dauid ipsum pacificauit et sibi ꝓiungi matrimonialiter ꝓcurauit. sicut dī. j. Reg. xxv. Quia anima que ꝑ deuotionem istam vuam xp̄m in cruce pendentem portat. gratiam dauid. i. dei patris impetrat: et ei per gratiam se maritat. Ista est igit̄ vua magni valoris.

Secūdo dico q̄ est vua dulcis saporis ꝛ sic vua significat bonoꝝ operum fructum ꝛ virtutum: qui a vite. i. a bo-

no homine colligit. z ex qua vinum consolationis z gratie distillatur. De multis tñ conquerit de? q̄ vuas bonorum operū non portāt Hiere. viij. Hō est vua in vitibus: z nō est ficus in ficulnea. z quod plus est q̄ in loco vuarū spinas id ē in loco bonorū mala portāt Esa. v. Expectaui vt faceret vuas ꝛc. Tercio inuenitur vua bom liquoris. z ista est vua sacre scripture q̄ vinum scientie nobis ꝓpinat. De quo Deut. xxxij. dicit. Ex filij israel cōstituti sunt sup excelsam terrā ꝛc. Quarto est vua falsi dulcoris: q̄ sunt bona tpalia q̄ vinū deliciarū nobis stillant: q̄ peccatores inebriāt atq; potāt. Quod tñ ꝓhibet Mume. vj. vbi dicit Qui se deo volūt ꝓsecrare: quicq̄d de vua exprimit nō bibant. Quinto dico q̄ est vua grauis bororis: z ista est vua malor operū quā peccatores ꝓferūt. de q̄ vinū infamie nobis fundūt. de quo Deut. xxxij. Vua eorū vua fellis ꝛc. Vide de vino. vite. z sic sufficit.

Vulgus. Vide. s. de populo. plebe vel gēte ꝛc.

Vulnus. vulnerare. Nota q̄ vulnus est solutio in carne p violentiā introducta. Ista ēn est differētia inter vulnus z vlcus. Vulnus ēn p aliū introducit: sed vlcus p se nascit. Ān illatū vulnus: innatū dicit vlcus. Cū aūt vulnus ꝓpter sanitatē corpis q̄q; efficiat. intra corpus infigatur. cum dolore infligatur. infirmitatem corpis opereť. z tandē mors per vulnera generet. Ita q̄ sic possunt inueniri q̄nq; gña vulnerū. vl' q̄nq; ꝓpietates eor. s. Vulnus Sanatiuum. Notandū q̄ spūaliter loquēdo q̄nq; genera spūalium vulnerū possunt in sacra scriptura inueniri scz vulnera q̄ debes videre. vulnera que debes habere. vulnera q̄ debes sustinere. vulnera q̄ debes ꝑcauere. vulnera q̄ debes horrere

Tranfixiuū.
Afflictiuum.
Rimatiuum.
Interemptiuū.

Prima sunt vulnera uostri redēptoris. Dico igit̄ primo q̄ inueniuntur vulnera charitatiua q̄ debem? videre. z ista sunt vulnera xpi q̄ cunctis intuentib? sunt medela. Sicut ēn videmus q̄ q̄n bō minuit: q̄ per vulnus brachij toti corpori medeť. Sic vere p vulnera ipsius brachij xpi q̄ est brachium di patris. Iurta illud Ecci. xxxvj. Glorifica manū z brachiū dextrū. totum corpus ecclesie fuit sanatū. i. gratie sanati restitutū. Iste ēn fuit strēnuissim? pugil noster. q̄ ꝓcerto restituenda nobis paradisi hereditate campū intrauit: vbi vulnera z morte sustinuit. dū nobis gloriam acquisiuit Esa. liij. Ipse vulneratus est ꝓpter iniq̄tates nras ꝛc. Et ideo pōt iste figurari in illo q̄ descendebat ab hierusalē in hiericho q̄ incidit in latrones ꝛc. Luce. x. Quia xps de hierl'm. i. de paradiso veniēs: in iericho mundi nosci incidisse: z nudatus z spoliatus ab ipsis iudeis crucē z vulnera suscepisse. Istum ergo et toto nō occiderūt: q: humanitatē tñ interfecerūt. quapropter dicuntur ipm seminuū reliquisse. Pō. Sup dolorē vulnerū meorum addiderūt. Et ideo bñ dico q̄ ista vulnera sunt videda z a deotis cordibus intuēda. Iurta illud Aug. lib. de virginitate. Inspice vulnera: sanguinē mozientis: preciū redimētis: cicatrices resurgētis ꝛc. Quia sicut dicit Isid. lib. de q̄ttuor vtutibus. Fons vite aceto potať. a te sapiētia cedit. a te salus vulneratť: vita mozitur. Ista igit̄ sunt vulnera sanatiua q̄ debemus videre. Scdo dico q̄ sūt vulnera trāsfixiua q̄ debemus habere: z ista sunt vulnera diuini amoris: ꝓtritionis z cōpassionis. quibus est cor nostrum trāsfigendū z intus fortiter vulnerandū. Et primo dico q̄ nos debem? habere vulnus intime dilectionis. exemplo sponsi q̄ sponse dicebat Cant. iiij. Vulnerasti cor meum soror mea. Amor ēn z vulnus cordis nō tantū est bonus: sed etiam malus. sicut de duobus senibus impudicis dicit Dan. xiij. Ex ambo fuerūt vulnerati amore Suzanne. Et ideo de tali vulnere carnalitatis loquit Grego. super Ezech. extrema parte omelia. iij. vbi de deota anima dicit sic. Talis est ei salus sui corpis: que trāsfixa est vulnere amoris. Mala aūt est salus que dolorem vulneris huius nescit: cum vo anbelare in celeste desiderium et sentire vulnus amoris cepit: fit anīa salubrio: ex vulnere que ꝑus egrotabat ex salute. Itē debemus habere vulnus timoris z ꝓtritionis. Sicut ēn balena nō sentit vuln? nec capit quousq; vulnerať interius in carne intima. Sic peccator nō capit nec ꝓcurit quousq; p ꝓtritionē in corde: z p timorē a deo vulnereť. Sicut ēn cervus vulneratus in corde solet mugire: sic bō vulnere ꝓtritionis afflictus solet petā cōfitendo clamare et fortiter rugire: vñ Hiere. lj. In omi terra mugiet vulneratus. Itē debemus habere vulnera doloris z cōpassionis. Miseria ēn primor debz pia corda trāsfigere. z cōpassionis gladio vulnerare: vt sic possint nobis ipi miseri dicere illud Esa. xiij. Tu vulnerator es sicut z nos: nostri filis effectus es. Sunt igit̄ vulnera trāsfixiua q̄ debem? habere. Tercio dico q̄ sunt vulnera afflictiua q̄ debem? sustinere. z ista sunt vulnera tribulationū huius mūdi: z correctionis platorū: z vulnera nostrarū carnalū passionū. Dia ēn talia vulnera sunt sustinenda. z in patientia tolerāda. Sicut ēn solet medicus atrociter aliq̄n vulnerare. vt corruptis effluxis humorib? possit a periculo liberare. Sic ve deus z platus p correctiones z tribulationes vulnerant boiem: vt ab infirmitate peccati liberēt z sanēt. Ān de deo dr Job. v. Qr ipe vulnerat z medeť: percutit z manus eius sanabūt. De quo dicit Grego. vj. mora. ca. xiij. Qr dns vulnerādo electos suos ad salutem revocat: z dum ipos affligit exterius: ipsos sanat interius. Quod tñ est ꝑ multos q̄ nec vulneribus nec tribulationib? emendanť more incudis. qui q̄nto amplios percutiunť: tāto p obstinationē peius indurant Job. xlj Cor eius indurabit q̄si lapis: z stringit q̄si malleatoris incus. Silex etiā vso q̄ q̄nq; ita fortiter dormit. q̄ etiā vulneribus vix pōt excitari. sicut dicit Pli. Quia multi sunt q̄ in pctis taliter dormiunt: z ita ibi sopiti z involuti sunt: q̄ vulnera q̄bus p pctm ade vulnerata est natura vulnera etiā q̄bus quottidie vulnerat eos fortuna. nō sentiunt nec attendūt: nec ꝓpter ipa a pctis evigilāt z et urgūt. d. illud Prouerbiorum. xxiij. Verberauerunt me z non dolui: vulneravervnt me et non sensi. Ista igitur sunt vulnera afflictiua que debemus sustinere. Quarto dico q̄ sunt vulnera corruptiua que debemus caruere: z ista sunt vulnera vicior. Sicut ēn videmus q̄ in vulnere est cōtinuitatis solutio. sanguinis effusio. debilitatis introductio. doloris stimulatio. z nisi remediū apponať mortis subsecutio. Sic vere kīm in vulnere pcti mortalis. cōtinuitas. societas. vnitas q̄ est inter nos z deū soluit. sanguis gre effundit: vtus resistēdi debilitať. stimulus z dolor ꝓscientie introducit. z sic sequit mors eterna nisi affit pnie remedium z cautela Tren. ij. Cū deficerēt q̄si vulnerati i plateis ciuitatis. Ista ēn sūt vulnera q̄ dyabolus mordēdo p tēptationē violēter imp̄mit: q̄bus nos spiritaliter interficit z occidit. Ān de demonibus pōt intelligi illud Hiere. ix. Sagitta vulnerās lingua eor. pace cū amico loquit z occulte ponit ei insidias. Tēptatio ēn diaboli: lingua z sagitta dr eo q̄ more lingue est mollis blandiēdo: more vero sagitte finaliter acuta est spūaliter occidēdo. Et sic possus notare q̄ demones nos occidūt scz Vulneribus supbie z pōpositatis. Vulneribus luxurie z carnalitatis. Vulneribus iracūdie z crudelitatis. Vulneri? temulentie z ebrietatis. Vulneribus invidie z obscuritatis. Vulneri? blasphemie z mordacitatis. Et sic dico q̄ inueniť vulnus hominū supborū. pō. Tu humiliasti sicut vul. su. Itē vuln? hoim immundor. Ān de illis q̄ carnē ꝓpriā circūciderāt z q̄ dynā filiā iacob corruperāt. dr Gen. xxxiij. q̄ die tercia grauissimus vulnerū dolor erat. Itē vulnus iracūdor: q̄ sic es sunt istis q̄ ꝓpijs vulneri? pcunt: q: iracūdus citi? vulnerať in corde q̄ aliq̄s vulneret in carne. z sic dicit. ij. Paral. xx. In seipsis puersi mutuis pcidere vulneribus. Itē vulnus ebriosor. De quo Prouer. xxiij. Cui ve. cui? pis ve. cui rixe. cui fouee. cui sine causa vulnera. cui suffosio oculor. nōne bis q̄ morant in vino. Item est vulnus invidor Esa. j. Vulnus z plaga z livor tumens. Itē vulnus blasphemor. de quo Apocal. xvj. Blasphemauerūt deū celi p doloribus z vulneribus suis. Ista igit̄ sunt vulnera periculosa q̄ debēt curari z per pniaz medicari. Modus ēn sanandi hec vulnera fit potissime. Per cocturam

ptritionis. Per apturā pfessiōis. Per vncturā cōpassiōis Per sectura correctionis. Mā ista sanant videlicet

Contritionis coctura. Confessionis apertura. Compassionis vnctura. Correctionis sectura.

Habeamus igit̄ pro istis vulneribus sanādis ptritionis coturā. Dolor enim est coctura feruēs ptritionis. ꝓma buī vulneris medicina. De quo pōt intelligi illud Hiere.xxx. Obducā cycatricē t a vulneribus tuis sanabo te. Cicatrix em̄ fuisse coturā ptendit. Jtē habeamus aperturā pfessionis. De q̄ Greg. in past. ca.xxx. Vulnera clausa plus cruciantnā cū putredo que interius feruet ejcitur: ad salutem dolor aperit. Jtē habeamus vncturā compassionis. quia vngentū clemosynarū summe sanat vulnera peccatoꝝ. sicut de elephante dicit Pli. q̄ vulneratus a sagitta oleo sanat. Un̄ de ezechia legit. q̄ massa ficuum posita sup vulnus sanauit eū Esa.xxxviij. Ficus aūt dulces clemosynas designāt. Jtem habeamus sectura correctionis t laborio, se satisfactionis. q̄ sicut dicit lib. viij. moral. ca.vj. Sancte mētes correctiones sine putredine esse considerāt: libenter sub manu medici ad secandū separant: vt apto vulnere virus exeat. qđ sub sanie latebat. Sed quid km̄? ꝑcerto qui vulnera criminū vult sanare. debet ista quattuor remedia accelerare t in ipis pseuerare. Jn penitēte em̄ celeritas cōmendat: t tarditas reprobat. Un̄ Jsidorus lib. ij. sentētiarū ca.xxxiij. dicit. q̄ cito corrigit culpa q̄ cito agscit. tardius ꝯo sanat vulnus cui putrescētibus mēbris mōlto post tpe curatio adhibet remedioꝝ. Etiā pseuerantia penitentia est necessaria in talibus vulneribus: desistentia ꝯo penitus est nociua. Juxta illud Senece qui dicit: q̄ nō ꝓsint remedia nisi minorent peccata. Cōtra illos q̄ in pnia non pseuerāt: sed statim ad vicia redeunt q̄ frequētant. et ideo salutē de suis vulneribus nō reportant. Un̄ Jsid. libro sololiloquioꝝ dicit. Or inanis est penitentia q̄ culpa sequens coinquinat. Vulnus etiam frequēter iteratū tardius sanatur: sic frequēter peccans est tardior ad veniā poscendam vt saneť. Sic igit̄ patet q̄ sunt quedā vulnera corruptiua q̄ debemus cauere. Quinto dico q̄ sunt quedā vulnera pemptiua t ista sunt vulnera penarū infernaliū: quibꝰ ipsi dānati ꝑpetuo damnant̄. De quibus dicit in ps. Sicut vulnerati dormiētes in sepulcris ꝛc. Et tales videntur esse similes illi lucifero ad inferos descendēti. d. illud Esa. xiij. Et tu vulneratus sicut t nos nr̄i silis effectus es. Et sic igit̄ ptz q̄ tam in bono q̄ in malo significato quinq; sūt genera vulnerū. Vide. s. de Plaga.

Vultus. Cum vultus sit illud qđ summe est bomini apparēs. et per qđ cognoscit vnusquisq; in q̄ etiā passiones animi denotant̄. Possum breuiter dicere q̄ p vultū pōt ꝓprie significare pntia. apparētia t noticia. Et sic dico q̄ est vultus triplex in natura scz

Sapiōis diuinitatis. Interiōris volūtatis. Exteriōris qualitatis.

Primꝰ est quē debemꝰ orare. Scōs quē debemꝰ mundare. Tercius ē quē debemꝰ ornare

Dico ergo q̄ est vultus eterne maiestatis q̄ debet adorari ps. Vultū tuū deprecabunt̄ oēs diuites plebis. Jtem est vultus interne volūtatis q̄ debet mūdari Prouerb. xxvij. Jn aqua splendēt ꝓspicientiū vultus. Jtem est vultus eterne q̄litatis q̄ debet adornari scz vultus exteriōris apparentie. q̄ scz vtutibus est adornāda. De q̄ Dañ. j. dicitur. Or vultus puerorꝝ apparuerūt meliores t corpulētiores.

His igit̄ ꝑmissis dicamus ꝓmo q̄ est vultus dei qui est bonorādus. Vultus em̄ dei nihil aliud est q̄ sua notificatio. ꝓsentia vel manifestatio qua diuersis diuersimode se ostendit. Sicut enim videmus animus cognoscit ꝑ vultū t inde est q̄ vultus aliquādo est tristis. aliquādo hylaris: t sic de alijs. Et ꝓter hoc possumus dicere de vultu diuino q̄ ipse dñs quattuor habet vultus. hoc est dicta quattuor modos notificandi se nobis scz Vultum

Potentie. Clementie. Justicie. Leticie.

Vultū potētie ostendit deꝰ in creaturarū gubernatione t ꝓductione. vñ Job. xxvj dicit. Or deꝰ extēdit aquilonē sup vacuū appēdit terrā super nihil. ligat aquas in nubibus suis: tenet vultū solij sui. Jtem vultū clementie sue ostendit peccatoribus cōuersis: de hoc dicit in ps. Illumi̇net vultū suum sup nos. Jtem vultū sue justicie ostēdet in reproboꝝ punitione scz in die iudicij. q̄n implebit illud ps De vultu tuo iudicium ꝛc. Et illud. Vultus dñi super fa. ꝛc Jtem vultū leticie ostēdit in beatoꝝ saluatione q̄n implebitur illud ps. Oñ dabis eum in bñdictionē in seculū seculi letificabis eum in gaudio cum vultu tuo ꝛc. Deus em̄ figurat in dauid qui interpretat vultu desiderabilis. t in salomone. De quo. iij. Reg. x. dicit. Or vniuersa terra desiderabat videre vultū salomonis. Quia vultus eius quanto plus videt: tanto plus habitare cum eo delectat. ps. Ceruntamē iusti ꝓfitebunt̄ nomini tuo ꝛc. Jsti sunt quatuor vultus dei q̄bus diuersimode cognoscit t dicit videri. Et sic bñ figurat in illis cherubin. qui quattuor vultus habebant. sic dī Ezec. x. Quia. s. cherubin interpretat plenitudo scientie. significās ipm q̄ est omni scientia semper plenus. q̄ quattuor vultibus vtitur: qn̄ q̄ttuor modis notificatus apparet. Un̄ Ezech. x. Ipsi sunt vultus quos videram iuxta fluuiū chobar. Jste est igit̄ vultus dei qui est bonorandus. Scdo dico q̄ est vultus mētis qui est depurādus. Sup omnia homo vult habere mūdissimū vultum. t hoc qz macula in vultu magis apparet t turpius fedat. Sic̄re nos debemus vultū ꝓscientie t voluntatis mundū seruare quia iste est qui a deo ꝓncipaliter respicitur: t in quo peccati macula turpius inuenitur. Et ideo anima debet esse sicut illa regina Hester. De qua dicitur Hester. xv. Or ipsa erat roseo colore vultum perfusa. ac gratis t nitentibus oculis. Jste est vultus

Quem debemus per amorem ad deum conuertere.
Quem per timorem debemus ad terram deprimere.
Quo per nitorem debemus ꝓ cunctis splendere.

Jgit̄ mentis vultum puertamus ad deum p verā dilectionem vt sic simus sicut illi cherubin qui habebant vultus versos ad ꝓpiciatoriū: t se mutuo respiciebāt. sicut dicitur Exod. xxv. Jtem vultū mentis deiciamus ad terrā p humilitatem t subiectionē sicut de bersabee legimus. iij. Regum. j. Or submisso in terrā vultu adorauit regē. Jtē vultum mētis illuminemus p claram discretionem: vt sic quilibet possit dicere illud Gen̄. xxxiij. Vidi facie tuam q̄si vultum angeli Job. xxix. Lux vultus mei nō cadebat in terrā Patet igitur q̄ est vultus mentis qui est ꝓparandus.

Tercio dico q̄ est vultus corpis qui est regulandus: et iste vultus significat exteriorē ꝓuersationē: t apparentiam corpalem. Sicut em̄ in mille vultibus non inueniunt̄ duo similes: sic nec in quibusuis ꝓuersationib⁹ inueniunt̄ duo pares penitus. Jn ista em̄ debēt relucere omnes virtutes spūales. nā sicut in vultu bois oēs sensus corpales: sic in vultu anime oēs passiones apparēt. Et inde est q̄ sup omnia mēbra corpis vultus magis in diuersa mutatur. qz mentis passiones de vna qualitate ad aliā mutat. Juxta illud Ezec. xxvij. Mutauerūt vultus negociatores populorum. Sic vere vultus ꝓuersationis nr̄e nō debet semper in idē subsistere: sed ꝑm ꝓditiones temporꝝ t locorꝝ in qualitates varias se mutare: t non vnam virtutem solam: sed plures t pluries in se ꝓtendere et monstrare Luce. ix. Factum est dum oraret: facta est species vultus eius altera. Unde nota q̄ in vultu nostro debet esse

Labor t diligentia. Vigor t pmanentia. Splendor t sapientia. Rigor t displicentia. Humilitas t verecundia. Hylaritas t cōplacentia. Maturitas t reuerētia.

Habeamꝰ igit̄ in vultu nr̄e ꝓuersationis diligentie laborē Gen̄. iij. Jn sudore vultꝰ tui vesceris pane tuo Jtem ꝓtendamꝰ ibi pmanentie vigorē. j. Regum. j. Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutati. Jtem ꝓtendamus sapientie splendorem Eccls. viij. Sapientia hois lucet in vultu eius. Jtē ꝓtendamus ibi displicentie rigorem Eccls. vij. Per tristiciam vultus corrigit animus delinquentis. Jtē ꝓtendamꝰ humilitatem t verecundiā. Unde Esaie. xlix. Vultu in terra demisso adorabūt te Dañ. x. Deieci in terram vultū meum t tacui. Et. iij. Regum. xix. Operuit belyas vultū suum pallio. Jtem ꝓtendamus ibi iocunditatem t complacentiam Proner. xvj. Jn hylaritate vultus regis vita. t Eccli. xxv. Jn omni dato tuo hylarem fac vultum tuum. Jtem ꝓtendamus ibi maturitatem t reuerētiam. Quia sicut dicitur Esa. iij. Honorabile vultu ipse capit. Et sic si habueri

